Bavar. 4488 q/5

Bayerische Staatsbibliothek

38000604120015

Hbfo

Bav. Abt. 300

E

2540-5

7426 G

QUELLEN UND ERÖRTERUNGEN

ZUR

BAYERISCHEN UND DEUTSCHEN GESCHICHTE.

HERAUSGEGEBEN

AUF BEFEHL UND KOSTEN

SEINER MAJESTÆT DES KŒNIGS

MAXIMILIAN II.

FÜNFTER BAND.

MÜNCHEN 1857.
BEI GEORG FRANZ.

QUELLEN

ZUR

BAYERISCHEN UND DEUTSCHEN GESCHICHTE.

HERAUSGEGEBEN

AUF BEFEHL UND KOSTEN

SEINER MAJESTÆT DES KŒNIGS

MAXIMILIAN II.

FÜNFTER BAND.

COMMISSION
zur Herausgabe bayer. u. deutsch.
QUELLEN-SCHRIFTEN.

MÜNCHEN 1857.
BEI GEORG FRANZ.

BAYERISCHE
STAATS-
BIBLIOTHEK
MUENCHEN

Monumenta Wittelsbacensia.

Urkundenbuch

zur

Geschichte des Hauses Wittelsbach.

Herausgegeben

von

Dr. Fr. Mich. Wittmann,

k. Reichsarchivs-Rath.

Erste Abtheilung

von 1204 bis 1292.

= Bw. 1997

Vorwort.

Die in diesem V. Bande unter dem Titel **Monumenta Wittelsbacensia** mitgetheilten Urkunden bearbeitete Hr. Reichsarchivsrath Dr. Franz Michael Wittmann; er hat leider nicht mehr den Schluss des Druckes erlebt, indem er bereits am 26. August dieses Jahres vom Tode hinweggerafft wurde.

Das Material zur Fortsetzung der Urkunden vom Jahre 1292 ab liegt jedoch zur Veröffentlichung bereit und ist bestimmt, als zweite Abtheilung den VI. Band der Publikationen einzunehmen.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

1. Herzog Ludwig beurkundet, dass der Pfalzgraf Otto von Wittelsbach dem Stifte St. Ulrich zu Augsburg das Gut Laimering geschenkt habe.

Am 24. Jänner 1204.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Lvdevicvs diuina fauente clemencia miles sancte crucis[1]) et tocius[2]) Bauwarię dux illustris. Quoniam a deo, a quo omnis potestas in celo et in terra nominatur, et de cuius munere conditores legum justa decernunt, tocius administracionem Bauwarię adepti sumus, magnopere curare debemus, ut in administracione terreni principatus graciam et misericordiam ipsius nobis conciliemus. Set quia reipublice utilitati sepius deseruiendo intenti ac diuersis negociis occupati hanc minus propriis assequi possumus meritis, relligiosorum ope et oracionibus cupimus adivuari. Ea propter notum esse volumus tam futuris quam presentibus omnibus Christi fidelibus et precipue tocius Bauwarię principibus, qualiter consanguineus noster Otto[3]) palatinus comes de *Witilispach*, instinctu adtactus diuino, utilitati anime sue prospiciens in futurum, predium suum

1) Ludwig nannte sich ohne Zweifel so, weil er bereits damals das Kreuz genommen hatte. S. Mon. B. IX, 482.

2) Nicht unwahrscheinlich ist, dass Ludwig den geistlichen und weltlichen Grossen zum Trotze sich Herzog von ganz Bayern genannt habe. S. Langs Jahrb. S. 44.

3) Der letzte Pfalzgraf in Bayern aus dem wittelsbachischen Hause, welcher i. J. 1209 in Folge der über ihn wegen der Ermordung des K. Philipp verhängten Reichsacht das Leben verlor.

in *Lômaringen*[1]), hereditario iure ad se transmissum, contradidit libera manu sua ad sancti *Volrici* episcopi monasterium post obitum suum confratribus illic deo militantibus pro remedio anime sue parentumque suorum cum omni iure et utilitate omnibusque suis adtinenciis, uidelicet ecclesia, molendino, areis, edificiis, agris, campis, pascuis, pratis, siluis, terris cultis et incultis, viis et inviis, aquis aquarumue decursibus, uenacionibus, piscacionibus, quesitis et inquirendis, et mancipiis utriusque sexus et cum omni utilitate, que omnimodis exinde prouenire potest. Et ne huius donacionis pia deuocio obliuioni traderetur, censum, quoad viueret, inde dari sollemniter instituit singulis uidelicet annis in epiphania domini ante ecclesiam eiusdem opidi duo talenta, unum ad seruicium fratrum inflectendum, aliut abbati conferendum. Huius sollemnis donacionis testes sunt hii: Eberhart de *Abinsperch* et Meinhart filius fratris sui, Adilbertus de *Meren*,[2]) Heinricus de *Titinheim*,[3]) Volricus de *Sehouin*,[4]) Cûnradus de *Lûtenbach*, Berhtoldus de *Sciltperch*,[5]) Cûnradus de *Starzshûsen*,[6]) Hermannus de *Pûtilinbrunnen*,[7]) Rûdolfus de *Papenheim*, Adilbertus de *Austria*, Berhtoldus de *Rohelingen*,[8]) Herman *Pes*,[9]) Heinricus *Glaselin*, Eberhardus de *Witilispach* et alii quam plures. Transacto uero dein tempore aliquo, ut donum deuocionis sue firmius existeret, in ripa *Lici* fluminis in presencia domini *Philippi* regis et nostra in manum Berhtoldi co-

1) Laimering im Ldg. Friedberg.

2) Das Edelgeschlecht von Mehren erscheint später in Augsburg als sesshaft.

3) Dettenheim im Ldg. Pappenheim.

4) Seehof im Ldg. Oberdorf.

5) Schiltberg, Schlossruine auf dem Hofberge bei Aichach.

6) Starzhausen im Ldg. Pfaffenhofen.

7) Bittenbrunn im Ldg. Neuburg.

8) Röhling, Rögling im Ldg. Monheim.

9) Die edlen Fuess sassen in den Burgen Namens Fusberg an der Wirm und Maisach.

mitis de *Graiphispach* [1]) confirmacione, que uulgo sale nuncupatur, delegauit sub attestacione subscriptorum principum, videlicet domini Eberhardi [2]) *salzburgensis* archiepiscopi, Ottonis [3]) *frisingensis*, Manegoldi [4]) *patauiensis*, Hartwigi [5]) *augustensis* electi, Engilhardi de *Cize*, Adilberti comitis de *Diligen*, [6]) Hartmanni comitis de *Chirchperg*, [7]) Cůnradi comitis de *Zoler*, Hartmanni comitis de *Wirtilberch*, Kadelohi comitis de *Chirhperch*, Heinrici marscalci de *Papenheim*, Hiltibrandi de *Rehperch*, [8]) Suuigeri de *Mindelberch*, [9]) Engilscalci et Hermanni de *Hagniberch*, [10]) Hermanni de *Mazensiez*, [11]) Hermanni de *Bůchelen* [12]) aliorumque plurimorum nobilium et ministerialium regni. Nos itaque utilitati et quieti fratrum iam dicti monasterii prospicientes oracionibusque eorum et pietatum operibus aput deum patrocinari confidentes, data ab ipsis exsolutione uidelicet LXX[ta] libris probati argenti, qua idem predium Berhtoldo de *Rohelingen* expositum fuerat, singula comprehendentes de hoc laudabili facto, hanc cartam iussimus conscribi et sigilli nostri impressione man-

1) Graisbach im Ldg. Monheim.

2) Eberhart, Truchsess von Waldburg, v. 20. Apr. 1200 — 2. Dezb. 1246.

3) Otto, ein Graf von Berg, v. J. 1184 — 17. März 1220.

4) Manegold, ein Graf von Berg, v. J. 1206 — 1215.

5) Hartwig, aus dem Edelgeschlechte von Hirnheim, v. J. 1202 — 1208.

6) Dillingen im bayer. Schwaben. Die Grafen, welche daselbst ihren Sitz und davon den Zunamen hatten, gingen mit dem Bischof Hartmann von Augsburg i. J. 1286 ab.

7) Kirchberg im wirtemb. OA. Wiblingen.

8) Hohenrechberg im wirtemb. OA. Gmünd.

9) Mindelburg, Schlossruine bei der Stadt Mindelheim.

10) Althegneberg an der Eisenbahn von München nach Augsburg, wo noch die Burgstelle erkennbar ist. Die Edlen von Hegneberg, welche am Ende des 14. Jahrh. abgingen, waren eines Stammes mit denen von Wildenrot.

11) Mattsies im Ldg. Türkheim.

12) Bühl im Ldg. Günzburg.

dauimus insigniri. Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quarto, indictione septima, epacte XVII, decennoualis cicli VIII, qui et embolismus, presidente sancte romane ecclesie Innocencio papa III, regnante Romanorum rege Philippo, anno ducatus nostri XXVIII. Data per manum Berhtoldi[1]) scriptoris et notarii VIIII kal. Februarii, luna XXV.[*])

2. Der Bischof Konrat von Regensburg und der Herzog Ludwig vertragen sich über die bisher zwischen ihnen bestandenen Irrungen.

1205.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Chunradus[1]) dei gratia ratisponensis episcopus, imperialis aule cancellarius. Notum sit tam futuris quam presentibus, quod, cum inter *ratisponensem* ecclesiam et ducem *Bawarie* a longo retroacto tempore graues inimicitie et bellorum asperitates frequenter emergere consueuissent, dominus Lvdewicus ynclitus dux Bawarie hanc detestabilem insolentiam pro bono terre et intuitu eterni muneris temporibus nostri episcopatus mitigare uolens, et tam nobiscum quam cum nostris successoribus pacem conseruare, cum sapientibus baronibus terre, uassallis suis, super concordia stabili nobiscum facienda nos conuenit.

1) Dieser Name ist von einer andern und zwar, wie es scheint, späteren Hand eingesetzt.

*) Gegen die Aechtheit dieser Urkunde erheben sich allerdings mancherlei Bedenken, doch möchte diese das an blauen, grünen und weissen Seidenfäden hangende, übrigens stark verletzte Reitersiegel des Herzogs, welches, wie der Anblick zu erkennen gibt, nicht später angelegt worden seyn kann, dasselbe, welches auch der nächstfolgenden Urkunde anhängt, entkräften. Abdruck: Mon. B. XXII, 202.

1) Konrat II, der letzte Graf von Frontenhausen, Bischof v. 11. Mai 1204 — 9. April 1227.

1. Cui pro laudabili proposito, quod habuit, benignum assensum prebentes, sic-amicabiliter sumus concordati, quod nos inuicem diligere et auxilium prestare promisimus contra quoslibet, exceptis domino rege *Phylippo* et eius in imperio successoribus et fautoribus ecclesie ratisponensis. 2. Ipse vero dux pium propositum decorare uolens beato memoriali pro reuerentia Jesu Christi et beati Petri et anime sue ac parentum suorum salute in altera parte *Danubii* hec predia, scilicet castrum *Kelheim*[1]) et *Livtoldum* cum pueris et familia et omni posteritate sua, castrum *Lengenvelt*,[2]) castrum *Stőffe*,[3]) castrvm *Steveningen*,[4]) castrum *Wolfheringen*,[5]) castrum *Bartesberch*,[6]) castrum *Durchelenburch*, ex ista vero parte Danubii castrum *Landeshůte*[7]) cum omnibus ministerialibus et redditibus eis adtinentibus et tota familia, si sine prole legitima decesserit, ratisponensi ecclesie perpetuo possidenda donauit. 3. Deuotione ergo tanta considerata et benigno uoto, quo dux ecclesiam pie respexerat, pro aliquanta repensione sue bone operationis ipse in continenti beneficio *lantgrauii*[8]), quod tunc uacans fuit, situm in *montanis*[9]), est inbene-

1) Kelheim, eines der alten Hausgüter der Schyren am Ausflusse der Altmühl in die Donau.

2—4) Ueber diese drei Burgen vgl. Bd. I. 93. 157. 178.

5) Wolfering im k. Ldg. Nabburg.

6) Der Markt und Ldg.-Sitz Parsberg.

7) Die Nachricht: L. dux Bawariae castrum et oppidum in Landshut construere cepit (Herm. Altah. in Böhmers font. II, 405), wird wohl blos auf letzteres zu beziehen seyn. Schon Herzog Otto stellte zu Landshut i. J. 1183 eine Urkunde aus. Mon. B. VIII, 519.

8) Nämlich von Steveningen. Das landgräfl. Haus erlosch i. J. 1197. Die Landgrafen übten nach Auflösung der Gauverfassung den Blutbann in den der Immunität nicht unterworfenen Bezirken, sowie die Gerichtsbarkeit über ächtes Eigenthum im Umkreise ihres Bezirkes, welcher mehrere der vormaligen Gaue umfasste.

9) Dieses Lehen bestand aus der Veste Kufstein und andern in der Nähe befindlichen Gütern.

ficiatus, ita tamen, quod ei non liceat, redditus eiusdem beneficii alicui umquam in beneficio conferre. 4. Preterea si dux decedens sine prole legitima, sicut donauit ecclesie predicta predia, ita etiam episcopatui ducatum[1]) condixerit, ipse inbeneficiabitur proximo beneficio, quod uacauerit ecclesie ab aliquo principe, exceptis tribus, scilicet beneficio domini regis et beneficio aduocatie maioris ecclesie et beneficio comitis de *Hohenburch*, et ei insuper assignabuntur redditus tanti, quanti sibi persoluuntur de beneficio lantgrauii, et curie sue tanta dabitur peccunia pro consilio, quanta tunc data est, cum sepedicta predia ecclesie conferrentur. Dux vero si hoc facere noluerit, beneficium lantgrauii, quod habet, habeat, sed curie sue non dabitur alia peccunia, quam data est sibi, tamen media pars beneficii, quod ab aliquo dominorum proximo uacauerit, preter que excepta sunt, est concedenda et ipse in familiari consilio electionis episcopi, sicut unus ex canonicis uel ministerialibus recipiendus est et audiendus. 5. De iure quoque et iudiciis in hoc concordauimus, ut quicquid iuris in ciuitate uel ubique habere debemus ab hominibus nostris, quos ad hoc disponendum ordinamus, sine controuersia et lite inter se nobis illud conseruetur. 6. Preterea conductum simul prestabimus et lucrum inde acceptum simul diuidemus, et quicunque contra uelle nostrum aliquem uel aliquos conducere uoluerit, illud ambo prohibebimus. 7. Collectas etiam super ciuitatem generales equaliter diuidemus, hoc excepto, si homo noster uel ducis econverso domino suo singulariter aliquod tribuat uel pro aliquo delicto gratiam suam acquirat, in quo alter alterum necessarium non habebit. Si vero aliquis nobis adtinens se obposuerit, ne nobis seruiat, uel duci ad-

1) Nämlich das Herzogsamt, nicht das „Geleit", wie Huschberg (Gesch. des H. Wittelsbach S. 414) glaubt, schon aus dem Grunde nicht, weil über letzteres (conductus) in eben diesem Vertrage besondere Bestimmungen getroffen wurden.

tinens simili modo sibi seruire recusauerit, ambo promisimus ad seruiendum illum compellere et lucrum simul equaliter dividere, sed hoc fiet secundum consilium et moderationem episcopi. 8. Item de manifesto conflictv in civitate lucrum equaliter diuidemus. 9. Item de indicendo foro rerum uenalium qualiumcunque et de omnibus unionibus quarumlibet uenditionum modum simul statuemus[1]) et neuter sine altero uel alterius licentia aliquod de hiis statuet uel mutabit uel remittet. 10. Similiter de uenditoribus salis dux, quod statuet, aget de consilio episcopi. 11. De ordinatione vero pacis prouincie sic ambo statuimus, ut quicquid inter nos uel coadiutores nostros uel utriusque ministeriales emerserit, ex quo concordia et amicitia inter nos facta est, scilicet quod unus alteri dampnum intulerit, dampnificatus sine talione sex ebdomadis se contineat et conqueratur episcopo, si ducis est, uel econuerso, et plenariam recipiat satisfactionem. Si vero dampnificatus hoc transgreditur ita, quod pro iniuria sibi illata malum fecerit, factum duplo restituat et pro sibi illato nullam habeat emendationem. Et si dampnificatus sine talione in[i]urias suas conqueritur et sacramentum calumpnie promiserit, ille, in quem agitur, dampnum restituat confirmatione iuramenti trium autenticarum personarum, et si negare uoluerit, simili modo negabit. Item si agens in alium sacramentum calumpnie premittere noluerit, ille, qui pro reo habetur, sola manu se poterit expurgare. Si vero dampnificans pertinatia uel paupertate satisfacere contempserit, excomunicetur ab episcopo et a duce pro-

1) Da diese Vertragsbestimmungen ohne Zuziehung der Bürgerschaft festgesetzt wurden, folgert Hegel (Gesch. der ital. Städteverf. II, 437), dass damals noch kein Stadtrath in Regensburg bestand, was jedoch Arnold (Verf. d. deut. Freist I, 376) wohl nicht ohne Grund widerspricht, da das Marktrecht ursprünglich, zumal in bischöflichen Städten, nicht immer Attribut des Stadtrathes war.

scribatur, et a tali damnatione non liberetur, nisi prius de hiis, que deliquit, dignam exhibeat emendationem. Talem enim ultra solam noctem uel prandium nullus in domo suo recipiat uel detineat, qui uero eum detenuisse culpatus fuerit, et tertia manu se expurgare noluerit nec poterit, satisfaciat pro ipso. Item qui satisfacere tenetur pro quocunque facto, scitabitur peremptorie a iudice per VI ebdomadas, et si se die constituto presentauerit, infra XII^{cim} dies postea satisfaciat et satisfactionis certitudinem coram iudice faciat per fideiussores. Si autem se scitatum aliquis nescierit et hoc probauerit, non dampnetur, sed satisfactio recipiatur ab eo supradicta. Item qui in alivm sine querimonia uiolenter per reisam insultum fecerit, dampnum illatum integre restituat et pro dedecore insultus reddat v^{que} talenta. De predictis igitur excessibus, si aliquis coram episcopo uel duce uel aliis quibuscunque iudicibus, quibus hoc commiserint, conuenitur, sicut supra constitutum est, et ipsi iudices hoc iudicare neglexerint uel noluerint, sine omni occasione et contradictione infra XII dies satisfaciant loco et uice eius, qui in causam tractus fuit, et ponant actori fideiussores, et ipsi, qui inimici fuerant, sint amici. 12. De castro *Chv̊fsteine*[1]) ambo taliter statuimus, ut uel illud simul habeamus uel destruamus et simul prohibeamus, ne reedificetur. 13. De moneta ratisponensi statuimus, quod stabilis sit et nulla umquam post eam fiat, sed si factum fuerit, dux ad consilium et uelle episcopi prohibeat et retractet. 14. Hec constitutio de concordia et amicitia inter nos et ducem et statuto, quod de ciuitate statuimus et aliis durabit, quamdiu simul uixerimus. Si vero successor noster in episcopatu cum duce Bawarie hanc amicabilem concordiam conseruare uoluerit, et hoc apud ipsum impetrare potuerit, quecunque statuta sunt, per omnia rata habeantur.

1) Kufstein am Inn im Schwatzer-Kreise.

Testes huis rei sunt *Gotefridus* maior prepositus, magister[1]) *Rvͦpertus*, scolasticus maioris ecclesie, dominus Chvͦnradus comes de *Mosburch*, dominus Eberhardus comes de *Dornberch*, Albero *Lupus*, Albertus *Livtzemannus*, Sifridus *Chopf*, Wirndo de *Blankensteine*,[2]) Chvͦnradus de *Hohenvels*, Arnoldus de *Schonenvelt*, Hawardus de *Ovtingen*, Willehelmus super *Danubio* et alii quam plures. Acta sunt hec anno MCCV, indictione nona.*)

3. König Otto bestätiget dem Herzog Ludwig und dessen Erben das Herzogthum, gibt ihm den Hof Mering, die Lehen, welche die Mörder des Königs Philipp verwirkt haben, den Forst Bazhart und das Schloss Neuburg.

Frankfurt am 15. November 1208.

Otto quartus dei gratia Romanorum rex et semper Augustus. Notum facimus ętati presentium et posteritati futurorum Christi fidelium, quod nos inspecta deuotione, quam circa promotionem nostram illustris uir *Lodewicus*, dux Bawarorum, fidelis et dilectus noster, erit omni tempore habiturus, regia munificentia donamus et presentis pagine priuilegio confirmamus tam ipsi quam vniuersis sibi successuris heredibus ducatum Bawarie[1]) cum uni-

1) Nämlich scolarum oder gewöhnlich ohne weiteren Beisatz scolasticus, welcher Direktor der Domschule war und im Range dem Domdechant folgte.

2) Plankenstein im Ldg. Holfeld.

*) Das Sigel des Bischofs (im Ornat) und das Reitersigel des Herzogs, welch beide an rothen Seidenfäden hängen, sind, besonders das erstere, gut erhalten. Abdrücke: Lünig p. spec. cont. II. Abthl. V. Abs. I, 123; Hund metr. (edit. Monach.) I, 230; Tolner hist. pal. nr. 76; Ludewig germ. princ. (des bayer. Hauses von Finsterwald) I, 695; Ried cod. dipl. nr. 307.

1) Die Erblichkeit der herzoglichen Würde ist hier zum ersten Male vom Reichsoberhaupt ausgesprochen und aner-

uersis terris et possessionibus, quas idem dux adhuc uiuente antecessore nostro in manu sua et possessione tenuit tam cum hominibus quam cunctis eis pertinentibus. Insuper concedimus eisdem curtem *Moringen*,[1]) quę olim illustrissimi genitoris nostri[2]) extitit, cum pertinentiis eius et partem illam, quę contingit filias[3]) quondam *Philippi* regis simul eidem duci et heredibus suis tradimus et donamus, per excambium uel alio quolibet modo dispositurі, quod dictę regis filię nominatam hereditatis suę portionem grato assensu in manus nostras resignabunt. Sic quoque dispositum est et statutum, ut dictus dux cum curte memorata a nobis teneat ducentas marcas in liberis reditibus, et si de hac summa quicquam defuerit, nos de aliis reditibus nostris in Bawaria defectum illum supplebimus. Si autem in bonis ipsis aliquid de summa prescripta superfuerit, illud in nostros usus cedet et cum fratribus nostris H.[4]), palatino comite Rheni, et W.[5]) duce taliter ordinauimus, quod de bonis et hominibus quondam incliti patris nostri aduersum ducem Bawarie et heredes eius numquam actionem habebunt. Item feoda, quę interfectores regis *Philippi* marchio[6]) *Hystrie* et palatinus comes de *Witlingispahc* ab imperio

kannt. Zugleich entsagte Otto seinen und seines Hauses Ansprüchen auf das Herzogthum Bayern.

1) Mering am Lech bei Fridberg; es kam jedoch erst später an das wittelsb. Haus.

2) Heinrich der Löwe, welcher 1179 des Herzogthums entsetzt wurde.

3) Nämlich Beatrix, mit welcher sich König Otto vermählte, dann Kunigund, Maria und Beatrix.

4) Der Pfaltzgraf Heinrich († 1227), mit dessen Tochter Agnes sich gleich hernach der Herzog Otto illust. vermählte, welcher dadurch zum unbestrittenen Besitze der Pfalzgrafschaft gelangte.

5) Wilhelm von Lüneburg († 1212).

6) Marchi. Orig. Nämlich Heinrich, welcher nach dem Tode seines Vaters (1204) in Folge der Theilung die Marggrafschaft Istrien und Krain erhielt und i. J. 1228 starb.

tenuerunt, sepedicto duci et heredibus suis concedimus[1]) et confirmamus nemus, quod uocatur *Bazhart*, cum castro *Nwenburc* ad opus ducis omni iure conseruaturi,[2]) sicut ipse dux nos instruere poterit et docere. Ad cuius rei certam euidentiam et perpetuam in posterum firmitudinem fide data promisimus et iurare fecimus in animam nostram comitem Adolfum de *Schowinburc*,[3]) Cunradum de *Dicka*, Bernhardum de *Hurstimar* nobiles uiros et fidelem nostrum *Gunzilinum* dapiferum, quod cuncta, quę premissa sunt, inuiolabiliter curabimus obseruare, et cum sigillo nostro sigilla principum, quę postulauit, huic cartę iussimus adhiberi. Datum apud Vrankinfort anno dominicę incarnationis millesimo CCVIII, indictione XII, XVII kal. Decembris.*)

4. Schutz- und Trutzbündniss zwischen dem Kaiser Otto und dem Herzog Ludwig.

Frankfurt am 20. März 1212.

Hec est forma compositionis facte inter dominum O. gloriosum imperatorem Romanorum et dominum Lude-

1) Istrien erhielt der Herzog Ludwig nicht, sondern mit seiner Einwilligung der Patriarch von Aquileia. S. Hormayr sämmtl. Werke III, 326.

2) Der Herzog scheint sich zufolge der Reichsacht in den Besitz des Schlosses Neuburg bei Passau gesetzt zu haben, doch ohne Erfolg, indem es der Herzog Otto von Meran, welcher gedründete Ansprüche darauf hatte, erhielt.

3) Schauenburg, Stammsitz dieses Grafengeschlechtes, eine Burgruine in Westphalen.

*) Nach dem Original im k. Staatsarchive. Von den eilf ursprünglich anhangenden Sigeln sind nur mehr fünf sehr beschädigte vorhanden. S. Mon. B. 29ª, 593. In einigen Abdrücken (bei Scheid und Lory) sind die Namen der Siegler zum Theil offenbar irrig angegeben, im Original fehlen sie. Abdrücke: Scheid origg. III, praef. p. 33; Aetenkhover b. Gesch. nr. I; Lory Lechrain nr. 7: Fischer Erbfolgg. S. 29. Not.; Mon. B. 29ª nr. 593.

wicum, illustrem ducem Bawarie. Dominus L. dux Bawarie primum data fide promisit et postmodum sacramento iuramenti firmavit, quod ipse omni tempore vite sue bona fide et sine omni fraude serviet domino imperatori contra papam et contra omnem hominem, nec aliqua ùnquam occasione emergente a seruicio eius recedet. Juraverunt etiam quidam et adhuc alii iurabunt pro eo duodecim subscripti nobiles, quod si dux Bawarie, quod absit, aliquo modo contra promissionem suam veniret seu ipsam infringeret, quod ipsi bona fide et sine fraude dominum imperatorem modis omnibus contra ducem iuvabunt iuxta mandatum suum. Sunt autem hi nobiles: *Rapoto* comes palatinus[1] Bawarie, comes Hainricus de *Ortenburch*,[2] comes de *Moseberc*,[3] comes *Kalhohus*,[4] Hainricus de *Lapide*, Chuonradus de *Horbach*,[5] comes Eberhardus de *Dornberch*, Heinricus de *Randecke*,[6] Lupus de *Lenginvelt*, Alrammus de *Halse*,[7] comes de *Valai*, comes Sigboto de *Niwenbvrc*. Postmodum etiam ad validiorem confirmationem facti iuraverunt quidam et adhuc

1) Rapoto, ein Graf von Ortenburg, wurde nach der Aechtung des Pfalzgrafen Otto von Wittelsbach vom Könige Otto als comes palat. in Bayern aufgestellt und war der letzte Pfalzgraf in Bayern. Er nannte sich ausnahmsweise auch comes palatinus in Krayburch; auch de Ortenburg und de Rotal, in welch letzterem er seine meisten Besitzungen hatte. Er starb i. J. 1249.

2) Ortenburg im Ldg. Griesbach. Das Stammschloss dieses Grafengeschlechtes war Ortenburg in Kärnthen.

3) Nämlich Graf Konrat von Mosburg.

4) Dieser Kalhoh war Graf von Kirchberg.

5) Harbach im Ldg. Vilsbiburg.

6) Randekk im Ldg. Kelheim, wovon sich eine Seitenlinie der Grafen von Abensberg schrieb, welche i. J. 1270 erlosch.

7) Hals an der Ilz bei Passau, eine der grossartigsten Burgen, wie die Ruinen noch zu erkennen geben. Die Edlen von Hals erscheinen seit dem J. 1280 als Grafen. S. Eberh. Altah. bei Böhmer II, 532.

iurabunt duodecim subscripti ministeriales, quod si ipse dux aliqua occasione promissionem facti violaret, quod ipsi commoniti quindecim diebus ante in civitatem Augustam intrabunt, nunquam inde sine licentia domini imperatoris recessuri. Sunt autem hi ministeriales: Sifridus *Kopf*,[1]) Otto *Kopf*, Otto *Vuoz*, Hainricus *Vuoz*, *Cuonradus* dapifer, Otto de *Rore*,[2]) Berhtoldus de *Schiltperch*, Arnoldus de *Camera*,[3]) Ruodigerus de *Sandincella*,[4]) Werhardus de *Wittlinspah*, Everhardus de *Curia*, Hainricus de *Ruoden*.[5]) Et ut etiam maior de duce domino imperatori securitas fiat, ipse dux XII obsides subscriptos dabit domino imperatori, qui a proximo festo pasce ad duos annos in potestate erunt domini imperatoris, et tunc, si dominus dux promissionem factam domino imperatori bene servaverit, dominus imperator obsides illos liberos duci reddet, sed promissiones et iuramenta ipsius ducis et tam nobilium quam ministerialium semper firma et inviolabilia permanebunt. Sunt autem hi obsides: filius pincerne, filius Hermanni *Pedis*, filius Bartholdi de *Vrowenhoven*,[6]) filius Henrici de *Kranechesperch*,[7]) filius Friderici de *Brunowe*, filius Gerungi de *Berge*, filius Heinrici *Dimonis*, filius Werneri de *Burchusen*, filius *Grinarii*, filius Cuonradi de *Vriuntsperch*,[8]) filius Berhtoldi de *Snaitbah*,[9]) filius Grimoldi de *Bullenhusen*.[10]) E contrario dominus imperator data fide promisit, quod ipse semper domino duci pius et propitius erit dominus et in om-

1) Die Kopf sassen zu Kopfsburg bei Erding.
2) Rohr im Ldg. Pfaffenhofen.
3) Hohenkammer an der Glon im Ldg. Freysing.
4) Sandizell im Ldg. Schrobenhausen.
5) Rieden im Ldg. Weilheim.
6) Frauenhofen im Ldg. Erding.
7) Kranzberg im Ldg. Freysing.
8) Freundsberg bei Schwatz in Tyrol, Stammschloss der davon zubenannten Edlen.
9) Schneidbach im Ldg. Aichach.
10) Pullhausen im Ldg. Dachau.

nibus, que honorem et utilitatem ipsius respicent, dominus imperator benigno vultu eum promovebit. Acta sunt autem hec anno domini 1212 apud Franchenfort 13. kal. Aprilis indictione 15*)

5. Erneuerter und erweiterter Vertrag zwischen dem Bischof Konrat von Regensburg und dem Herzog Ludwig.

1213.

Haec est forma compositionis factae inter dominum Conradum ratisponensem episcopum et dominum Ludwicum ducem Bauarie. 1. Dux recepit medietatem castri *Chufstaine* ab ecclesia ratisponensi in feudo et reliquam medietatem debet acquirere a natiuitate domini proxime preterita infra annum sine malo ingenio, et debet dare ecclesie ratisponensi, et postmodum ab ea recipere in feudo. Quod si non fiet, dabit castrum *Stefeningen* ecclesie ratisponensi in concambium pro illa medietate, et supra dicto modo recipiet eandem medietatem ab ecclesia in feudo. 2. Castrum *Chontil*[1]) similiter debet habere ab ecclesia in feudo. 3. Item decimam *Atingen*,[2]) pro qua vertebatur controuersia inter eos, debet episcopus habere absolute. 4. Item dux pro remedio animae suae et parentum suorum in altera parte *Danubii* castrum *Kelhaim* et Luttoldum de *Owe* cum pueris suis et familia et omni posteritate sua et castrum *Lengenfeld*, castrum *Stouffe*, castrum *Stefningen*, castrum *Wolferingen*, castrum *Bartesperc*, castrum *Durchelenburg*, et ex ista parte Danubii castrum *Landeshutae* cum omnibus ministe-

*) Aus Scheid origg. Guelf. III, 810; daraus abgedr. in Pertz Mon. h. germ. IV, 220; der Abdr. bei Tolner (hist. pal. nr. 81) ist noch fehlerhafter als jener.

1) Kundelburg bei Rattenberg, wovon nur mehr Ruinen vorhanden sind.

2) Atting an der kleinen Laber im Ldg. Straubing.

rialibus et redditibus, supradictis castris attinentibus et cum tota familia, si vel ipse vel pueri sui sine legitimo haerede decesserint, ecclesiae ratisponensi perpetuo possidenda donavit. 5. Episcopus vero hanc devotionem considerans beneficio *landgravii*, sito in *montanis*, ducem infeudauit tali conditione, quod duci non liceat, eodem beneficio alium infeudare. Quod si fecerit, statim vacare debet ecclesiae. 6. Insuper episcopus concedet duci mediam partem vnius beneficii, quod proximo sibi vacauerit ab aliquo dominorum, exceptis tribus, scilicet beneficio, quod detinet imperator,[1]) et aduocatia maioris ecclesiae, et beneficio, quod habuit comes Fridericus de *Hohenburch*. 7. Dux etiam in familiari consilio electionis episcopi, sicut vnus ex canonicis vel ministerialibus recipiendus est et audiendus. 8. Item dux burgenses absolutos dimisit ab omni iuramento, quod sibi aduersus episcopum fecerant, et alter alteri debet ius suum in ciuitate per omnia integrum conseruare. 9. Item vterque cum homine iuri suo attinente, sicut voluerit, libere disponat. Si vero alterum ad hoc habuerit necessarium, quaestum cum eo aequaliter diuidat et cum illo procedat secundum sui consilii moderationem sine malo ingenio. 10. Item episcopus non debet violenter manutenere burgenses contra ducem, qui in ciuitate domum suam sibi aedificent, aut pecuniam, quam eis ad hoc assignauerat, sibi restituant aut ostendant, cui dederint. 11. Item si aliquis burgensium alteri eorum in iure sibi debito rebellis extiterit, contra eundum mutuum sibi debent auxilium impertiri et lucrum inde proueniens aequaliter diuidere. 12. Similiter de manifesto conflictu in ciuitate quaestum aequaliter diuident. 13. De statuendo etiam foro rerum venalium qualiumcunque in ciuitate et de omnibus vnionibus quarumlibet venditionum

1) Die Lehen, welche der Kaiser vom Hochstifte hatte, kennen wir nur sehr unvollständig.

modum simul statuent, neuter sine licentia alterius de his aliquid mutabit vel remittet. 14. Praeterea conductum simul praestabunt et lucrum inde acceptum simul diuident, et quicunque contra velle eorum aliquem vel aliquos conducere praesumpserit vel conductum eorum infregerit, illud ambo prohibebunt. 15. Item nec episcopus castrum *Strazpurch*[1]), nec dux aliud castrum prope *Heylsperch*,[2]) nec alteruter eorum aliquod castrum in praeiudicium aedificare debet vsque ad sex annos post redditum ducis de partibus vltramarinis. 16. Item neuter eorum debet vasallum vel ministerialem vel hominem alterius sibi in castellanum vel quocunque alio modo assumere, nisi de ipso alteri vellit iustitiam exhibere. 17. Item neuter eorum debet ministerialem alterius, qui gratiam suam non habet, siue per matrimonialem contractum siue quocumque modo assumere aut contra eum violenter defendere. Sed si forte altero eorum ignorante ministerialis vnius transierit in potestatem alterius per copulam matrimonialem, tunc ille, in cuius potestatem transiuit, prosequetur eundem ad consilium domini, a quo recessit. 18. Item si comes vel liber vel ministerialis alterutrius eorum existens in familiaritate domini sui gratiam suam amittat, illum non debet alter sibi assumere, nisi ille prius gratiam domini sui habeat. 19. Ad haec episcopus et dux hoc similiter inter se statuerunt, ut ministeriales eorum vicissim nubant, et pueri aequaliter diuidantur, hoc modo distinguentes, quod primus puer, masculus vel foemina, patrem sequatur sine diuisione, reliquis nihilominus diuidendis. Si vnum tantum genuerit puerum, masculum vel foeminam, idem patrem sequatur et nubat post matrem, et eiusdem pueri, quos genuerit, similiter diuidantur. Item si officialis episcopi veluti marschalcus, dapifer, camerarius vel

1) Ein Weiler dieses Namens liegt im Ldg. Landshut.
2) Heilsberg im Ldg. Wörth.

alter quilibet vxorem de ministerialibus ducis duxerit, vel officialis ducis econuerso ministerialem episcopi vxorem duxerit, senior filius, qui patrem sequitur, habeat patris officium, et si solus sit, nubat in potestatem domini, cuius erat mater, ita tamen, quod pueri, quos genuerit, diuidantur, si vero solus non est, sed plures sunt pueri, ipse nihilominus habeat patris officium cum reliquis pueris, secundum quod supradictum est, dividendis.
20. De ordinatione vero pacis prouinciae sic statuerunt, vt quicquid inter eos vel eorum coadiutores vel ministeriales vtriusque emerserit, ita quod vnus alteri damnum intulerit, damnificatus sine talione sex hebdomadis se contineat et conqueratur episcopo, si ducis est, et econuerso, et plenariam recipiat satisfactionem. Si vero damnificatus haec transgreditur, ita quod pro damno sibi illato malum fecerit, factum duplo restituat, et pro sibi illato nullam habeat emendationem. Sed si damnificatus sine talione iniurias suas conqueratur et sacramentum calumniae praemiserit, ille, contra quem agitur, damnum restituat, sub testimonio iuramenti trium autenticarum personarum, et si negare voluerit, simili modo negabit. Item si agens in alium sacramentum calumniae praemittere noluerit, ille, qui pro reo habetur, sola manu se expurget. Item si damnificans pertinacia vel paupertate satisfacere contempserit, excommunicetur ab episcopo et a duce proscribatur, et a tali damnatione non liberetur, nisi prius de excessibus dignam exhibeat satisfactionem. Talem enim vltra vnam noctem vel prandium nullus in domo sua recipere audeat vel detinere, sed, qui eum detinuisse culpatus fuerit et tertia manu se expurgare noluerit vel nequiverit, satisfaciat pro ipso.
21. Item qui satisfacere tenetur pro quocunque excessu, citabitur peremptorie a iudice per sex hebdomadas et si se die constituto praesentauerit, infra duodecim dies postea satisfaciat et satisfactionis suae certitudinem faciat coram iudice per fideiussores. Si autem se citatum nesci-

erit et hoc probauerit, non damnetur, sed satisfactio ab eo accipiatur supra dicta. 22. Item qui in alium sine querimonia violenter per reisam insultum fecerit, damnum, quod fecit, integre restituat, et pro dedecore insultus reddat quinque talenta. Item damnificatus ducis non conqueratur coram iudicio prouinciae, sed coram episcopo, et si damnificans restiterit episcopo super emendatione, ipse debet eum excommunicare et de bonis suis laeso assignare ad aestimationem damni illati, nisi bonis careat et publicus praedo sit, et si necesse fuerit, eum cum duce prosequi ad eius instructionem potest, id, quod in eius cedit personam. Item dux debet de suis episcopo conseruare reum proscribendo, hoc adiecto, quod dux praecise damnificato restituat ablata, nisi reus publicus praedo sit nec habeat, vnde satisfaciat, quod propterea adiectum est, quod dux potentior est de suis, quam episcopus de suis. Idem de vasallis ecclesiae, quam diu respectum habebunt ad episcopum, propter eum dimittendi et faciendi, et postquam ab illo respectu destiterint, coram publico iudice de ipsis quaerimonia proponatur. 23. De moneta ratisponensi statuerunt, quod stabilis sit et nulla unquam post eam fiat, sed si factum fuerit, dux ad consilium et velle episcopi prohibeat et retractet. 24. Item vtrique tam episcopo, quam duci placuit, vt omnia instrumenta, ante hoc praesens instrumentum facta, nisi sub sigillo vtriusque, deinceps careant effectu. Huius formae ac constitutionum testes sunt clerici: *Chuno* decanus, Vlricus de *Werde*[1]) archidiaconus, Wernhardus de *Judenbrucke* archidiaconus, Theodoricus de *Schönenfeld*,[2]) *Vlricus* scriba, Vlricus de *sancto Cassiano* vicedominus ducis, *Geroldus* notarius ducis, *Eberhardus* notarius episcopi; laici: comes Kalhohus de *Kirchperc*, comes Meinhardus de *Rotten-*

1) Wörth an der Donau unterhalb Regensburg.
2) Schönfeld im Ldg. Mitterfels.

ecke,[1]) Heinricus de *Lapide*, Grimoldus de *Lapide*, Marchwart de *Märingen*,[2]) Ratold de *Perge*, Cunradus de *Hohenfels*, Heinricus de *Eberspeunt*, Hawardus de *Outingen*, Arnoldus de *Schönenfeld*, Otto *Kopf*, Heinricus de *Ramisowi*, Heinricus de *Syriching*,[3]) Cunradus de *Schrotshouen*,[4]) Hermanus de *Liechtenberch*,[5]) Cunradus de *Kirchdorf* et alii quam plures. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCCXIII indictione prima.*)

6. Herzog Ludwig gibt dem Kloster Schönau für den Schaden, welchen seine Leute demselben zugefügt hatten, die Fischerei in Oppau.

1214.

Ludeuuicus dei gratia palatinus comes Reni et dux Bauarie omnibus imperpetuum huius scripti seriem inspecturis et comperturis salutem et omne bonum. Cum non sine causa iudex gladium portet, scire nos conuenit, qui gladio cingimur, quod illum ad militandum summo regi in defensione uiduarum et pupillorum et precipue in protectione sancte dei ecclesie et religiosarum domorum accepimus, et si aliquando perperam aliquid agendo eo abutimur, studio pietatis excessum corrigere debemus. Inde est, quod scire uolumus uniuersitatem vestram, nos tractos dolore cordis intrinsecus pro dampno,

1) Rotteneck im Ldg. Pfaffenhofen. Die Grafen, welche sich davon zubenannten, und von den Grafen von Abensberg abstammten, gingen mit dem Bischof Heinrich von Regensburg i. J. 1296 ab.

2) Grossmähring im Ldg. Ingolstadt.

3) Sarching im Ldg. Stadtamhof.

4) Schrotzhofen im Ldg. Burglengenfeld.

5) Nicht Lichtenberg bei Altenthan, sondern das gänzlich verfallene Schloss unterhalb Regensburg bei Donaustauf.

*) Aus Hund metr. I, 235; Ludewig Germ. pr. II, 714.

quod homines nostri nobis inuitis intulerunt monasterio et uenerabilibus fratribus *Sconaugie*,[1]) cupientes deo et ipsis satisfacere, reuersi a militia domini regis *Friderici* de inferiori Germania, ad ipsum claustrum accessimus et in capitulo plenaria fraternitate recepta, domino abbati et eius fratribus ad resarciendum dampnum per nostros irrogatum, piscationem nostram in *Opphouuin*,[2]) donec pura conscientia dicerent, sibi satisfactum, liberaliter contulimus, de cetero ad nos redituram. Huic donationi accessit etiam bona uoluntas et pius consensus *Agnete* nobilis puelle, sponse filii nostri, que uera heres est eiusdem rei. Adiecimus nichilominus, quod si residente hoc fructu apud ipsum monasterium nos contingeret migrare a seculo, ipsi pro remedio anime nostre perpetuo gauderent hac donatione. Actum est hoc anno domini MCCXIIII. Huius rei testes sunt: Theobaldus marchio de *Uohimburch*,[3]) Philippus de *Bonlanden*,[4]) miles noster cognomento *Cranc*, *Hageno* famulus noster, *Sigbodo* aduocatus et alii quam plures uiri boni testimonii.*)

1) Schönau im Odenwald, O.-A. Heidelberg. Dieses Kloster wurde von dem Bischof Buggo von Worms i. J. 1142 gestiftet und i. J. 1560 nach Einführung der Reformation aufgehoben.

2) Oppau in der Nähe von Frankenthal.

3) Vohburg unterhalb Ingolstadt, Stammschloss der davon und von Cham zubenannten Markgrafen. Die nach dem J. 1209 vorkommenden Markgrafen von Vohburg sind Hohenburge, wie sie sich denn auch in der Regel von dem Schlosse Hohenburg zubenennen.

4) Die Burgen Alt- und Neubolanden im Kommissariate Kirchheimbolanden. — Dieses reichbegüterte Edelgeschlecht tritt zu Anfang des 12. Jahrh. in die Geschichte ein.

*) Aus dem Copialb. des Kl. Schönau fol. 130.
Abdruck: Gudeni Syl. p. 85; Scheid origg. III, 651.

7. König Friedrich verleiht dem Bischof Ulrich von Passau das ihm vom Herzog Ludwig aufgesandte Fahnenlehen, nämlich einen Theil der Grafschaft des Ilzgaues in der Art, dass derselbe dieses Lehen von dem Bischof Ulrich und dessen Nachfolgern zu empfangen habe.

Nürnberg am 21. Jänner 1217.

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus diuina fauente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sycilie. Uotis fidelium nostrorum presertim, quę ad manifestos ecclesiarum usus cedere uidentur, de consueta regie serenitatis munificentia pium semper fauorem uolentes impendere, presentis scripti certitudine ad notitiam presentis eui atque ad memoriam future posteritatis uenire uolumus, quod ad instantiam et obnixas preces dilecti principis fidelis nostri V̊lrici[1] *pattauiensis* episcopi, quem in obsequiis imperii et nostris jam dudum non tantummodo inuenimus deuotum, verum etiam in sue fidelitatis feruore credimus, immo non dubitamus, constantem inantea permansurum, ad recognitionem laudabilium meritorum suorum comitatum prediorum ecclesie pattauiensis sitorum per loca *Ylsgowe* nuncupata, quem comitatum dilectus fidelis et consanguineus noster *Lodwicus* palatinus comes Reni et dux Bawarie ex concessione diuorum progenitorum nostrorum Romanorum regum et imperatorum iure hereditario tunc temporis quiete tenuit et possedit, de plano assensu et mera uoluntate ejusdem ducis ab ipso duce in manus eminentie nostre resignatum, statim presente et petente eodem duce contulimus memorato episcopo Ulrico et sue ecclesię ab ipso suisque successoribus pattauiensis ecclesie episcopis titulo legalis feudi perpetuo possidendum. Ad cuius rei euidentiam robur atque perpetuam memoriam presens scriptum sepedicto episcopo et ec-

1) Ulrich, Bischof v. J. 1215—1221.

clesie pattauiensi inde indulsimus aurea bulla regię maiestatis nostrę communitum, statuentes atque sub interminatione gratie nostre districte precipientes, ne ulla umquam persona humilis vel alta, secularis siue ecclesiastica, hanc nostre concessionis et confirmationis gratiam infringere vel ei aliquo temerario ausu presumat obuiare. Huius rei testes sunt Sifridus sancte *moguntine* sedis archiepiscopus, Ekkebertus *babenbergensis*[1]) episcopus, Sifridus *augustensis*[2]) episcopus, Hainricus *basiliensis*[3]) episcopus, Liupoldus[4]) dux *Austrie* et *Styrie*, Bernhardus[5]) dux *Karinthię*, Otto dux *Meranię*, comes Adolfus de *S[c]owenburch*, Hainricus nobilis de *Niffen*,[6]) Anselmus de *Justingen*[7]) marescalcus imperii, Waltherus de *S[c]ipf* pincerna et Chůnradus frater eius, *Dieto* camerarius, Philippus de *Bonlandia*, Hademarus de *Wisint*, Hainricus de *Lonsdorf*, Waltherus de *Tannenberch*,[8]) Otto de *Morsbach* et alii quam plures. Signum domini Friderici inuictissimi Romanorum regis (Monogramma) et semper augusti et gloriosi regis Sycilie. Ego Chůnradus *metensis* et *spirensis* episcopus, imperialis aulę cancellarius, vice domini Sifridi *moguntini* archiepiscopi totius Germanię archicancellarii recognoui. Acta sunt autem hec anno domini millesimo CC°XVII° regnante domino Friderico secundo diuina fauente clementia Romanorum rege et semper augusto et rege Sicilie inuictissimo, anno romani regni eius quinto, Sycilie uero XVIII° feliciter.

1) Ekkbert, Bischof v. J. 1203—1237, war ein Sohn des Herzog Berhtolt von Meran.

2) Sigfrid von Rechberg v. J. 1208—1227.

3) Heinrich v. J. 1215—1238.

4) Leupold starb am 26. Sept. 1228.

5) Bernhart starb 1256.

6) Die Burgruine Hohenneuffen über dem Städtchen Neuffen im wirtemb. O.-A. Nürtingen.

7) Das Schloss Justingen auf einem Felsen bei dem Dorfe gleichen Namens im wirtemb. O.-A. Münsingen.

8) Tannenberg im österr. Mühlkreise.

Datum in sollempni curia apud Nuremberch celebrata anno pretaxato VIIII kal. Februarii, indictione V^ta^.*)

8. König Friedrich II. verleiht dem Herzog Ludwig und dessen Erben das Bergregal sowohl auf den Erbgütern, als auch auf den Lehen.

Nürnberg am 26. November 1219.

Fridericus secundus dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Dignum est et consentaneum rationi, ut hii, qui ad exaltationem nostram uotis fidelibus et seruitiis preclaris aspirant, a munificentia nostra ampliora beneficia consequantur. Hac itaque consideratione inducti, vniuersis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris notum facimus, quod nos attendentes sinceram fidem et deuotionem necnon et obsequia, que dilectus consanguineus noster *Lodowicus* dux Bawarie, palatinus comes Reni, maiestati nostre frequenter exhibuit 1) et inantea poterit exhibere, ex certa scientia et de mera liberalitate nostra donauimus sibi et heredibus suis et in rectum feudum concessimus omne genus metalli tam in auro et argento, quam in aliis, quod in terris patrimonii et feudi sui fuerit repertum, cum omni iure et utilitate exinde proueniente, et quam nos et imperium percipere deberemus. Statuimus igitur et auctoritate regia districte precipimus, ut nulla umquam persona alta uel humilis, ecclesiastica uel secularis, contra hanc nostram concessionem uenire presumat. Quod qui presumpserit, offensam nostram et grauem indignationem

*) Abdrücke: Hund metr. I, 382; Lünig spic. eccles. II, 781; Hansiz Germ. S. I, 362. Mon. B. 30^a^ nr. 626.

1) Herzog Ludwig hatte den König Otto, nachdem über diesen der Bann verhängt ward, verlassen und durch Anschluss an den Gegner desselben, Friedrich, dessen Uebergewicht entschieden.

incurret et pro pena temeritatis sue centum libras auri componat, quarum medietas camere nostre, altera uero passis iniuriam persoluatur. Ad huius autem nostre donationis et concessionis memoriam presens priuilegium inde scribi et sigillo magnificentie nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Conradus *ratisponensis* episcopus, Otto *frisingensis* episcopus, Otto dux *Meranie*, palatinus comes *Burgundie*,[1]) comes Conradus de *Mosburc*,[2]) Geuehardus langrauius de *Luckinberc*,[3]) *Diepuldus*[4]) frater eius, Anselmus marscalcus de *Justingen*, Ramungus de *Swabahc*,[5]) Albertus *Lupus*, Albertus *Rindismul*[6]) et alii quam plures. Ego Conradus[7]) *metensis* et *spirensis* episcopus, imperialis aule cancellarius vice domini Syfredi[8]) *maguntine* sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono decimo, indictione octaua, regnante domino nostro Friderico dei gratia illustrissimo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno regni eius in Germania septimo et in Sicilia uicesimo secundo feliciter amen. Datum apud Nuorem-berc sexto kal. Decembris indictione prescripta.*)

1) Otto hatte durch seine Vermählung mit Beatrix, Tochter des Pfalzgrafen Otto von Burgund, die Pfalzgrafschaft an sich gebracht.

2) Wahrscheinlich Konrat II, der um 1240 gestorben.

3—4) Leuchtenberg, Ldg. Vohenstrauss, Stammschloss der Landgrafen. Gebhart starb i. J. 1219 und sein Bruder Diepolt i. J. 1263.

5) Schwabach im Kr. Mittelfranken, Ldg.-Sitz.

6) Die Rindsmaul, ein Dienstmannsgeschlecht, waren besonders in Franken, später auch in Bayern begütert.

7) Konrat III., Bischof, v. J. 1200—1224, ein Edler von Scharfeneck.

8) Sifrit, Erzbischof, v. J. 1200—1230 aus dem angesehenen Geschlechte von Eppenstein.

*) Abdrücke: Freher orig. II, 87; Tolner hist. Pal. nr. 79; Ludewig Germ. princ. I, 732; Aettenkhover nr. 2; Mon. B. 30ª nr. 645.

9. Der Herzog Ludwig entschädiget das Kloster Prüfening dafür, dass er das Schloss zu Abbach auf dem Grunde desselben erbaut hat.

Prüfening am 13. Jänner 1224.

Lůdewicus dei gracia palatinus comes Rehni et dux Baowarie. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos et abbas et suus conuentus de Pruuening mediantibus uiris religiosis et discretis, abbatibus videlicet de *Tegernse* et de *Schiren*, necnon et summo preposito cum plebano maioris ecclesie *ratisponensis* taliter, datis dextris, pro edificatione castri nostri in *Ahbach*[1]) in fundo ecclesie ipsorum eis inuitis constructi, confederati sumus, ut nos de bonis ipsorum ad fundum castri quibusdam agris aput *Danubium*, in quibus forum situm est, et quibusdam aliis agris contra orientem, quos publica strata[2]) a ceteris ipsorum bonis discernit, usque ad nemus vulgo *Chublesprunne* dictum receptis, parte quoque nemoris iuxta Ahbach et curte in *Wihse*,[3]) ipsis conferremus predium *Chunigeswisen*[4]) cum omnibus suis adtinentiis, cultis et incultis, quod a regia manu iure beneficii possedimus, hac interposita conditione, vt condigno concambio idem predium regali confirmatione ipsis legitime offerendum sine omni eorum dampno conquireremus. Similiter predium quoddam in *Mœtinge*[5])

1) Der Herzog erbaute die Burg zu Abbach, (rechts der Donau oberhalb Regensburg), wovon der Hauptthurm noch jetzt steht, zufolge der ann. Ensd. (Pertz mon. XII, 5) i. J. 1220, wahrscheinlich zur Verstärkung seiner Stellung in Regensburg.

2) Publica (im Deutschen Land- oder Reichsstrasse) darum genannt, weil sie nicht gesperrt werden durfte, daher auch der Ausdruck „an des reiches offener strassen.“

3) Der Weiler Weichs bei Abbach.

4) Königswiesen bei Gross-Prüfening im Ldg. Stadtamhof.

5) Das Pfarrdorf Matting bei Kelheim.

cum omnibus suis pertinentiis, quod de manu *Levtoldi*[1]) pincerne nostri acceptum, tali mediante pacto illis tradidimus, ut qualicumque modo dictum predium L. pincernam nostrum contingeret, nos sine grauamine aliquo fratrum recompensaremus eidem. Preterea omnem decimationem tam de bonis ab ipsis receptis, quam etiam de omnibus dicto castro conquisitis et conquirendis in frugibus diuersis, in carnibus et caseis et uolatilibus in perpetuum delegauimus eisdem singulis annis de publicis nostris officinis persoluendam. Conpromissum etiam a nobis fideliter profitemur, quod omnes castellani illius castri in predicto monasterio perpetuam reciperent sepulturam. Item ivdicium uille Pruuening in ivrisdictionem abbatis cenobii perpetualiter transferendum fideliter conpromisimus, et quod idem abbas curie nostre annotatus summus capellanorum nostrorum haberetur. Curtem etiam in *Neurœting*[2]) cum omnibus suis pertinentiis a cenobio, quod *Monasterium* dicitur, situm apud silvam *Tiernpuech* comparandum illis collaudauimus. Item quod neque per nos neque per nepotes nostros numquam in omnibus aduocatiis bonorum suorum tam habitis a nobis, quam in futurum habendis exactio vel steura fiat aliqua, neque aduocatum aut subaduocatum contra ipsorum uoluntatem constituere debeamus, nullam etiam molestiam in possessionibus suis tam in concambium collatis, quam etiam castris nostris ubicunque uicinis per aliquam uiolentiam passuri, nisi sub pena duple recompensationis a nobis exhibita. Item a nobis sub forma conpositionis conpromissum est, ut si quandoque dictum castrum aliquo modo aut euentu cessare contingeret vel a legitimo herede masculo vacaret, non solum ipsa edificia cum omnibus bonis a monasterio receptis, sed omnia a nobis in concambium collata fratribus irreuocabiliter permanere.[3]) Acta sunt

1) Leutolt aus der Aue burgmann zu Kelheim.
2) Neuirating oder auch Oberirating, Ldg. Kelheim.
3) Schreibfehler für permaneant.

autem hec omnia tali mediante condicione, vt infra spatium eiusdem nostre conpositionis anni uniuersa, que prediximus, tam papalibus, quam et regalibus priuilegiis roborarentur, saluis omnibus laboribus et expensis monachorum, alioquin omni postposita contradictione cassa foret tocius forma conpositionis causa totaliter reuocata. Quod et simili modo fieri debet, si post factam confirmationem aut per nos aut per aliquos nostros successores dictus processus debito[1]) iure non obseruetur. Ad maiorem igitur huius facti declarationem hanc cartam pro memoriali habendam sigilli nostri appenssione muniri fecimus. Testes, qui presentes huius conpositionis aderant, annotari statuentes. Heinricus abbas de *Tegernse*, Chunradus abbas de *Schiren*, Gotfridus summus prepositus *ratisponensis*, Fridericus plebanus maioris ecclesie *ratisponensis*, Albertus comes de *Pogen*, Chunradus comes de *Moseburc*, Diepoldus lantgrauius de *Leukenperge*, Minhart comes de *Rotenekke*, Vlricus de *Werde* canonicus *ratisponensis*, Chunradus plebanus de *Cheleheim*, Eglolfus plebanus in *Hembur*,[2]) Perngerus plebanus de *Linthart*,[3]) *Niemo* clericus, Heinricus de *Randek*, Wernherus de *Laber*, Albero Wolf de *Lengeuelt*, Hoholdus de *Nidekke*,[4]) Vlricus de *Walturn*,[5]) Vlrich de *Dachaů*,[6]) Hiltprant de *Zan*,[7]) Baldwinus de *Parre*, Otto de *Tiginge*, Perhtoldus *Innechouen*, Fridericus de *Schonhouen*, Heinrich *Spiegil*, Heinrich de *Stůfe*, et frater eius Ekkebertus, Vlricus

1) Hier ist ein kleines Stück von der Urkunde abgerissen.

2) Stadt und Ldg.-Sitz Hemau in der Oberpfalz.

3) Oberlindhardt im Ldg. Mallersdorf.

4) Neudekk, Ldg. Neunburg.

5) Walthurn, Ldg. Vohenstrauss, wo ein angesehenes Dienstmannsgeschlecht sass, welchem auch Waldau (ebend.) gehörte.

6) Dachau, Ldg.-Sitz, 3 St. von München.

7) Ohne Zweifel Zant, Ldg. Amberg.

de *Geltolfinge*, Vlricus de *Waldaŭwe*, Vlrich de *Pfrin*,[1] Vlrich de *Taphheim*,[2] Ekkepertus de *Ehkinmŭl*,[3] Fridericus *Ruber*, Heinricus de *Affalter*,[4] Perhtolt de *Perchouen*,[5] Heinricus de *Swarza*,[6] Vlrich et Heinricus de *Swarzenswale*, Chunradus de *Nertinge*, Fridericus de *Waltenhouen*,[7] Chunradus de *Sala*, Chunradus *Puller*, Vlrich, Perhtolt de *Avekkinge*,[8] Perhtolt de *Perchouen*, Gebehart de *Pevkheim*, Heinricus de *Lihtenberc*, Chunradus de *Solzpurch*,[9] Heinricus de *Papenperge*,[10] Sigehart, Heinricus de *Gemunde*, Heinricus de *Gahenrevt*, Fridericus de *Potensteten*[11] et alii quam plures. Acta sunt hec in Prŭvenige anno incarnationis domini MCCXXIIII, indictione III[a], id.[12] Januarii.*)

1) Die Stadt Pfreimt, Ldg. Nabburg, in den frühesten Zeiten ein Besitzthum der Grafen von Abensberg-Rotteneck, dann der Herzoge von Bayern, in der Folge der Landgrafen von Leuchtenberg, welche in der letzteren Zeit dort residirten.

2) Tapfheim, Ldg. Höchstätt.

3) Ekkmül, Ldg. Mallersdorf. Die Edlen, welche sich davon schrieben, besassen das hochstift. regensb. Truchsessenamt.

4) Die vormal. Hofmark Alfalter, Ldg. Nabburg.

5) Berghofen, Ldg. Kelheim.

6) Das Pfarrdorf Schwarzach, Ldg. Nabburg.

7) Waltenhofen, Ldg. Kelheim.

8) Das Pfarrd. Affeking, Ldg. Kelheim.

9) Sulzbürg (Ldg. Neumarkt) ging von den Grafen von Hirschberg zu Lehen, kam nach deren Aussterben an Bayern, später an die Grafen von Wolfstein, und i. J. 1768 mit Wolfstein und Pyrbaum abermals an Bayern.

10) Pappenberg, Ldg. Eschenbach.

11) Pottenstetten, Ldg. Burglengenfeld.

12) Da die indict. III nicht zum J. 1224 passt, könnte man sich allerdings zu der Annahme versucht fühlen, dass die Zahl III zu id. zu ziehen, und die Zahl der Indict. ausgefallen sei, allein die Schreiber haben sich in der Berechnung der Indict. häufig geirrt.

*) Abdruck: Mon. B. XIII, 203.

10. Der Bischof Konrat von Regensburg verspricht, dem Herzog Ludwig für die Kastenvogtei über Velden ein anderes in Erledigung kommendes Lehen zu geben.

Am 18. Februar 1224.

In nomine domini amen. *Chvnradus* dei gratia ratisponensis episcopus omnibus in perpetuum. Cum ex quodam promisso duci *Bawarie* conferendum esset feodum unum, et episcopus ratisponensis, quicunque tunc temporis, quando idem beneficium inciperet uacare, presideret, ad id teneretur, et nos ecclesiam nostram ab illo promisso absoluissemus per beneficium Eberhardi comitis de *Dornberch*, aduocatiam, que kastvogtei dicitur, que erat de eodem feodo, excepimus, illam duci reconpensaturi per feodum, quod uacare ceperit ad estimationem xx librarum, quarum x sint absoluti redditus, quod uulgo sonat vrbor, x uero infeodate, quod uulgo sonat mannelehen. Hoc autem temporibus nostris faciendum reliquit gratie nostre. Si uero temporibus nostris factum non fuerit, successorem nostrum ad idem exequendum teneri per scriptum presens profitemur. Adiectum est autem, si feodum idem duci conferendum estimationem xx librarum excesserit, quod dux pro eodem excremento faciet, quicquid consiliarii tam ex parte episcopi quam ducis ad hoc uocati consuluerint faciendum. Acta sunt hec anno incarnationis domini M.CC°XX°IIII° indictione XII^a^, XII^a^ kal. Marcii. Datum eodem incarnationis anno.*)

*) Das bischöfl. ziemlich gut erhaltene Sigel hängt an rothen und grünen seidenen Fäden.

Abdrücke: Ludewig Germ. pr. II, 726; Scheid bibl. p. 183; Ried cod. nr. 355.

11. Herzog Ludwig vermacht wiederholt dem Hochstifte Regensburg die Vesten Kelheim, Lengenfeld, Stauf, Steveningen, Wolferingen &c., wenn er kinderlos sterben würde, und gegen Verleihung eines Fürstenlehens, als welches er nun die Vogtei über Velden erhalten zu haben bekennt. Zugleich bestätiget sein Sohn Otto jene Schankung auch für seine Person.

Act. 18. Febr. Dat. Straubing am 28. März 1224.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Lodewicus dei gratia palatinus comes Reni, dux Bawarie, omnibus in perpetuum. Profitemur per scriptum presens, quod nos quandoque in remedium anime nostre atque ad placandum ecclesiam ratisponensem, quam sepius offenderamus, donauimus eidem in altera parte Danubii castrum *Khelheim* et Livtoldum cum pueris et familia cum omni posteritate, castrum *Lengenvelt*, castrum *Stǒff*, castrum *Steveningen*, castrum *Wolferingen*, castrum *Parsperch*, castrum *Durchelnburch*, ex ista uero parte Danubii castrum *Landeshvt* cum omnibus ministerialibus et redditibus ipsis attinentibus et tota familia cum omni iure proprietatis, si sine prole legitima decederemus, possidenda. Promittebatur quoque tunc nobis e conuerso de parte ecclesie ratisponensis, quod episcopus, quicumque tunc ei pro tempore presideret, nobis conferret in feodo beneficium principis, quod proxime post donationem istam uacare inciperet, exceptis tribus, scilicet beneficio domini regis et beneficio aduocatie maioris ecclesie ratisponensis et beneficio comitis de *Hohenburch*. Nunc autem dominus et consanguineus noster dilectus *Chůnradus* ratisponensis episcopus recognoscens, in quo nobis ex eodem promisso teneretur, se et ecclesiam suam absoluit, beneficium Eberhardi comitis de *Dornberch*, aduocatiam uidelicet super *Velden* 1) et super bonis canonicorum ecclesie sue, excepta aduocatia, que kastvogtei dicitur, que

1) Der Markt Velden, Ldg. Vilsbiburg.

fuit de eodem feodo, nobis feodaliter conferrendo, eo benignius ac cum pleniori beneuolencia id faciens, quod confisus est de nobis, ut pro tuendis eisdem bonis ius nostrum clemens moderancia comitetur. Igitur in recognicionem tanti honoris et profectus a domino nostro et consanguineo predicto episcopo Conrado suaque ecclesia nobis nunc exhibiti, donationem de bonis prenotatis prius factam innouauimus et protestati sumus procurantes ac efficientes, quod et filius noster *Otto* eadem bona donauit, super aram beati Petri sub forma prescripta, sub qua et nos ea prius sibi donaueramus, hoc adiecto, si dictus filius noster heredes habuerit, et illi forte sine herede uel heredibus decesserint, quod dicta bona ad proprietatem ratisponensis ecclesie deuoluantur. In robur autem et testimonium eius, quod ecclesia ratisponensis a promisso illo est absoluta, et quod in nullo feodo nobis tenetur preter reconpensationem feodi, quod excepit, kastvogtei uidelicet, quam nobis reconpensare tenetur beneficio estimationis xx librarum, x vrbor, x verlihens, et in robur donationis nostre ac filii nostri presentem paginam inde conscriptam sigillis nostro uidelicet et filii nostri Ottonis et subnotacione testium, qui interfuerunt, fecimus communiri. Testes autem sunt hii: clerici Eberhardus de *Abensperch* archydiaconus, *Hermannus* scolasticus, V̊lricus de *Sala* custos et vicedominus,[1] Theodericus de *Schonvelt*, Albertus obellarius, Gelfradus, Eberhardus de *Rvssingen*, Chv̊nradus de *Taufkirchen*,[2] Chv̊nradus de *Velchirchen*, Hainricus de *Lerchenvelt*, magister Johannes, Kalhohus de *Hove*, canonici ratisponenses, laici uero Perhtoldus comes de *Livbenove*,[3] fratres comi-

1) Der Vicedom, welcher ursprünglich ein Richteramt bekleidete (Pertz mon. III, 134), führte die Oberaufsicht über die Verwaltung der bischöflichen Güter. S. Bodmanns rh. Alt. S. 543.

2) Taufkirchen, Ldg. Erding.

3) Liebenau, am linken Ufer der Salzach unterhalb Laufen, war der Stammsitz der davon zubenannten Grafen, welche

tes de *Mospurch*, Kalhous comes de *Kirchperch*, Hainricus de *Starcholshoven*,[1]) Hoholdus de *Woltmůtsa*,[2]) Ratoldus de *Perge*, Wallarius, *Livtoldus vz der Ǒe*, V̊lricus marsalcus de *Srovenhvsen*,[3]) Ekkebertus de *Ekkenmul*, V̊lricus *Kof*, Otto *Fv̊z*, Heinricus *Tieme*, Conradus de *Hohenvels*, Hawardus de *Ǒtingen*, Gozwinus apud portam Ratispone, Reimmarus de *Prennenberch*, Hermannus de *Lihtenberch*, V̊lricus de *Geltolfingen*, Wirin de *Helfenberch*,[4]) Hainricus *vnder Walhen*, Chv̊nradus de *Zeizchoven*,[5]) Hainricus de *Wihs*, Heidenricus dapifer, Fridericus de *Perge*, Harpreht de *Aheim*, Gotfridus *Pokel*, Magens de *Lihtenberch*, Chvno de *Pernperch*,[6]) Levtwin *apud capellam*, Engelbertus *Zv̊f*, Gebehardus de *Lanzingen*, Chv̊nradus Mv̊lnær, Heinricus de *Klamenstein*,[7]) Rvdiger *Grans*, Albertus de *Kvniswart*,[8]) Hainricus *Klafsinke*, et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis domini M°CC°XX°IIII°, indictione XIIª, XIIª kal. Marcii. Datum eodem incarnationis anno apud Strv̊bingen Vª kal. Aprilis*)

mit Bernhart i. J. 1229 abgingen. Sie waren wohl eine Seitenlinie der Grafen von Plain.

1) Starkertshofen, Ldg. Neuburg.

2) Wolntzach im Ldg. Pfaffenhofen. Davon schrieb sich eine Seitenlinie der Edlen von Preysing.

3) Schrobenhausen, Ldg.-Sitz.

4) Helfenberg, Ldg. Parsberg.

5) Das vormal. Herrschaftsgericht Zaizkofen.

6) Vielleicht das Schloss Wernberg (Ldg. Nabburg), welches von den Paulsdorfern an die Edlen Nothaft, und von diesen an die Landgrafen von Leuchtenberg kam.

7) Von dem Schloss Klamenstein, das am Inn bei Nussdorf muthmasslich gelegen, ist jede Spur verschwunden. Die Klamensteiner gingen zu Anfang des XV. Jahrh. ab.

8) Königswart, Markt im ellenbogener Kreise Böhmens, oder wohl eher Königswart im Ldg. Wasserburg.

*) Die zwei im Wesentlichen gut erhalten Reitersigel hängen an rothen und grünen Seidenfäden.

Abdruck: Ried cod. nr. 356.

12. Der Bischof Konrat von Regensburg und der Herzog Ludwig scheiden das Prädium Polenreut, wo Konrat von Hohenvels ein Spital zu errichten beschlossen, von der Pfarrei Deuerling.

Regensburg am 30. November 1224.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Chunradus dei gratia ratisponensis episcopus et Lodewicus eadem gratia palatinus Rheni, dux Bawarie omnibus in perpetuum. Cum quid pium ac firmitate dignum agendum est, expedit, ut tanto lucidius agentis intentio et facti utilitas exprimantur, quanto magis proderit, ut animi audientium ad facti approbationem atque memoriam inuitentur. Habuit quippe honestus miles Chv̊nradus de *Hohenuels* prediolum quoddam dictum *Pv̊lenrute*[1]) cum omni proprietate suum, situm in terminis parrochie *Tivrlingen*, in soluendis decimis et iurisdictione parrochiali respiciens plebanos loci eiusdem, habuit quoque et mansum unum in ipsa uilla Tiurlingen in feodo ab imperio, gaudens utroque sed non potens eque de utroque. Concepto autem pie in animo suo, ut plantaret hospitale in predio suo Pulenrivte, disposuit illud eximere ab omni respectu, quem habebat ad parrochialem ecclesiam Tiurlingen. Mansum ergo iacentem in uilla Tiurlingen resignauit imperio, efficiens et obtinens, quod dominus noster *Hainricus* Romanorum rex[2]) inuictissimus mansum eundem sibi dedit cum omni iure proprietatis, de illo ad suum beneplacitum ordinaturo. Igitur memoratus Chv̊nradus mansum eundem cum area et agris et omnibus attinentiis, exceptis pratis, que reseruauit usibus hospitalis illius in Pv̊lenriut, donauit ecclesie Tivrlingen perpetualiter in concambium et exemptionem totius iuris

1) Pollenried, Ldg. Hemau, eine Stunde von der Pf. Tivrlingen (Deuerling) entfernt.

2) Friedrichs Sohn, Heinrich, war der erste rex romanus. Ann. Colm. bei Boehmer font. II, I. So heisst von nun an jeder, der als Nachfolger eines Kaisers erwählt ward.

et respectus, quem ecclesia eadem habebat in bonis illis Pv̊lenriut. Sed quia ecclesia Tivrlingen nos duos respexit, unum in spiritualibus et alterum tamquam uerum patronum in temporalibus, et quia ex hoc sine auctoritate nostra concambium idem robur habere non potuit, plebanus eiusdem loci dictus *Poto* assensu et auctoritate utriusque nostrum accedente, predium idem Pvlenrivt liberum dimisit et renuntiauit omni iurisdictioni et respectui, quem ad ipsum et ad suam ecclesiam habere dinoscebatur. Nos quoque auctoritate nostra predium Pvlenrivt exemimus et omni etati presenti et future denuntiamus exemptum ab omni iurisdictione ecclesie Tivrlingen ita, quod nec in soluendis decimis nec diuinis percipiendis, nec aliquo prorsus modo eam de cetero respiciat, sed per se constet liberum in receptaculum peregrinorum aliorumque pauperum et egenorum superuenientium, ad proprios usus proprie culture gauisurum decimis et diuina uel per se uel undecumque suis rectoribus placuerit habiturum. Igitur ne concambium hoc et exemptio tam salubris ab hominum memoria per temporum succesiones excidant, et ne per calumnias aliquorum uel fraudem aut uiolentiam infirmari aut retractari ualeant, presentem inde paginam conscribi fecimus ipsamque sigillis nostris ualituram in perpetuum, et sub notatione testium consignari. Testes hii sunt: clerici *Gotfridus* maior prepositus, *Rvbertus* decanus, *V̊lricus* vicedominus, *Hermannus* scolasticus, *Albero* obellarius, Dietericus de *Schonenvelt*, V̊lricus de *Talmæzingen*, Berhtoldus de *Boumgarten*,[1]) Hainricus de *Lerchinvelt*, Berhtoldus de *Oberdorf* canonici ecclesie maioris, Eberhardus scolasticus, Fridericus de *Penningen*,[2]) Rvdigerus de *Vfhusen* canonici *veteris capelle;* laici: Albero *Lupus*,

1) Wahrscheinlich die vormalige Hofmark Baumgarten, Ldg. Pfarrkirchen.

2) Penning, Ldg. Erding.

Hainricus de *Lapide*, Altmannus de *Abensperc*, Engelhardus de *Adelnburch*,[1] Livtoldus de *Owe* et Vͦlricus filius eiusdem, Hainricus et Fridericus fratres de *Schonhöven*,[2] Gozwinus *apud portam*, Gozwinus *bi der wer*, Wirnto filius Gozwini apud portam, Gozwinus filius Gozwini bi der wer, Hainricus *Siniwel*, Ortliebus in *Haida*,[3] Hainricus prepositus *inter latinos*, Hainricus de *Bartisperc*, Chvnradus de *Rakendorf*,[4] Albertus *Rovbære*, Wernhardus *Tozilære* et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXIIII, indictione XII^a^. Data in Ratispona II kal. Decembris.

13. Herzog Ludwig erkennt zu Recht, dass die Comecie Windberg, auf welche Graf Albert von Bogen Anspruch machte, dem Hochstifte Passau zugehöre.

c. 1224.

Ego Lvdwicus dux Bawarie confiteor, quod, dum Albertus comes de *Pogen* inivriaretur ecclesie *pataviensi* in parte comitie in *Winneberge*,[5] me presidente ivdicio in *Perchaim* et de eadem causa per venerabilem pataviensem episcopum *Manigoldum* pie memorie esset propositum coram nobis, ipse episcopus partem predicte comitie euicit per testes ydoneos, videlicet Alramum de *Vttendorf*[6]) et Walchunum de *Rotenberch*,[7] ad pataviensem ecclesiam pertinere. Item me in *Steinstraz*[8] iudicio pre-

1) Adelburg, Schloss im Ldg. Parsberg, in dieser Zeit im Besitze der edlen Auer.
2) Die vormal. Hofmark Schönhofen, Ldg. Hemau.
3) Eine Gegend (an der Haid) in Regensburg.
4) Rakendorf, Ldg. Parsberg.
5) Windberg im österr. Mühlkreise.
6) Uttendorf im Ldg. Eggenfelden.
7) Rottenberg im österr. Mühlkreise. (?)
8) Steinstrass im Ldg. Mühldorf.

sidente episcopus *Vlricus* pie memorie per dictos testes evicit, partem predicte comitie ad pataviensem ecclesiam pertinere. Et ne aliquis tali confessioni mee valeat per aliquam calumpniam obuiare, presentem paginam sigilli nostri impressione decrevi roborare.*)

14. Ludwig erlaubt seinen Dienstmannen, dem neuen Spital am Berge Pyrn Lehengüter zu vergeben.

Straubing am 16. Juni 1225.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Lodewicus dei gratia palatinus comes Reni et dux Bawarie cunctis Christi fidelibus imperpetuum. Constat liquido ex sacre scripture preconio, quod altissimus in regno hominum dominatur, et quemcumque uoluerit, super illud constituet, digne ac fideliter administrantem ad celum saluandum sustollet, sinistre autem agentem ignibus inferni cruciandum inuoluet. Hinc nos accusante conscientia anxiati medullitus tabescimus, quia contra tantam potestatem nos in multis reos cognoscimus, sed de eius inconprehensibili misericordia confisi spem gratie eius prestolamur. Vnde notum esse uolumus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam et presentibus, quod nos respectu diuine miserationis et sancte dei genitricis Marie, nec non pro remedio animarum, scilicet memorabilis patris nostri *Ottonis* atque dilecte matris nostre *Agnetis*, tum etiam ideo, quia tanta est prerogatiua ac excellentia bawarice dignitatis, cui clementia dei presidemus, ut res atque possessiones suas, cui et ubi uoluerit, potestatiue distribuat, exiguum fruticem pietatis fecimus in nouum hospitale sancte Marie, quod situm

*) Abdruck: Mon. Boic. XXVIII[b] 448.

est in pede montis cognominati *Pirn*,[1]) positi in ualle dicta *Windiske gærsten*,[2]) que interiacet asperrimis montanis, ultimis Noricorum partibus conterminis, et ex iure fundi *babenbergensi* ęcclesię subiectum conprobatur. Et fecimus non precipiti animo, sed sedula admonitione domini nostri *Eberhardi* salzpurgensis archiepiscopi, cum beneuolentia et consensu optimatvm *Bawarie*, qui nobiscum de pace prouincie tractantes in *Strůbinge* aderant, et licitum ac bene esse meritorium censebant, possessiones regni illis ęcclesiis licite conferri, que ad babenbergensem ecclesiam spectare uidentur, quia et ipsa per regnum fundata eidem fideliter obsequi dinoscitur. Cepta itaque prosequentes uobis in domino notificamus, quod nos cum consensu omnivm optimatum atque sub deuota adtestatione totius curię regni Bawarię pium assensum nostrum et licentiam atque potestatem dedimus omnibus ministerialibus nostris atque aliis, beneficia a nobis in feodo habentibus, predia ac beneficia atque possessiones suas cum omnibus usibus fructuariis, cultis, incultis, quesitis et inquirendis prefato hospitali libere conferre eandemque ecclesiam pauperum sedulam altricem[3]) ac ministram, pro ut uoluerint, prediis et rebus suis ditare, quatinus eis et nobis in districto Christi iudicio eternorum fiat retributio. Fidelis presbiter *Perhtoldus* eiusdem hospitalis prouisor ad optimates et maiores accedendo seduloque interpellando instantia deuoti laboris istud impetrauit. Et ne tale factum donationis nostre a successoribus[4]) nostris possit uiolari, paginam istam fecimus inde conscribi et sigillo nostro communiri tes-

1) Das Spital Pirn im Traunkreise. Ursprünglich ein Hospital für Wallfahrer von dem Grafen Otto von Meran i. J. 1102 gestiftet, seit d. J. 1418 ein Collegiatstift.

2) Windischgarsten im österr. Traunkreis in einem hohen Gebirgsthale.

3) Alttricem; Or.

4) Sucessoribus; Or.

tibus subnotatis: domnus archiepiscopus *Eberhardus*, dilectus filius noster *Otto*, *Rapoto* palatinus comes, *Heinricus* comes frater eius,[1] Chůnradus sororius[2] noster comes de *Wazerburch*, Heinricus de *Lapide*, Heinricus de *Randeke*, Chalhoh comes de *Kirchperch*, Hoholdus de *Wolndsa*, Altmanus de *Abensperch*, Livtoldus pincerna de *Awe*, Ekebertus dapifer de *Ekemv̂le*, Chunradus de *Paierbrunne*,[3] Chunradus marsalcus de *Altorf*,[4] v̊lricus der *Chopf*, Alhardus de *Prisinge*, Hermannus marsalcus de *Lŏsnaph*, v̊lricus, Heinricus, Otto, Fridericus de *Hŏenhêimen*,[5] Heinricus dapifer de *Celle*, Heinricus magister coquine de *Pêrnblah*, Poppo de *Geltolfinge*, Vlricus filius eius, et alii multi, liberi cum ministerialibus. Data in Strv̊binge, ubi nos fauorabilem curiam rationabiliter indictam sollempniter celebrauimus XVI kal. Julii, anno ducatus nostri XXXVIII. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXV, indictione XIII[a], Romanis imperante Friderico II[o], in Alamania principante filio eius Heinrico, regnante domino nostro Jesu Christo in eternum feliciter amen.*)

1) Heinrich starb i. J. 1241.

2) Darnach war der Graf Konrat mit einer Schwester des Herzogs Ludwig vermählt, daher ihn auch dessen Sohn Herzog Otto avunculus nennen konnte. Dieses Wort wurde zwar im Mittelalter vielfach nur als Curtoisie gebraucht, doch nannte in dieser Zeit ein Höherer nicht leicht einen Niedrigeren blos aus Curtoisie so. Boehmer font. III, 561.

3) Bayerbrunn an der Isar, Ldg. Wolfratshausen, war der Stammsitz der edlen Bayerbrunner, welche i. J. 1333 mit Konrat abgingen.

4) Altdorf im Ldg. Landshut.

5) Hienheim im Ldg. Kelheim.

*) Das Original, dem ein doppeltes Reitersigel anhängt, befindet sich im k. k. Staatsarchive zu Wien. Der Herausgeber verdankt dem k. k. Archivar Hrn. Andr. v. Meiller eine genaue Abschrift hievon.

Abdrücke: Hormayr s. W. III, 446; und im Archiv für öster. Gesch. X, 307, jedoch dort sehr fehlerhaft und hier wesentlich unvollständig.

15. Herzog Ludwig bekennt, dass ihm der Bischof Ekbert von Bamberg die Lehen, welche der alte Graf von Bogen und dessen Bruder widerrechtlich inne hatten, verliehen habe.

Esslingen im August 1228.

Ludwicus dei gratia palatinus comes Rheni, dux Bawarie, omnibus in perpetuum. Quum labilis est memoria hominum, ideo ne ea, que rite aguntur, postmodum reuocentur, consueuerunt scripti munimine roborari. Quapropter confitemur et notum esse cupimus uniuersis tam presentibus, quam futuris, quod venerabilis dominus noster *Ekkebertus* babenbergensis episcopus nos et *Ottonem* filium nostrum palatinum comitem Rheni nostrosque heredes omnes, qui iure feodali succedere debent nobis, feodo, quod Albertus comes antiquus de *Bogen*,[1] pater istius comitis, qui nunc superstes[2] est, ab ecclesia babenbergensi tenuit, et que iste et frater suus contra iustitiam et preter uoluntatem predicti episcopi violenter tenuerunt, rationabiliter infeodauit, illo uidelicet, quod a *Patauia* ex utraque parte *Danubii* uersus *Ratisponam* et ultra protenditur,[3] hoc interposito pacto, quod nos de eodem feodo nichil infeodare nec obligare nec uendere nec aliquo modo alienare debeamus ab ecclesia uel possimus, nisi de speciali consensu prefati episcopi uel successorum suorum ei canonice substitutorum. Adiectum fuit preterea, quod nos et noster filius nostrique heredes contenti debeamus esse antiquo iure aduocatie, quod per priuilegia uel per seniores illius terre poterit declarari. Preterea firmiter promisimus, quod ecclesiam babenbergensem in possessionibus, ius-

1) Albert III, Gemahl der Ludmilla, st. i. J. 1196.

2) Albert, des Herzogs Ludwig Stiefsohn, mit welchem i. J. 1242 das gräfliche Haus, dessen Besitzungen dem Herz. Otto zufielen, ausgestorben ist.

3) Wahrscheinlich sind darunter, wie aus den Worten „quod — contenti debeamus esse“ hervorgeht, zerstreute Vogteien des Kl. Niederaltach zu verstehen.

ticiis uel hominibus manuteneamus et defendamus. Item omnia iura ecclesie babenbergensis promisimus pro nobis et pro nostris heredibus nos inuiolabiliter obseruaturos. Excepit etiam memoratus episcopus villam *Nezzelbach*[1]) et alias villas intermedias usque *Winzer*[2]) cum suis attinentiis liberas ab omni iure aduocatie ipsi et ipsius ecclesie retinendas, ita tamen, quod numerus mansorum duodenarium non excedat. Et ut hec a nobis et nostro filio nostrisque heredibus firma permaneant et inconuulsa, presentem paginam sigillis serenissimi domini nostri *Heinrici* Romanorum regis, *Adelberti*[3]) magdeburgensis archiepiscopi, *Ekkeberti* babenbergensis episcopi, *Heinrici*[4]) wormacensis episcopi, *Heinrici*[5]) eystatensis episcopi, *Livpoldi* ducis Austrie et nostro nostrique filii Ottonis palatini comitis Rheni fecimus muniri. Testes autem hii sunt: Chunradus prefectus de *Nvrnberch*,[6]) Hermannus marchio de *Baden*,[7]) Rvdolfus comes palatinus de *Tv̊wingen*,[8]) Vlricus et Eberhardus comites de *Helfenstein*,[9]) Eberhardus et Otto comites de *Eber-*

1) Nesselbach am linken Donau-Ufer unterhalb Winzer, welches Kaiser Heinrich der Heilige i. J. 1005 dem Kloster Niederaltach geschenkt hat.

2) Die Pfarrei Winzer im Ldg. Hengersberg. Die Veste, von der sich nur noch Ruinen erhalten haben, lag auf dem Berg bei dem Markte.

3) Albert III (v. J. 1205—1233), aus dem gräfl. Geschlechte Käfernburg. S. Abel der König Philipp S. 191. 370.

4) v. J. 1217—1234.

5) v. J. 1225—1229.

6) Konrat II st. i. J. 1260. S. Stillfrieds Gesch. d. Burggr. S. 85 flg.

7) Hermann VI starb nach einem vielbewegten Leben am 4. Okt. 1250.

8) Rudolf II, der um die Mitte des 13. Jahrh. starb.

9) Das Schloss Helfenstein oberhalb der Stadt Geislingen in Wirtenberg. Die beiden Grafen Ulrich und Eberhart, des Grafen Ludwig Söhne, verschwinden, ersterer i. J. 1229, letzterer i. J. 1241 aus der Geschichte. S. Kerler Gesch. der Grafen v. Helf. S. 17 und Stälin II, 88 flg.

stein,[1]) Hartmannus comes de *Dilingen*, Rupertus comes de *Kastel*,[2]) Fridericus de *Trvhending*,[3]) Gotfridus de *Hohenloh*,[4]) ... dapifer de *Walpurch*,[5]) Chunradus pincerna de *Winderstetin*,[6]) Conradus de *Winsperch*[7]) et alii quam plures. Acta sunt hec apud Ezzeling anno domini MCCXXVIII indictionis prime.*)

1) Eberstein im badenschen Amte Baden, eine in Ruinen liegende Burg, auch Alteberstein genannt, wo die davon zubenannten Grafen bis ins 13. Jhh. wohnten. In dieser Zeit schlugen sie in Neueberstein, im Amte Gernsbach, ihren Sitz auf.

2) Kastell nahe bei Kitzingen in Franken, Stammhaus des noch blühenden gräfl. Geschlechtes.

3) Hohentrüdingen (Landg. Heidenheim), Stammhaus der reichbegüterten Grafen von Truhendingen, deren sichere Geschichte schon zu Anfang des 9. Jhh. beginnt, und die sehr verarmt im 15. Jhh. erloschen.

4) Gottfrid, der Stammvater des jetzt noch blühenden Hauses, treuer Anhänger des K. Friedrich II, der ihn und seinen Bruder Konrad i. J. 1235 zu Grafen von Romaniola ernannte, starb um 1254. Stälin II, 542.

5) Waldburg im wirtemb. O.A. Waldburg. Dieser dapifer war wohl Eberhart, von dem das noch jetzt blühende Haus der Fürsten von Waldburg seine Herkunft ableitet. S. Wirt. Jahrb. 1834 S. 134 flg ; Stälin II, 613.

6) Winterstetten im wirtemb. OA. Waldsee. S. Wirtemb. Jahrb. 1833 S. 168.

7) Weinsberg, Sitz eines OA. in Wirtenberg. S. Stälin II, 538. 595.

*) Diese Urkunde ist jener des Bischofs Heinrich von Bamberg (S. unten nr. 55) eingefügt.

Abdrücke: Hund metr. II, 31 ; Tolner hist. pal. nr. 91 ; Ludewig Germ. pr. II, 730; Mon. B. XI, 199; Huillard hist. dipl. Frid. III, 501.

16. Ekkbert, Bischof von Bamberg, belehnt den Herzog und dessen Sohn mit den Lehen, deren sich die Edlen von Hals widerrechtlich angemasst hatten.

Esslingen im August 1228.

Ekkebertus dei gratia babinbergensis episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum, ideo ne ea, que rite aguntur, postmodum in dubium reuocentur, consueuerunt scripti munime roborari. Quapropter protestamur et notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos dilectum amicum nostrum *Lvdewicum*, illustrem palatinum comitem Reni et ducem Bawarie et *Ottonem* filium eius et palatinum comitem, Reni, de feodo Alrammi et Alberti fratrum de *Halse*, quod in multis placitis iure feodali ab ipsis euicimus, et tandem mediante iusticia obtinuimus coram rege per sentenciam, rationabiliter infeodauimus et omnes eorum heredes, qui iure feodali succedere debent eis, hoc pacto interposito, quod de eodem feodo nichil infeodare nec obligare, nec uendere, nec aliquo modo alienare debeant ab ecclesia neque possint, nisi de speciali consensu nostro uel successorum nostrorum, nobis canonice substitutorum. Preterea adicimus, quod idem dux et filius suus et eorum heredes contenti debent esse antiquo iure aduocatie, quod per priuilegia uel per seniores illius terre poterit declarari. Et ut hec in sua firmitate permaneant, presentem paginam sigillis serenissimi domini nostri *Henrici* Romanorum regis, *Alberti* archiepiscopi magdeburgensis, *Henrici* wormaciensis episcopi, *Henrici* eistedensis episcopi atque nostro et *Luppoldi* ducis Austrie fecimus communiri. Testes sunt huius rei: Růdolfus palatinus comes de *Tvwingen*, Hermannus marchio de *Baden*, Conradus burgrauius de *Nurenberch*, Hartmannus comes de *Dilingen*, Fridericus de *Trůhendingen*, ... dapifer de *Walpurch*, Conradus pincerna de *Wintersted*, Conradus de *Winsperch*,

Godefridus de *Bikkenbach*,[1]) Hartwicus de *Hirzperch*,[2]) Lutoldus pincerna de *Vlogelsperch*,[3]) et Hatmarus de *Chonringe*[4]) et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M°CC°XXVIII° indictionis prime apud Ezelingen.*)

17. Herzog Otto bestätiget dem Kloster Schönau alle Rechte zu Scharra.

Heidelberg — 1228.

Otto dei gratia palatinus comes Reni omnibus imperpetuum. Contra ueritatis naufragium perutile prestat remedium auctoritas scripturarum. Tenore igitur presentium posteris ac modernis innotescere uolumus uniuersis, qualiter olim, sicut a non paucis conprouincialibus fidedignis pro certo comperimus, illustris predecessor noster, dominus *Cunradus*[1]) scilicet palatinus comes, monasterium *Schonowe*, situm in dioecesi wormatiensi, sincerissime diligendo, cum eius promotioni omnibus modis intenderet, illud non solum liberalitatis sue impendiis amplificare, verum etiam eiusdem inquietudini

1) Die Burg Bickenbach bei dem Dorfe Alsbach an der Bergstrasse, jetzt Ruine. Ueber die Geschichte dieser Dynasten s. Wenk hess. Landesg. I, 215. 297 flg. und Dahl Beschreib. v. Lorsch S. 288.

2) Dieses Edelgeschlecht, welches in keinerlei Zusammenhang mit den bayer. Dynasten dieses Namens steht, hatte zu Hirschberg im bad. BA. Weinheim seinen Sitz. S. Acta acad. Pal. V, 507.

3) Flügelsberg, eine jetzt in Ruinen liegende Veste an der Altmühl im Ldg. Riedenburg.

4) Die von Kunring waren ein in Oesterreich begütertes und sehr einflussreiches Edelgeschlecht.

*) Die theilweise beschädigten Sigel hangen an blauen und weissen (die des Königs und der Bischöfe von Worms und Eichstett), und an ganz weissen Schnüren von Linenfäden.

Abdruck: Bibl. Gött. p. 184.

1) Konrat von Staufen, Kaiser Friedrich I Bruder, starb 1195.

in posterum precauere curauit. Vnde quum aduocatiam habuit super bona ecclesie *laurissensis* in *Scharren*[1]) et eius circumferentia, tam ipse, quam dominus *Sigehardus*[2]) laurissensis tunc abbas, qui simili erga Schonaugiam ducebatur pietatis affectu, pari uoto et consilio decreuerunt, ut quecumque de bonis dictis, in Scharra positis Schonaugienses haberent, ab omni aduocatitio iure prorsus exempta et a grauamine cuiuslibet exactionis libera perenniter eis forent. Postmodum vero cum preclare memorie dominus *Heinricus*, dux Saxonie, socer noster, palatiam optinuisset, ipse quoque Schonaugiensibus preconcesse libertatis titulum bonorum suorum in Scharra non modo recognouit plenarie, sed etiam recognitum liberaliter conseruauit, post eum filio suo *Heinrico* palatino comite id ipsum per omnia faciente. Denique cum ad karissimum patrem nostrum *Ludewicum* ducem Bawarie deuenisset iam dicti principatus dominium, etiam ipse fratribus schonaugiensibus libentissime recognoscens iustitiam prehabite libertatis in Scharra, pro maiori in posterum securitate decreuit, eosdem super hoc suo munire priuilegio. Nunc autem, quod disponente domino principatum palatie tenemus, claustrumque schonaugiense non minori gratia et fauore, quam nostri predecessores manutenere disponimus, sicut omnia sua iura usque ad nos habita eidem claustro pro uiribus saluare uolumus, ita et ius tam rationabiliter optente hactenus libertatis possessionum suarum in Scharra illi perpetuum saluum fore decernimus et quietum. Ceterum hoc eodem scripti tenore cupimus fore notum, quod, cum aliquando inter grangiam schonaugiensem in Scarra et inter cimiterium ecclesie ibidem publica strata transiret, fratres schonaugienses de beniuolo nostri patris assensu et nostro ab

1) Der Scharrhof bei Sandhofen im bad. BA. Ladenburg.

2) Sighart, vorher Abt zu Hirschau, aus einem hochedlen Geschlechte und angeblich den Wittelsbachern verwandt, st zu Anfang des 13. Jhh. S. Dahl a. a. O. S. 77.

hominibus in Scarra optinuerunt, ut strata ipsa ad meridionale cimiterii latus deducta, septa grangie ipsi cimiterio imperpetuum iungantur inmedietate. In huius autem rei memoriam fratres eiusdem grangie ipsum cimiterium circumsepient tantummodo una uice. Ne quis igitur dilectos nobis schonaugienses usurpatione qualibet aduocatie super sepe dictis eorum possessionibus siue de strate mutatione in Scharra de cetero inquietare presumat, duximus eosdem super hiis nostri priuilegii conmuniendos auctoritate. Acta sunt hec anno domini MCCXX octauo. Datum Heidelberc per manus *Cunradi* prothonotarii nostri in presentia dilecti patris nostri Ludewici. Testes: *Cunradus* maior prepositus in Spira, Vlricus *Losenaph* prothonotarius patris nostri, Burcardus cantor in *Niuhusen*, Gernodus canonicus ibidem de *Loptenburg*, Swiggerus archipresbyter de *Wizenloch*,[1]) Hiltebertus plebanus in *Heidelberg*. De liberis: Eberhardus de *Husen*,[2]) Cunradus de *Kircheim*,[3]) Oggerus gener eius, Cunradus de *Steinahe*,[4]) Cunradus *Lichmare*, Chunradus Stralenbergere; de ministerialibus Hartwicus de *Hirceberg*, Heinricus de *Chunigernheime*, Otto *Spor*,[5]) Franco de *Winheim*, Cunradus *Rufus* miles, Meinhardus de *Bergeheim*,[6]) *Ingramus*, de ciuibus Ortliebus, Volpertus, Ludewicus, Heinricus *Hophart* et alii quam plures.[*])

1) Wiesloch, Stadt nicht ferne von Heidelberg, wo ein Edelgeschlecht (de Wizenloh) seinen Sitz hatte.

2) Grosshausen bei Lorsch, wovon sich ein Edelgeschlecht (de Hausen) schrieb.

3) Die reichbegüterten Edlen von Kirchheim hatten ihren Sitz zu Kirchheim bei Heidelberg.

4) Es wird hier Neckarsteinach gemeint seyn. S. von diesem Edelgeschl. Acta acad. Pal. VII, 285, u. Dahl l. c. S. 150.

5) Die Edlen Namens Sporo kommen schon frühzeitig vor, dieser Otto in d. J. 1219—1232.

6) Bergheim (Ldg. Burglengenfeld), wo die Bergheimer sassen, war im 14. Jahrh. im Besitze der edlen Gebelstorfer.

*) Aus dem Copialbuche des Kl. Schönau. fol. 109.
Abdruck: Gudeni syl. p. 161.

18. Kaiser Friedrich cassirt die Belehnung des Herzogs Ludwig mit der Stadt Freysing von Seite des Bischofs Gerold.

Anagni im September 1230.

· Fridericus dei gratia Romanorum imperator augustus, Jerusalem et Sicilie rex dilectis fidelibus suis, preposito decano et universis ministerialibus *ecclesie frisingensis*, tam presentibus quam futuris imperpetuum. Ad hoc rex regum et dominus dominancium ad obtinendum diadema imperii sublimavit, vt vniuersis et singulis equitate servata, que in preiudicium ecclesiarum et personarum existentium in eisdem, quas manutenere ac tueri tenemur, ab aliquibus temere attemptantur, provide ad earum comodum reuocemus, ut feliciter nobis regnantibus nullum dispendium vel diminutionem rerum temporalium incurrant, sed pocius imperialis sublimitas [et] clemencia in libertatibus suis et iuribus salubriter et sine lesione aliqua gubernentur. Cum igitur, sicut dilecto fidele nostro C. preposito *Inticense*[1]) didicimus referente, G. quondam episcopus frisingensis *civitatem frisingensem* ad ius et proprietatem frisingensis ecclesiae dotis titulo pertinentem, duci *Bawarie* in feodum duxerit concedendam in graue frisingensis ecclesie detrimentum, et idem prepositus super hoc coram nobis et principibus in curia nostra presentibus questione deposita cum instancia postulasset imperiali sententia diffiniri, utrum hoc facere licuisset episcopo supradicto. Nos tandem petitioni sue benignum prebentes auditum, cum *aquilegiensi*[2]) patriarcha et archiepiscopo *salzburgensi*, et episcopo *ratisponensi*, et *Austrie* atque *Meranie* nec non et *Karinthie*

1) Innichen in Tyrol, das alte India, welches Herzog Thassilo II dem Kloster Scaranzia (Scharniz) unter der Bedingung schenkte, dass dasselbe ebendort ein Kloster errichte, was sofort auch geschah. Es war anfänglich Benedictinerkloster, später (seit 1142) Kollegiatstift, und wurde vom Kaiser Joseph II i. J. 1785 aufgehoben.

2) Berhtolt, Herzog von Meran, v. J. 1218—1251.

ducibus et cum aliis nostris fidelibus, super hoc tractatum habuimus diligentem ab vniuersis et singulis, quid iuris esset, sollicite inquirentes. Et quia nobis uisum fuit, quod infeodacio huiusmodi fieri non potuit, quia de iure[1]) non debuit, statuimus, eam esse penitus irritandam. Quia vero ciuitas frisingensis est sedes episcopalis, et prima legittimaque dos ecclesie frisingensis, ante ipsius dedicationem ad opus ministeriorum et luminarium eiusdem ecclesie legittime cum omni iure ac plenaria libertate collata, et propterea non licet, eam cuiquam quoquam titulo infeodacionis conferri. Nos apud Anagniam constituti memorate ciuitatis infeodacionem, sub quocunque titulo infeodationis factam, de principum predictorum consilio imperialis nostre maiestatis auctoritate cassamus et decernimus esse nullam, eandem ciuitatem cum omni ea libertate, quam ex antiquo habuisse dinoscitur, ad ius et proprietatem et usus debitos frisingensis ecclesie legittime reuocantes. Nulli ergo hominum liceat omnino hanc nostram sententiam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, mille marcas auri componat, medietatem nobis, residuum ecclesie supradicte, sententia eadem nichilominus in suo robore imperpetuum duratura. Ad huius autem sententie nostre memoriam et stabilem firmitatem presentem divalem paginam fieri, et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius quoque rei testes sunt hii: Eberhardus archiepiscopus *salzburgensis*, Sifridus episcopus *ratisbonensis*,[2]) imperialis aule cancellarius, frater Hermannus[3]) rector *domus Deuthunicorum*, Pernhardus dux *Karinthiae*,

1) Es war nicht zunächst das Recht, sondern die Erbitterung des Kaisers über den Herzog, weil dieser dem Papste sich zugeneigt hat, in dieser Angelegenheit entscheidend.

2) Sigfrit, v. J. 1227—1246.

3) Hermann von Salza, v. J. 1210—1239.

Rudolfus comes de *Awichspurch,*[1]) C. purchgrauius de *Nurnberch,* Gebhardus de *Arnstein,*[2]) C. de *Hohenloch,* Engelhardus de *Adelburch,* Reinhardus de *Hagenawe,* Al. *Rindsmaul,* C. de *Weizenburch,*[3]) Reimarus de *Prennenberch* et alii quam plures. Acta sunt haec anno dominice incarnationis MCCXXX mense Septemb. quarte indictionis, imperante domino nostro F. dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii X, regni Jerusalem quinto, regni uero Sicilie XXXII feliciter amen. Datum per manum Sifridi ratisponensis episcopi et imperialis aule cancellarii, in castris prope Anagniam, anno, mense et indictione prescriptis.*)

19. Der Erzbischof von Mainz vergleicht sich mit dem Herzog Ludwig wegen der dem Vorfahr desselben versetzten Stadt Walshausen und der Vogtei Bensheim, wie auch um das Schloss Ottesberg.

Im Monat Februar 1231.

Omnibus istud scriptum visuris uolumus esse notum, quod domini... maguntine sedis electus[1]) et palatinus comes Rheni concordati sunt in hunc modum. Dominus comes palatinus Rheni oppidum *Walehusen*[2]) et aduocatiam *Besensheim*[3]) possessioni statim restituet

1) Rudolf I von Habsburg st. 1249.
2) S. hierüber Wenk hess. Landesgesch. I, 243.
3) Die Stadt Weissenburg, 6 St. von Eichstätt entfernt.
*) Aus dem Copialbuch des Hochst. Freysing III. f. 133[b].
Abdrücke: Hund metr. I, 163; Lüning spic. eccl. II, 235; Meichelbeck hist. fris. II[a], 8. Mon. B. XXXI[a] p. 540.
1) Sigfrit III, v. J. 1230 — 9. März 1249, Bruderssohn des verstorbenen Bischofs Sigfrit aus dem Hause Eppenstein.
2—3) Wallhausen u. Bensheim im grossherz. hessischen Landesbezirk Bensheim.

maguntini electi hoc pacto, quod secunda feria post letare Jerusalem proxima conuenient utrobique ad locum, qui dicitur *Langensteine*, vbi marchio de *Baden* sub debito fidelitatis, qua tenetur imperio, Godefridus de *Bikkenbach*, comes Ditherus de *Kazzenelenbogen*[1]) et Fridericus de *Kelberowe* iurati modum exprimeut, quo dictum oppidum fuit obligatum domino S. quondam archiepiscopo maguntino cum aduocatia antedicta. Si quid autem extra modum expressum ab istis extorserat indebite, archiepiscopus memoratus in diminutionem cedere debet sortis, pro quanta fuerant hec pignora obligata. Si uero non potuerint in dicendo isti IIII^{or} concordare, quicunque duo ex hiis uoluerint, suam assertionem iuramento firmabunt et stabitur iuramento. De castro autem *Othesberg*[2]) taliter est tractatum. *Giselbertus*,[3]) qui *Puer* dicitur, Emercho *Vulpes*, Theodoricus vicedomnus de *Rusteberg*[4]) et Sifridus marscalcus de *Frowenstein*[5]) iurati dicent, quomodo de predicto castro inter bone memorie archiepiscopum maguntinum et comitem palatinum Rheni apud *Rudesheim*[6]) uice ultima fuerit diffinitum, et modum ipsum usque ad terminum antefatum maguntinus electus comiti palatino plenarie faciet obseruari. De quo com-

1) Katzenellenbogen im herzogl. nassauischen Amt Nastätten, Stammsitz der davon zubenannten Grafen, welche i. J. 1454 im Mannsstamme erloschen sind. Dieter starb um 1240.

2) Ozberg, Burg im grossherz. hess. Landbez. Dieburg nahe bei Umstatt.

3) Dieser Giselbert und Emercho Vulpes waren Söhne Konrads von Rüdesheim und Stifter zweier Hauptlinien, von denen sich die der ersten „Kind“ (pueri), die der zweiten „Füchse“ (vulpes) von Rüdesheim nannten. Beide Linien erloschen schon wieder im 14. Jahrh.

4) Rusteberg im preuss. Kr. Erfurt.

5) Frauenstein, eine zerfallene Burg im herz. nassauischen Amte Wiesbaden, deren Besitzer das mainzer Marschallamt inne hatten. S. Bodmann S. 308.

6) Rüdesheim am linken Rheinufer der Stadt Bingen gegenüber.

plendo *Otto* villicus maguntinus,[1]) Volchnandus de *Okenheim*, Cůnradus *Magnus*, Symon de *Rudensheim*, Cůnradus et Wernherus fratres de *Bekelenheim*[2]) sunt dati sponsores, qui, si hec rite non fuerint adimpleta usque ad dominicam letare Jerusalem, intrabunt *Wormatiam* feria secunda post octauam Pasce, non exituri, nisi de beneplacito comitis palatini. Ad maiorem autem huius rei euidentiam et firmitatem dominorum maguntini electi et comitis palatini sigillis roboratum est scriptum istud anno incarnationis MCCXXXI.*)

20. Herzog Otto bestimmt, dass der jeweilige Probst des Stiftes Osterhofen der erste Hofcaplan seyn soll.

Am 23. Oktober 1231.

Im namen des uaters vnd des suns vnd des heiligen geists. Wir Ott von gotes genaden pfallentzgraf pey Rein vnd herczog in Bayrn bekennen manikleich, dy den gegenburtigen brief werden ansehen, hail in got. Als uon naturleicher gepundnuzz ein yegleicher erbsun fur seinen uater schuldig ist ze gelten, also zw geleicher weis ist der uater dannoch bestrikcht vnd vnlos, dy weil der sun fur in nicht golten hat. Darvmb wir aller manikleichen offen vnd ze wissen tuen, das wir vmb

1) Die Bischöfe theilten ein gewisses Territorium in mehrere Distrikte, deren jedem ein villicus maior vorgesetzt war, der alljährlich mit allen Bischofsleuten seines Districtes ein Hofgeding (placitum villicale) abhielt und die Gutsverwaltung führte.

2) Beckelnheim, eine i. J. 1688 zerstörte Burg im preuss. Rggsb. Koblenz.

*) Nach dem Original im k. Staatsarchive. Vom Sigel des Erzbischofs, das an einem Pergamentstreifen hängt, ist alles verkommen bis auf den mittleren Theil, der den Erzbischof stehend mit dem Evangelium auf der Brust vorstellt. Das Sigel des Herzogs fehlt.

solichs furgesehen des ewigen lones und auch darumb, das herr Hainrich, der heyligen iunkfrawn sand Margareten probst zue *Osterhouen*[1]) vnserm lieben uater in seinen noten mit schaden seiner person vnd seines closters grosser zirung manigualtig dinst erczaigt hat andächtikleich vnd getreulich, wellen, das sein egenants closter solicher weuergab sich erfreien sol ebikleicher freid vnd ere also, an welicher stat wir werden sein, wellicher dann in dem vorgenanten closter probst ist oder wirt, der sol uor allen prelaten, capellän vnd pfaffen der erst vnd der maist sein vnd verpringen uor vnsrer gegenburtikhait den gotes dinst, oder er schaff mit einem andern, der in nach seiner gewalt verpring, das er ym von vnsern genaden wegen gepoten vnd geornet hat. Darnach wellen wir, das er zw der zeit vnsers tisch ze siczen von der gegenburtikhait ettleicher prelat, was ordens sy sein, dy stat, dy wir im aus erczaigen, ze sitzen an vnsrer seiten nicht uerbenntt noch uerchert, vnd alle vnsere nuczperckait vnsrer capplaney behalt oder haiss vnser chamrer behalten mit bebisser zal, vnd auch das ausgeben vnsrer almusen sol beschehen vnd geschickt werden nach des uorgenanten prelats haissen vnd schaffen, besunderleichen, wann vnser adleicher adel im furgeseczt hat, das er nicht gelaubt, dem vorgenanten closter ichts haben gegeben. Ist das er nicht tuet mit ainem genädigen zueburf an besunder gnad vnd gab, warvmb mit ganczer freyhait wir dem egenanten kloster geben den czehent aller vnsrer gult zue *Strawbing*, als vnsers uaters salicher gedachtnüss brief lauttent vnd sagent. Auch wellen wir, an belichen steten wir in gerichtes weis werden sein, das der egenant prelat die sach sein klosters uon erst fur leg vnd uolfuer vnd ym uon vns uor aller manik-

1) Osterhofen (Ldg. Vilsbiburg) unfern der Donau, ursprünglich ein schon vom Herz. Odilo gestiftetes Benedictiner-Kloster.

leich ausgericht wert, vnd wann sich füget den egenanten herren in vnserm hoff ze komen, so sol ym vnd vier pfarften auf vnsrer zerung erberleich furgesehen werden. Das das also stat vnd vnczebrochen beleib, geben wir in den brief mit sicherhait vnsers sigels besterckhet. Des sind czeugen graf Hainreich zue *Mospurkch*, graf Ott ze *Gruenpach*,[1]) Chunrat von *Gern*, Chunrat uon *Hohenfels*, Seyfrid uon *Frawnsperig*, *Chunrat* vnser notari uon Haidelberckh vnd mer ander frum ritter vnd knecht. Acta sunt hec anno gratie MCCXXXI, X[2]) kal. Nouembris.*)

21. Papst Gregor beauftragt den Erzbischof von Salzburg und die Aebte von Admont und Melk, gegen den Herzog Kirchenstrafen zu verhängen, im Falle er nicht abstünde von der Bedrückung des Freysinger Stiftes.

Reate am 26. November 1231.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri[1]) archiepiscopo *salzeburgensi* et dilectis filiis de *Agemunde*[2]) et de *Medelich*[3]) abbatibus salzeburgensis et

1) Dieser Otto kommt in d. J. 1212—1245 häufig vor. Die Gesch. dieses Dynastengeschlechtes liegt ganz im Dunkeln, nicht einmal sein Stammsitz ist zu ermitteln, wahrscheinlich jedoch Grünbach im Ldg. Landau.

2) Wahrscheinlich Schreibfehler; wenigstens haben die Abdrücke quarto kal.

*) Aus dem Neub. Copialb. I, fol. 154.

Abdrücke nach dem in latein. Sprache abgefassten, jedoch nicht mehr vorhandenem Orig.: Hund metr. III, 24; Mon. B. XII, 386.

1) Nämlich Eberhart II.

2) Das Kl. Admont in Steyermark; gest. i. J. 1145. Abt war damals Wicboto. S. Muchar Gesch. v. Steyermark IV, 285.

3) Das Kl. Melk im V. O. W. W.

patauiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sincera deuotio, quam ad deum et ecclesiam suam nobilem uirum *ducem Bawarie*[1]) decet habere, tribuere sibi debet affectum, ut desistat a molestia ecclesie frisingensis et de grauamine, si quod ei forsitan intulit, satisfactionem studeat exhibere. Sane dilecti filii, electus,[2]) decanus et capitulum frisingensis suam ad nos querimoniam destinarunt, quod ipse quibusdam castris, villis, possessionibus ac bonis aliis frisingensis episcopatus indebite occupatis ea contra iustitiam detinet et restituere contradicit et subuertens, quam tueri deberet ecclesiasticam libertatem, clericos ciuitatis et diocesis frisingensis soluere sibi annis singulis certa tributa compellit, eos nichilominus aliis exactionibus multipliciter opprimendo, ius quoque, quod in *ciuitate monacensi*[3]) habet frisingensis ecclesia, pro sue arbitrio uoluntatis usurpat possessionibus, terris, redditibus et rebus aliis ad communes ipsorum prebendas spectantibus adeo deuastatis, quod ipsi fere non habent, unde ualeant sustentari. Cum igitur nos non deceat, tantum ipsorum pati grauamen, qui ex officio nostro tenemur, ecclesiarum dispendiis obuiare, eidem duci nostris damus litteris in mandatis, ut ab eorum molestiis super predictis et a premissis clericorum oppressionibus penitus conquiescens de damnis irrogatis eis satisfaciat competenter, alioquin, cum non sit deferendum homini contra deum, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictus dux mandatum nostrum neglexerit adimplere, uos eum ad id non obstante aliqua indulgentia sibi ab apostolica sede

1) Buchner (b. Gesch. V, 70) versteht hierunter den Herzog Ludwig, es wird jedoch Herzog Otto gemeint seyn.

2) Konrat, aus dem edeln Geschlechte von Tölz, vom J. 1230—1258.

3) Welche Gerechtsame hier zu verstehen seien, ist nicht bekannt, wahrscheinlich der streitige Wasserzoll und ein Antheil an der Münze.

concessa, monitione premissa per censuram ecclesiasticam cognita ueritate, appellatione remota cogatis, prouiso, ne in terram dicti nobilis excommunicationis uel interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis speciale. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater archiepiscope cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Reate VI kal. Decembris pontificatus nostri anno quinto.*)

22. Das Domkapitel zu Freysing bittet den Bischof, schleunig zurückzukehren, da es von dem Herzog Otto unter Drohungen aufgefordert wurde, das Interdict aufzuheben.

c. 1232.

Reuerendo in Christo domino et patri C. venerabili frisingensi episcopo vniuersitas capituli omniumque prelatorum ac clericorum diocesis frisingensis orationes in domino cum obedientia tam debita quam deuota. Cum paterna sollicitudine nobis teneamini consilio et auxilio tamquam uestris filiis adesse in nostris necessitatibus, ad uos tamquam portum tutissimum recurimus confidenter paternitati uestre significantes, quod dominus noster illustris *dux Bawarie*...[1]) nobis suum ad mandatum in choro frisingensi conuocatis quedam priuilegia papalia per magistrum Dietricum de *Illenmunster*,[2]) quem ad nos miserat, legi publice demandauit. Que priuilegia continere uidebantur, quod nemo in personam et terram suam interdicti uel excommunicationis sententias posset aliquatenus promulgare sine mandato sedis

*) Die Bleibulle hängt an Spaggat.

Abdruck: Meichelb. hist. fris. II, 11.

1) Buchner versteht hierunter den Herzog Ludwig, Lang dagegen wohl richtiger den Herzog Otto.

2) Vormals Kloster, jetzt Pfarrdorf im Ldg. Pfaffenhofen an der Ilm. Dieser Dietrich war der vielvermögende Beichtvater des Herzogs.

apostolice speciali, et ob hoc asseruit, quod dominus legatus interdicti sententias contra huiusmodi priuilegia non potuit promulgare in terram ducis memorati. Quare dictus magister Dietricus et dominus F. marschalcus de *Kemenaten*[1]) ex parte ducis supradicti cum maxima instantia petiuerunt, ut diuina sibi suisque minus iuste subtracta recipere deberemus contradicentibus et rebellibus plurima grauamina comminantes. Cum uero eisdem nuntiis super tam arduo negotio non possemus finarie respondere, nuntios ad ipsum ducem direximus pro induciis deliberatoriis concedendis. Cum igitur more pii pastoris super nos, uestrum gregem et uestre sollicitudini diuina prouidentia recomissum uigilanti studio, respicere debeatis gerendo tam in temporalibus quam spiritualibus curam nostram ideo paternitatis uestre clementiam medullitus inploramus, quatinus omnibus ecclesie uestre negotiis pretermissis ad nos statim uisis litteris sine cuiuslibet more dispendio redeatis, nobis excidium et dispersionem in proximo passuris uestre paternitatis indefesse auxilium et salutare consilium inpensuri.*)

23. Herzog Otto befiehlt den Lehenleuten und Beamten, die Minoriten in Ausrottung der Ketzerei zu unterstützen.

c. 1233.

O. dei gratia palatinus comes, dux Bawarie viris catholicis presens scriptum inspecturis salutem et omne bonum.[1]) Cum diuina prouidente clementia gladius ma-

1) Hohen-Kemnat bei Kaufbeuern.

*) Von den 10 ursprünglich anhangenden Sigeln sind nur mehr zwei sehr beschädigte vorhanden.

1) Diese Weisung, welche aus dem Kl. der Minoriten in Regensburg gekommen, erliess der Herzog auf Ansuchen des Papstes (Lang Reg. B. II, 206), und auf Grund der von K. Friedrich II i. J. 1232 gegen die Ketzer erlassenen Verfügungen.

terialis nostre iurisdictioni deditus in protectionem sancte uersari debeat ecclesie, uolumus, immo districte precipimus, ut ciuitatum nostrarum seu uillarum milites, ivdices nec non officiales fratribus de ordine predicatorum,[1]) per quos deus temporibus nostris corroborationem fidei catholice suscitauit, contra omnes heresum[2]) prauitates exstirpandas et in aliis, que secundum deum promouere studuerint, deuote atque fideliter cooperentur contradicentes compescendo.*)

24. Herzog Otto gewährt und bestätiget dem Kloster Kühbach mehrere Rechte.

Am 23. Mai 1235.

In nomine domini amen. Otto dei gratia comes palatinus Rheni, dvx Bawarie, omnibus Christi fidelibus hanc paginulam intuentibus in vero salutari salvtem. Noverint vniuersi fideles, quod nos ecclesie in *Chůbach*[1]) liberam contulimus potestatem, ut homines suos et censuales ac proprietate attinentes, ubicumque locatos, in suum reducat[2]) seruicium et culturam, et ius capitale,

1) Die Minoriten berief der Bischof Sigfrit von Regensburg i. J. 1229 dahin und räumte ihnen die Bonifaciuskirche ein. Ried cod. nr. 374.

2) Die Ketzer dieser Zeit sind namentlich aufgeführt in der Verfügung des K. Friedrich II, v. 22. Febr. 1232 (Mon. B. 30[a], 184).

*) Das an einem Pergamentstreifen hangende Reitersigel ist eines der besterhaltenen dieses Herzogs.

Abdruck: Bibl. h. Gött. p. 185.

1) Das vormal. Nonnenkl. Kühbach im Ldg. Aichach, zu Anfang des XI. Jhh. von dem Grafen Adalbero von Ebersberg gestiftet.

2) Es waren zwar die Herren der Leibeigenen an und für sich schon berechtiget, sie von dem, zu welchem sie entflohen, zurückzufordern, doch war es oft schwer, dieses Recht, besonders einem Mächtigeren gegenüber, zur Geltung zu bringen.

quod vulgo ualle dicitur, ab ipsa exigatur et recipiatur sine impedimento nostri et nostrorum iudicum. Nostre enim per omnia uoluntatis est et libere promissionis, ut abbatissa et conuentus iam dicte ecclesie suis gaudeat officiis locandis et de precone et aliis suis dispensatoribus instituendis et destituendis, sicut ipsis expedit et uoluerint. De vero etiam cognouimus, quod pater noster beate memorie dux *Lvdiwicus* in parochia Chv̊bach omnibus stivris et iudiciis abrenuntiauit et abbatisse ac conuentui ius suum liberaliter contulit. Sic et nos ipsum factum renouando tam clericorum suorum, quam omnivm hominvm in nuper dicta plebania commorantivm stiuras et iudicia quoquo modo euenientia prefate abbatisse et conuentui cum omni iurisdictione porreximus. Quod ut ratum permaneat, sigillo nostro duximus roborandum. Acta sunt hec anno domini MCCXXX^mo^V^o decimo kal. Junii indictione VII.*)

25. Der Bischof Sigfrit von Regensburg und Herzog Otto vergleichen sich wegen verschiedenen Streitigkeiten.

Regensburg am 5. Mai 1237.

In nomine domini amen. Pateat uniuersis, quod nos Sifridus miseratione diuina episcopus ecclesie ratisponensis, imperialis aule cancellarius, et nos Otto dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie, confitemur et sollempniter protestamur, hanc subscriptam conpositionem apud Ratisponam mutuo celebrasse. Inprimis siquidem is articulus taliter est planatus. Filii ministerialium in *Tyspach*, 1) qui ministerialibus domini ducis per

*) Das an einem rothseidenen Geflechte hangende Reitersigel ist ziemlich gut erhalten.

Abdruck: Mon. B. XI, 584.

1) Teisbach im Ldg. Vilsbiburg, eine Besitzung der Grafen von Frontenhausen, welche der letzte derselben, der Bischof Konrat von Regensburg, seinem Stifte vermacht hat.

matrimonium se iunxerunt, si copula illorum de iure stare poterit, in domino firma manebit, alioquin domino episcopo et ecclesie ratisponensi restituentur iuxta ordinationem et inspectionem decani eistetensis et scolastici ratisponensis, necnon ministerialium duorum Arnoldi de *Schönvelt* et Sifridi de *Vrǒwenhoven* apud Lantshůt proxima feria quarta post diem pentecostes, que ordinatio et inspectio ab eis pro utraque parte sub religione iuramenti ordinabitur bona fide. Quorum autem matrimonium stare poterit, eorum heredes equaliter diuidentur, primogenito uel primogenita episcopo remanente. Item a promissionibus, pactionibus seu obligationibus, quibus se Meyngotus de *Savlberch*,[1]) ministerialis ecclesie ratisponensis, et eius sponsores in hac parte domino duci inculcarunt, liberi et quieti in hiis omnibus permanebunt, ita tamen, ut ecclesie *augustensi* de commissis coram domino episcopo ratisponensi satisfaciant, ut tenentur. Pro dampnis autem ab Vlrico de *Vrivntsberch* in montanis, necnon ab aliis ministerialibus ducis in *Eberspiůnt*, et a castellanis de *Landawe*[2]) in *Pilstinge*[3]) illatis ecclesie ratisponensi, soluet dominus dux pro dampnis eisdem episcopo uel eius successori ducenta quinquaginta talenta ratisponensis monete, de quibus medietatem eiusdem pecunie in proximo festo natiuitatis beate Marie uirginis, et reliquam partem in proxima epiphania domini plene persoluet, pro qua pecunia Heinricus *monasteriensis* et Fridericus *otingensis* prepositi, et Levtoldus pincerna de *Owe*, Sifridus de *Vrowenhoven*, Eberhardus de *Hove* et Chůnradus de *Stavffe*, frater dicti prepositi otingensis, ministeriales domini ducis se taliter obligarunt, ut, si peccunia prenominata constitutis terminis non soluetur, iidem sponsores ciuitatem

1) Die Burg Saulburg, Ldg. Mitterfels, von der noch bedeutende Ruinen vorhanden.

2) Landau an der untern Isar.

3) Pilsting an der Strasse von Straubing nach Deggendorf im Ldg. Landau.

ratisponensem intrabunt, ab illa non exituri, donec ipsa peccunia persoluatur. Item de dampnis alias generaliter episcopo per homines ducis et duci per homines episcopi illatis, abhinc usque ad proximum festum Martini satisfactionem uterque alteri exhibebit secundum formam talem scilicet, quod quicumque hominum ducis ab episcopo de dampnis aliquibus fuerit impetitus, ablata restituet, prout eadem iuramento tertie manus suorum comparum, qui dampno non interfuerint, idem uerius estimabit et econuerso duci fiet de hominibus episcopi eo modo. De aduocatiis autem in *Erle*, *Leyrendorf* et in *Walcheringe*,[1]) cui debeant cedere, episcopo uel duci, Vl. prepositus *sancti Johannis* et F. miles de *Perge* pro parte episcopi, et Heinricus de *Ergoltinge* et Eberhardus de *Chleyheim* pro parte dvcis ad hoc deputati inquisitione habita diligenti abhinc usque ad proximum festum Johanis Baptiste pronunciabunt, cui predictorum dominorum aduocatie huiusmodi debeant deseruire, ita tamen ut, in quam tres eorum sententiam conuenerint, quartus contrauenire non possit. Sed, si nec sic poterunt concordare, Ratisponam intrabunt, ab illa non exituri, donec huiusmodi negotium finem debitum sortiatur. Ad hec aduocatia ecclesie in *Průl* per Ar. de *Schōnvelt* et G. de *Porta* et C. de *Wihse* pro parte episcopi, pro parte uero ducis H. prepositum *monasteriensem* et *L.* pincernam, et Ortliebum in *Hayda* bona fide infra eundem terminum equaliter diuidetur. Item *Paldwino* militi iustitia fiet de dampnis sibi illatis per dominum ducem ad consilium episcopi sepedicti. Faciet etiam iustitiam domino episcopo de silua succisa in *Nivchinge*[2]) dominus dux, a quibuscumque dampnum ipsum episcopo uidebitur esse illatum. Item utrum castenarius de *Ach* et heredes sui domino episcopo attineant uel duci, G. de *Griezpach*[3]) et E. de

1) Balkering im Ldg. Pfarrkirchen.

2) Neuching, Ldg. Ebersberg.

3) Griesbach, Ldg.-Sitz. Vom Schlosse sind nur wenige Ueberreste mehr vorhanden.

Chleyheim infra terminum prenotatum iuramento proprio declarabunt. Ceterum de castro *Rosenheym* dominus dux iustitiam faciet domino episcopo, cum fuerit requisitus. Ad hec strata in *Pilstinge* deinceps non impedietur, set quieta et libera permanebit. Et ut conpositio prenotata robur obtineat firmitatis ipsam coram subscriptis testibus nostrorum sigillorum munimine fecimus roborari ac unum par utrique partium assignari. Sunt autem testes de capitulo ratisponensi *Eberhardus* maior prepositus, Heinricus *Seman* archidiaconus, Vlricus de *Dornberch* prepositus sancti Johanis, magister *Johanes*, magister *Siboto* scolasticus, magister *Marquardus*, Fridricus de *Stavffe*, *Heinricus* prepositus monasteriensis, *Hvgo* et *Gotfridus* capellani ducis, Albertus comes de *Tyrol*,[1]) Hoholdus de *Wolntsahe*, Albertus de *Nieffe*, Levtoldus de *Awe*, Sifridus de *Vrowenhoven*, Ortliebus in *Hayda*, Gotfridus de *Griezpach*, Arnoldus de *Schŏnvelt*, Gozwinus apud *Portam*, Chůnradus de *Wihse* et alii quam plures. Actum Ratispone anno dominice incarnationis MCCXXXVII, III nonas May.*)

26. Sühne zwischen dem Bischof Konrat von Freysing und dem Herzog Otto.

Am 9. Juni 1237.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Hec est forma conpositionis celebrata per venerabiles E. *salzburgensis* ecclesie archiepiscopum, apostolice sedis legatum, et dominum S. *ratisponensem* episcopum, imperialis aule cancellarium, inter venerabilem C. *frisingensem* episcopum ex una parte et O. illustrem palatinum

1) Graf Albrecht, der letzte seines Stammes, st. i. J. 1254.

*) Das Sigel des Bischofs und das Reitersigel des Herzogs sind nur am Rande etwas beschädiget.

Abdruck: Ried cod. nr. 395.

comitem Rheni ducemque *Bawarie* ex altera, super vniuersis controuersiis eorundem et ministerialium ac hominum ipsorum habitis inter ipsos. In primis siquidem incendia, rapinas et alia hinc inde conmissa tempore belli comiter remiserunt euacuatis omnino omnibus questionibus ministerialium et hominum utriusque partis, nisi forte motu proprio aliqui se mutuo pregrauarint, de quibus iustitie unusquisque alteri faciet amicabile conplementum, cum unus ab altero fuerit requisitus. De domino Vlrico de *Vreuntesperch* taliter conuenerunt. Nam ipsum dominum Vlricum et eius filium seniorem domino duci, medium uero et iuniorem frisingensi ecclesie deputarunt cum proximo genito, si quem postmodum generabit, reliqui uero, quos idem Vlricus postmodum genuerit, equaliter diuidentur, adicientes, nullum eorum preter uoluntatem domini episcopi debere ad clericatum aliquatenus promoueri, nec uxores ducere nisi liberas uel de ecclesia frisingensi. Ad hec omnes possessiones et homines ad castrum *Purchrain*[1]) pertinentes, in quibus se dominus dux multa iura fatebatur habere, idem dux libere remisit ecclesie frisingensi et promisit, se super his dare priuilegium pro uoluntate episcopi ecclesie memorate. Inimicicias etiam capitales hinc inde ministerialium et hominum suorum dux et episcopus bona fide placabunt et ad bonum pacis omnimodis reformabunt, et quamdiu omnia non fuerint conplanata, treuge firmissime firmabuntur, que etiam a partibus hinc inde non debent aliquatenus denegari. Compositio[2]) apud *Landeshůt* facta, et priuilegia super hac confecta, rata similiter permanebunt. Ceterum de curiis *Althaim* taliter est terminatum: possessionem earundem episcopus recipiet et tenebit, donec per bonos et meliores uicinos septem in-

1) Burgrain im Ldg. Erding, vorm. eine eigene Pfarrei.
2) Es ist wohl der Vergleich v. 17. März 1235 (Meichelb. hist. fris. II^a, 14) gemeint.

quiratur, si Cyphus ipsas habuerit per ecclesiam frisingensem nomine feodali, et si inuentum fuerit ita esse, domino episcopo prefate curie pacifice remanebunt, si uero secus fuerit, duci cedent. Preterea dominus dux soluet episcopo memorato pro vniuersis dampnis sibi illatis quingentas libras ratisponensis monete, et pro solutione peccunie memorate centum librarum redditus de feodo, quod tenet ab ecclesia frisingensi, titulo pignoris domino episcopo assignauit, qui dictos redditus ad usus suos recipiet a festo assumpcionis proximo uenturo vsque ad annum, si infra non fuerit sibi dicta peccunia persoluta tenendo ipsos cum prouentibus primi anni et sic in posterum, quoadusque sibi dicta peccunia fuerit plenarie persoluta, saluis tamen duci redditibus anni presentis. Si uero redditus feodales episcopo assignandi centum librarum summam plenarie non attingunt, quidquid defuerit, per fideiussores, quos episcopus elegerit, dux supplebit. Ceterum si dux de Heinrico filio iudicis satisfacere uoluerit episcopo memorato, episcopus e conuerso coram duce respondebit eidem. Porro si questiones alique emerserint super possessionibus et rebus aliis inter ministeriales principum predictorum et homines alios qualescunque, illas dominus dux et episcopus amicabiliter hinc inde conponent uel iusticiam quaerelantibus exhibebunt. Ad hec inter se decreuerunt, ut quidquid de statu cleri et ecclesiarum per sententias excommunicationis et interdicti in ducem et eius terram siue per episcopum siue per iudices super hoc a sede apostolica impetratos, actum est, quidquid etiam a parte altera per iudices, a duce inpetratos, super eadem controuersia auctoritate sedis apostolice in episcopum et suos dinoscitur esse factum, sicut acta parcium demonstrabunt sigillis executorum et iudicum roborata, sub sigillis venerabilium E. salzburgensis archiepiscopi, apostolice sedis legati, et S. ratisponensis episcopi, imperialis aule cancellarii, inspeccioni discrecionis apostolice transmit-

tatur, et quidquid ex prouisione domini pape visis hinc inde actis deliberatum fuerit, partes in se recipiant humiliter et deuote. Vt autem partes ab obseruacione arbitrii et conposicionis non audeant resilire, ipsum arbitrium seu conposicionem de consensu parcium uallauimus tali pena. Quod si episcopus per se uel per suos contra hanc conposicionem uenire presumpserit, uel in futturum duci uel suis ab episcopo uel a suis iniuriam inferri contigerit, ad ministeriales ecclesie istos quatuor, videlicet *Chůnradum* pincernam, Isenricum de *Waldekk*,[1] Heinricum de *Vagen*,[2] Engelwanum de *Ahdorf*[3] uel ad pauciores inter istos, si omnes presentes non fuerint, recursus habeatur, qui episcopum ad satisfaccionem moneant bona fide. Et si episcopus per eosdem conmonitus, in Bawaria constitutus, infra sex ebdomadas satisfaccionem exhibere neglexerit, uel si extra Bawariam constitutus et post reditum suum infra quindecim dies a predictis conmonitus non satisfecerit, extunc excommunicacioni, donec satisfaciat, subiacebit. Item si dux per se uel per suos contra hanc conposicionem uenire presumpserit, uel in futturum episcopo uel suis a duce uel a suis iniuriam inferri contigerit, ad ministeriales domini ducis istos quatuor, videlicet Liutoldum pincernam de *Aw*, Alhardum de *Preisingen*, Sifridum de *Vrowenberch*, Chvnradum de *Evsenhoven*,[4] uel ad pauciores inter istos,

1) Hohenwaldekk am Schliersee im Ldg. Miesbach, vormals eine bedeutende Herrschaft. Die Burg ist gänzlich zerfallen.

2) Vagen im Ldg. Miesbach. Die Edlen, welche sich davon schrieben und in der Mitte des 13. Jhh. mit diesem Heinrich abgingen, hält man ohne zureichende Gründe für Abkömmlinge des schon in den leg. Bauin. erwähnten hohen Adelsgeschlechtes Fagana.

3) Ahdorf bei Landshut.

4) Eisenhofen im Ldg. Dachau, Stammsitz des Dienstmannsgeschlechtes, welches sich davon schrieb. Konrat st. um 1260.

si omnes presentes non fuerint, recursus habeatur, qui dominum ducem ad satisfaccionem moneant bona fide. Et si dominus dux per eosdem conmonitus, in Bawaria constitutus, infra sex ebdomadas satisfaccionem exhibere neglexerit, vel si extra Bawariam constitutus et post reditum suum infra quindecim dies a predictis conmonitus non satisfecerit, extunc excommunicacioni, donec satisfaciat, similiter subiacebit. Preterea si aliquem de conmonitoribus mori contigerit, alter, qui expediat, substituetur eidem. Adiectum est etiam, quod presentem formam conposicionis episcopus, quoad usque uixerit, non infringat. Dux etiam tempore uite sue premissam formam conposicionis seu arbitrium obseruabit. Si autem ducem, quod absit, adhuc superstite episcopo mori contigerit, heredes ipsius ecclesie frisingensi, quamdiu dominus C. frisingensis episcopus uixerit, hanc conposicionem seu arbitrium sub pena simili obseruabunt. Vt autem premissa omnia robur obtineant firmitatis, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine, videlicet E. sancte salzburgensis ecclesie archiepiscopi, apostolice sedis legati et S. ratisponensis ecclesie episcopi, imperialis aule cancellarii, nec non et parcium, videlicet domini C. episcopi ecclesie frisingensis et domini O. illustris palatini comitis Rheni, ducis Bawarie, duximus roborandam. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo XXXVII, quinto idus Junii, indictione X.*)

*) Es hängen nur die beiden bischöflichen Sigel an. Die beiden andern wurden, wie es scheint, gar nicht angelegt, da das Pergament keine Spur erkennen lässt.

27. Herzog Otto's Gerichtsbrief darüber, dass die Güter zu Schachen, welche Tuta von dem Kloster Prüfening als Precarei besitzt, nach ihrem und ihres Gatten Tod an das Kloster zurückfalle.

Neuhausen am 10. Juli 1237.

In nomine domini amen. Otto dei gratia comes palatinus Rehni et dux Bawarie omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Cum hiis, que pacis sunt et concordie intendere teneamur, presentibus litteris omnibus presentem paginam inspecturis innotescere decreuimus, quod matrona quedam Tuta nomine, uxor Hartwici *Pragarii*, nobis iudicio in *Nivnhusen* presidentibus, coram multis terre nostre nobilibus et aliis utriusque sexus[1]) hominibus de consensu predicti uiri sui publice protestata est, nullum de filiis et filiabus suis ceterisque consanguineis aut amicis suis post ipsius et mariti sui obitum siue uoluntariam ipsorum renunciationem in *Schachen*[2]) et in omnibus aliis bonis, ab ecclesia *pruueningensi* iure precario habitis, heredem habituram preter iam dictam ecclesiam, a qua ipsa bona possidere uidebatur. Ad maiorem itaque huius protestacionis confirmationem presentem inde cartam conscribi et sigilli nostri appensione fecimus muniri, testes, qui presentes aderant, subnotantes: dominus Sifridus *ratisponensis* episcopus, imperialis aule cancellarius, dominus Wlfingus abbas sancti *Emmerammi*, Gozwinus abbas de *Prvel*, Otto comes de *Grunenbach*, Chunradus comes de *Mosburch*, dominus Hoholdus de *Wolmutsa*, Heinricus de *Randekke*, Wernhardus de *Vttendorf*, magister Johannes canonicus *ratisponensis*, Heinricus scriba ducis, Gotfridus capellanus ipsius, Dietricus capellanus *ducisse senioris*,[3]) Liutoldus pincerna et filius eius Lvd-

1) Wohl ein starkes Zeugniss für die Oeffentlichkeit des Gerichtsverfahrens.

2) Das Dorf Schachen im Ldg. Hemau.

3) Der Herzogin Ludmilla, welche i. J. 1240 starb.

wicus, Chunradus de *Hohenvelse*, Ortlibus de *Haida*, Arnoldus de *Schonenvelt*, Chunradus de *Schonenstein*, Karolus de *Eglolfesheim* et frater eius Gozwinus, Karolus *Grans*, Gozwinus de *Prohibio*,[1]) Rvdgerus de *Ramelstein*,[2]) Pruno sculteta, Rapoto sculteta, Vlricus de *Mvnster*, Heinricus *Awer*, Alhardus *Svez*, Heinricus *Sinwel*, Dietricus de *Holzheim*,[3]) Gameridus, Chunradus *Veldenærius* et alii quam plures. Acta sunt hec in *Nivnhusen* prope Ratisponam anno domini MCCXXXVII, sexta idus Jvlii.*)

28. Papst Gregor untersagt, über den Herzog Otto ohne seinen ausdrücklichen Befehl die Excommunication zu verhängen.

Lateran am 9. Februar 1239.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili uiro duci Bawarie salutem et apostolicam benedictionem. Sacra Petri sedes diligenter attendens merita singulorum, licet uniuersos Christi fideles generaliter gerat in uisceribus caritatis, illis tamen, qui erga ipsam sinceram deuotionem habere noscuntur, liberaliter exhibet et libenter presidium et fauorem gratie specialis. Ea propter dilecte in domino fili tuis supplicationibus benignius annuendo personam tuam, in deuotione sedis apostolice persistentem,[1]) sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio com-

1) Dieser Zuname, der meines Wissens sonst nicht vorkommt, wird mit Sicherheit nicht zu erklären, sein Träger übrigens ein Regensburger Bürger seyn.

2) Ramelstein im Ldg. Hemau.

3) Holzheim im Ldg. Parsberg.

*) Abdruck: Mon. B. XIII, 206.

1) Otto war demnach schon vor dem über den Kaiser Fried. verhängten Bann von demselben zurückgetreten, wohl weniger auf das Andringen seiner Gemahlin und deren Beichtvaters, als aus naheliegenden politischen Gründen.

munimus, districtius inhibentes, ne quis in personam tuam excommunicationis uel interdicti sententiam sine speciali mandato nostro audeat promulgare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre protectionis et inhibitionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani V id. Februarii pontificatus nostri anno duodecimo.*)

29. Der Papst Gregor beauftragt den Abt und Prior des Klosters Raitenhaslach und den Probst des Stiftes Ranshofen, den Streit zwischen dem Erzbischof von Mainz und dem Herzog wegen Bensheim und Walhusen zu untersuchen und zu entscheiden.

Lateran am 24. März 1239.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis... abbati[1]) et... priori de *Raitenhasla* cisterciensis ordinis et... preposito[2]) ecclesie de *Ranshowen* salzburgensis et patauiensis diocesum salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius, nobilis uir... dux *Bawarie*, comes palatinus Reni, nobis conquerendo monstrauit, quod venerabilis frater noster...[3]) archiepiscopus maguntinus de *Pesenshaim* et de *Walhusen* villas et quasdam alias possessiones ipsius titulo pignoris detinet obligatas, licet ex eis perceperit ultra sortem. Ideoque discretioni uestre

*) Auf der Rückseite der Urkunde steht von derselben Hand, welche sie schrieb: duci Baugwarie.

Die Bleibulle hängt an einer gelb-roth seidenen Schnur.

1) Raitenhaslach im Ldg. Burghausen. Abt war damals Konrat.

2) Das vormalige Chorherrnstift Ranshofen bei Braunau, dessen Probst damals Heinrich war.

3) Nämlich Sifrit III.

per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes, quod decreueritis, auctoritate nostra firmiter obseruari. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani VIIII kalend. Aprilis pontificatus nostri anno duodecimo.*)

30. Papst Gregor IX überträgt dem Bischof von Sekkau u. A. die Untersuchung der Klagen des Herzogs Otto gegen den Bischof Konrat von Freysing.

Rom am 15. April 1239.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri episcopo *secowensi* et dilectis filiis abbati de *Walterbac* 1) cisterc. ordinis et priori fratrum predicatorum de *Frisaco* 2) ratisponensis et salzburgensis dioc. salutem et apostolicam benedictionem. Nobilis uir dux *Bawarie* transmissa nobis petitione monstrauit, quod, cum uenerabilis frater noster *frisingensis* episcopus in ipsum excommunicationis et in terram eiusdem interdicti sententias auctoritate ordinaria contra iustitiam protulisset, tandem post diuersas litteras propter hoc hinc inde ad iudices diuersos a nobis obtentas prefatus episcopus super hoc et quibusdam aliis articulis ad uenerabilem fratrem nostrum *chiemensem* 3) episcopum et te frater episcope, ac abbatem de *Agmund* salzburgensis dioc. nostras impetrauit litteras continentes, ut tu et dicti college fa-

*) Nach dem Original im k. Staatsarchive.
Die Bulle mit der Inschrift: Gregorius papa VIII, hängt an Spaggat.

1) Walterbach, Cisterc. Abtei, i. J 1142 von dem Burggrafen Otto von Regensburg gestiftet, am Regen.

2) Frisach in Kärnthen, im Kreise Klagenfurt.

3) Bischof Albert, v. J. 1233—1252.

cientes uobis easdem litteras et processus per eos habitos presentari, detentores ad exhibitionem eorum per censuram ecclesiasticam compellendo, causam, si de partium uoluntate procederet, iudicio curaretis uel concordia terminare, alioquin ipsam ad nos remitteretis sufficienter instructam, preficiendo partibus termino competenti, quo per se uel per procuratorem idoneum nostro se deberent conspectui presentare. Quare prefatus dux nobis humiliter supplicauit, ut, cum eedem littere sint obtente, dum procurator ipsius esset in itinere constitutus propter hoc ad nostram presentiam ueniendi, ne per cauillosa diffugia contingat negotium prorogari, et ut iudicium sine suspitione procedat, duos ex predictis iudicibus amouentes unum obtentu ipsius et ex officio nostro subrogare alium curaremus. Nos igitur ipsius ducis precibus inclinati, eisdem episcopo et abbate remotis, uos filii abbas ad peticionem ducis eiusdem et prior ex officio nostro loco subrogantes ipsorum mandamus, quatenus in causa ipsa, nisi sit ad litis contestationem processum, iuxta priorum continentiam litterarum, appellatione remota, ratione preuia procedatis. Quod si non omnes his exequendis interesse potueritis, duo uestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani XVII kal. Maii pontificatus nostri anno XIII.*)

31. Der Herzog verspricht dem Bischof von Freysing, alle Rechte und Freiheiten der Kirche und des Clerus gewissenhaft zu beobachten.

Landshut am 28. August 1240.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum libertas rebus omnibus fauorabilior, unde iustum

*) Abdruck aus Deutinger Beyträge II, 12, welchen eine Abschrift zu Grunde liegt, die der Bischof Ludwig Joseph von Freysing aus Rom erhalten hatte.

est bellum, quod pro sua suorumue uel patrie libertate tuenda quis sustinet et quod interuertende libertatis sue uel eorum, quorum seruitus ad dolorem iniuriamque nostram porrigitur, metu fit uel promittitur, ratum non habet pretor, sed irritum et e contrario mortalitati conparata sit seruitus. Qui clericos prosequntur et obprimunt et angariando uelut in seruos redigunt, quid aliud quam clerum extinguere fidemque katholicam, que per illum subsistit, cuius illi sunt gubernatores et ancora, radicitus exstirpare et funditus euertere moliuntur? Porro clericorum libertas et ecclesiarum emunitas a deo primum et principaliter, secundario et consequenter ab imperio, sequente deum, et a cunctis katholicis retro principibus concessa clericis et ipsis ecclesiis et infinitis auctoritate romanorum pontificum, quam et secularium principum confirmata priuilegiis, interdum exigentibus aliquorum clericorum excessibus, interdum sola laicorum malicia faciente in tantum conculcata succubuit et fere prorsus euanuit, adeo ut inter diuinum publicumque ius et priuata commoda nichil uideatur differentie remansisse, cum in angariis et perangariis equales sint hodie, sicut populus sic sacerdos.[1]) Proinde nos *Otto* dei gracia palatinus comes Reni et dux Bawarie, quia clericorum seruitus ad dolorem nostrum pertinet, cum patres nostri sint, quibus prius et potius, quam carnalibus, si equaliter indigeant, subuenire caritas ordinata nos ammonet, immo precipit, ortodoxe fidei zelo succensi, pro remissione pecaminum nostrorum et dilecte nostre consortis *Agnetis* et bone memorie patris nostri *Lodewici* et pro salute etiam filiorum nostrorum, clericis plenam libertatem restituimus et concedimus promittentes bona fide, nos de cetero clericis et ecclesiis, presertim canonicis

1) Dieser ungewöhnlich lange Eingang ist nicht blosse Rhetorik, sondern enthält eine, vielleicht nicht völlig freiwillige Selbstanklage des Herzogs, dass gerade er die altverbrieften Freiheiten verletzt habe.

kathedralis[1]) ecclesie et ceterarum conuentualium ecclesiarum seruaturos omnem libertatem, omnem emunitatem, omnia iura, omnia priuilegia, que eis a canonibus et a fidelibus principibus sunt concessa. Et licet ius nostrum, si quod a nostris maioribus uel consuetudo uel alius traduxit titulus facultates nostras non minimum augmentasse quibusdam uisum fuerit, promittimus tamen, quod deinceps a clericis uel ecclesiis aut possessionibus earundem nichil exigemus nec a nostris exigi permittemus indebitum, nichil extorquebimus, non mittemus seruos uel milites uel venatores induendos, non exigemus equos, non albergariam, nisi quis commode possit et sponte uelit nos secundum suum beneplacitum honorare, non capiemus clericos nec capi faciemus, immo iniuriose capientes pro nostri officii debito puniemus et honorem et protectionem clericis, prout potuerimus, inpendemus. Excitauit autem nos ad hoc faciendum et promittendum amor et dilectio karissimi patris et domini nostri Chunradi frisingensis episcopi, qui post multas guerras et graues discordias nobiscum ad pacem rediit, promittens etiam ipse, quod suis clericis erit propicius et nichil ab eis exiget, nisi kathedraticum, scilicet XX^ti^IIII^or^ denarios usualis monete et quicquid canones permittunt. Vt hec mutua cleri deffensio sit pignus et memoriale perpetuum pacis et federis inter nos diuinitus reformati, testes huius facti sunt: *Vto* prepositus maior, *Eberardus* decanus, magister Marquardus de *Padua* prepositus *maticensis*,[2]) Heinricus prepositus *monasteriensis*,[3]) *Swikerus* notarius, *Bertholdus* capellanus, et magister Dietricus scolasticus *Illemunstrensis* de clericis, de laicis uero dominus Fridericus iunior de *Truhendingen*, Heinricus de *Niffen*, comes Chunradus de *Mosburga*, Alhardus de *Preis-*

1) kathredalis. Or.

2) Mattsee, Kollegiatstift, muthmasslich vom Herzog Tassilo i. J. 777 gegründet, im Salzburger Kreise.

3) Pfaffenmünster links der Donau bei Straubing.

ingen, Sifridus de *Vrowenhouen*, Sifridus de *Vrowenberc*, Sifridus dictus *Asinus*,[1]) Marquardus de *Schira*,[2]) Heinricus de *Eisoldesriede*[3]) et alii quam plures. Datum per manum Vlrici notarii nostri apud *Lantshůt* in castro nostro, anno incarnacionis dominice millesimo ducentesimo quadragesimo, quinto kalendas Septembris*)

32. Der Herzog macht bekannt, dass er alle zwischen ihm und dem Bischof von Freysing in Folge ihres Streites gewechselten Schriften verbrannt habe.

Landshut am 19. Dezember 1240.

Nouerint omnes, quod nos Otto dei gratia palatinus comes Reni, dux Bawarie, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo feria quarta quatuor temporum decembris omnia scripta inter dominum *frisingensem* episcopum Chunradum et nos concepta, siue fuerint originalia siue sumpta uel acta, quandocunque a principio nostre dissensionis usque ad finem facta fuerint, tamquam odiosa igne cremauimus, protestantes et promittentes, quod si qua per incuriam siue per minorem diligenciam, siue dolo uel malo ingenio, quod non credimus, siue quocunque casu ignem effugerint,[1]) ubicunque de cetero inuenta fuerint, sint uacua, cassa et inutilia nec aliquas uires habeant, sed qui eis deinceps usus fuerit, sit a domino maledictus. Et ut hec rata per-

1) Gewöhnlich probus asinus oder Frumesel.

2) Dieser häufig vorkommende Marquart, ein herzogl. Dienstmann, hatte seinen Sitz zu (Kloster) Scheyern.

3) Eisoldsried an der Maisach im Ldg. Dachau.

*) Die beiden an gelb-rothseidenen Schnüren hangenden Sigel sind gut erhalten.

Abdruck: Meichelb. h. fris. II^a, 27.

1) Es scheint leider keines der einschlägigen Aktenstücke der Vernichtung entgangen zu seyn.

maneant atque firma, cedulam presentem sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum apud Lantshůt presentibus magistro Marquardo preposito *maticensi*, magistro *Berengero* physico, Vlrico notario nostro, canonico *sancti Andree de Frisinga*, et aliis multis.*)

33. Herzog Otto stellt die Uebergriffe der Edlen von Walde gegen das Kloster Raitenhaslach ab.

Burghausen — 1240.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto dei gratia comes Rheni, dux Bawarie vniuersis huius pagine inspectoribus significandum dvximus, quod, cvm venerabilis *Dietmarus* abbas et quidam fratres conuentus ecclesie cysterciensis ordinis in *Reitenhasela* eo tempore, quo auunculus noster illustris Chunradus comes de *Wazzerburch* terre nostre vicedominatus curam tenuit a nobis, nomine ecclesie sue coram nobis querelando deponerent, quod Otto et frater suus Ortliebus de *Walde*[1]) in bonis et prediis eorum, que sunt sita in *Cydelaren*[2]) contra ius et libertatem ecclesie sue ipsis graues existerent et seruitia minus debita a colonis et hominibus eorum exigerent, dum tamen ipsis pro effusione sanguinis et pro delicto furti solum talis satisfactio deberetur, quod reus tantum cum hiis, que cingulum cuiuslibet capit, eisdem deberet assignari, et vltra nil iuris haberent in bonis eorum,[3])

*) Abdrücke: Hund metr. I, 164; Lünig Reichsarchiv XIX, 519; Ludewig Germ. pr. II, 781; Meichelb. II[a], 18.

1) Wald an der Alz im Ldg. Burghausen. Die Edlen, welche hier ihren Sitz hatten, starben i. J. 1320 aus.

2) Zeitlarn im Ldg. Burghausen.

3) Den Vögten oder Richtern gebührte nur, was die Verbrecher am Leibe trugen, sie nahmen aber auch häufig die Güter derselben weg, auf welchen sie von den Klöstern angesiedelt waren.

probatis hiis, que proposita fuerant, legittime et sufficienter pro ecclesia sententia lata est super predictis. Vnde, quia tale ius vnius fratris, videlicet Ottonis, nostre cessit possessioni et vsui, dicte ecclesie plene recognoscimus ius coram nobis euictum et a nobis confirmatum. In testimonium autem huius facti ne obliuio, noverca memorie, possit tollere uel iniqua mens hominum in irritum ducere, presentes litteras cvm subscriptis testibus et nostri sigilli appositione decreuimus roborare, illustribus comite Chunrado de *Wazzerburc*, Chunrado comite de *Moseburc* testibus, dilecto nostro Friderico preposito de *Otingen*, *Gotfrido* capellano, Alhardo de *Prisingen*, *Magensone* iudice, Eberhardo cognomento *Smerbalch*, V̊lrico clauigero de Otingen. Acta sunt autem hec anno domini MCCXL in castro Půrchvsen.*)

34 Otto bestätiget dem Kloster Niederaltach die demselben von dem Grafen Berhtolt von Bogen geschenkten Güter zu Arnpruck.

Straubing am 4. Dezember 1242.

Otto dei gratia palatinus comes Rheni, dux Bawarie vniuersis presens scriptum intuentibus salutem. Notum fieri uolumus tam presentibus quam futuris, quod dilectus nobis dominus Hermannus[1]) venerabilis abbas ecclesie *altahensis*[2]) quedam scripta bone memorie *Bertold*i

*) Das stark verletzte Reitersigel hängt an grünen, blauen, hell- und dunkelrothen Seidenfäden.

Abdruck: Mon. B. III, 135. VI, 378.

1) Der Verfasser der bekannten Annalen, welcher am 27. Okt. 1242 zum Abte gewählt wurde, am 12. März 1272 wegen Gebrechlichkeit seine Würde niederlegte, und 75 Jahre alt am 31. Juli 1275 starb. S. Böhmer font. II, S. XLVIII.

2) Niederaltach am linken Ufer der Donau zwischen Deggendorf und Passau.

comitis de *Bogen* fratris nostri [1]) nostre excellentie presentauit petens humiliter et deuote, ut sibi et ecclesie sue donacionem factam per predictum comitem ecclesie altahensi in predio in *Enneprvkke* [2]) confirmare ac stabilire mercedis diuine intuitu dignaremur. Nos autem peticionem suam taliter admittentes concedimus, ut eadem predia, videlicet ius patronatus ecclesie in Ennenprvkke cum villa eiusdem ecclesie, decimis, colonis ac omnibus ad idem predium pertinentibus, quesitis et inquisitis, sicut in priuilegiis predicti fratris nostri B. comitis est expressum, sicut hucusque possedit, quiete possideat ecclesia supradicta, nisi fortassis experiamur in posterum, quod eadem bona predictus comes sine consensu nostro et patris nostri pie memorie *Ludewici* ducis nulli legare potuit uel donare. Quod si nobis constiterit et propter timorem domini et amorem iuri nostro renuntiare noluerimus in hac parte, ipsum predium in nostrum dominium redigatur, persolutis tamen prius LXX quinque libris ratisponensis monete ecclesie memorate, in quibus eadem predia tunc temporis pueris Sifridi de *Grauenwisen* [3]) fuerant obligata. Nam predictus abbas cum pecunia ecclesie sue dictum predium, nisi sub tali condicione interposita redimere non curabat. Vt autem presens scriptum ratum permaneat et inconuulsum, ipsum sigilli nostri munimine fecimus roborari cum testibus subnotatis. Testes sunt: Hainricus prepositus ecclesie *monasteriensis*, Ditricus abbas de *Alderspach*, [4]) Albertus abbas de *Metim* [5]) Otto comes de *Grv̊nbach*, Alramus de *Halse*, Alhardus

1) Des Herzogs Stiefbruder, der i. J. 1218 starb.

2) Arnbruck im Ldg. Nieder-Viechtach.

3) Grafenwiesen im Ldg. Kötzting.

4) Aldersbach, 2 St. von Vilshofen entfernt, vormals ein Cistercienser Kloster, von Bischof Otto von Bamberg im J. 1139 gestiftet.

5) Metten links der Donau oberhalb Deggendorf, vormals und auch jetzt wieder Benediktiner Kloster.

de *Prisingen*, Sifridus de *Frŏnberch*, Chuno de *Tavschansdorf*,[1] Dietricus de *Mvnechdorf*,[2] Albertus iudex de *Strvbingen*, Vlricus plebanus de *Vihta*,[3] *Richperus* notarius et alii quam plures. Datum apud Strvbingen anno domini millesimo CC quadragesimo secundo, indictione prima, pridie nonis Decembris.[*]

35. Erzbischof Eberhart von Salzburg belehnt den Herzog Otto mit den Gütern, welche er von dem Schenken von Wintersteten erkauft hatte.

Ostermunting am 1. März 1243.

Eberhardus dei gratia salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus. Vniuersis Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in omnium saluatore. Que aguntur digna memoria necesse est illi per scripturas autenticas commendari. Notum igitur sit omnibus, quod nos olim temporibus bone memorie *Ottonis*[1] imperatoris predia quedam certo nomine in alio priuilegio expressa, a pincerna[2] de *Winterstete* felicis recordationis pro trecentis marcis argenti comparauimus, que ipso tempore eidem pincerne contulimus feodaliter possidenda. Cum uero idem pincerna sine successione legitimi heredis decesserit, nos dilecto amico nostro Ottoni illustri comiti palatino Reni, duci Bawarie, memorata predia[3] cum suis pertinentiis contulimus iure fevdi. Et vt hec concessio circa ipsum

1) Taussersdorf im Ldg. Mitterfels.
2) Münchsdorf im Ldg. Straubing.
3) Nieder-Viechtach am schwarzen Regen.
*) Nur der Hauptheil des Reitersigels ist gut erhalten. Abdrücke: Mon. B. XI, 212; Fontes rer. Austr. I, 140.
1) Jener Otto, der v. J. 1208—1212 Reichsoberhaupt war.
2) Es ist hier Konrat gemeint, welcher zu Anfang des J. 1243 starb und nur eine Tochter hinterliess.
3) Diese Prädien, welche nicht unbedeutend gewesen seyn können, sind nicht bekannt.

et heredes ipsius rata permaneat, presentem paginam eidem illustri duci tradi et sigilli nostri iussimus munimine consignari. Actum aput Ostermuntingen anno domini MCCXLIII in kalendis Marcii, indictione prima, presentibus Ottone preposito *salzburgensi*, comite Chunrado de *Plaigen*, Alberone libero de *Walhen*,[1]) Gerhoho de *Salzburch*, Sifrido de *Frŏwenberch* et aliis quam pluribus.*)

36. Landfrieden für Bayern, aufgerichtet und beschworen von dem Herzog, von dem Erzbischof von Salzburg und dessen Suffraganen in Bayern, sowie den Bischöfen von Eistett und Bamberg.

Regensburg — 1244.

Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto Otto comes palatinus Rheni, dux Bawarie, hanc formam pacis [1]) iuramento confirmauit a festo beati Jacobi per tres annos, iurantibus secum Eber-

1) Walchen im österr. Salzburgkreis.

*) Das Sigel ist ziemlich gut erhalten.

1) Dieser Landfriede ist der erste bayerische, ein älterer wenigstens nicht bekannt. Die Betheiligung der Bischöfe von Bamberg und Eistett gestattet keineswegs den Schluss, dass er auch für Franken berechnet war. Denn beide traten ihm bei, weil ihre Stifter viele Besitzungen in Bayern hatten und letzteres überdiess unmittelbar an dieses angränzte. Derlei Landfriedensschlüsse, deren erster in Deutschland von K. Heinrich IV (Pertz mon. IV, 60) aufgerichtet ward, wurden dem von der Geistlichkeit gegründeten Gottesfrieden nachgebildet, und dieser veranlasst durch die Unzulänglichkeit der weltlichen Macht, den Gewaltthätigkeiten aller Art zu steuern. In dem vorliegenden wurden nicht blos die in den bis dahin verkündeten Landfriedensschlüssen enthaltenen Bestimmungen aufgenommen, sondern diese auch mit neuen vermehrt, daher denn dieser der ausführlichste unter allen bis dahin bekannten ist.

hardo *salzeburgensi* archiepiscopo, Rvdgero[1]) *patauiensi*, Sifrido *ratisponensi*, Chunrado *frisingensi*, Friderico[2]) *eihstetensi*, Heinrico[3]) *babenbergensi* episcopis, simul universis comitibus ac nobilibus cum ipsis iurantibus.

1. Sic de treugis manualibus est constitutum, ut, si aliquis treugas manuales inter duos inimicos fecerit et unus illorum eas violet, ille, qui treugas fecit, si tercius violationem probauerit, violator exlex iudicetur ita, ut sentencia nec expurgatio eius deinceps super aliquo admittatur. Si uero factor treugarum violatorem causa dilectionis quietum dimittere conatur, iudex uel comes, in cuius est comitiâ, ipsum, qui treugas fecit, inpetens ad XIIII dies citet. Deinde[4]) etiam, si se die assignata iudicio non presentauerit uel legitimum impedimentum non probauerit, eidem pene teneatur, cui etiam is, qui pacem uiolauit. Et iudex potestatem habeat, tercius probare contra violatorem eundem excessum. Si uero factor treugarum legitimum impedimentum uel, quod dies sibi non fuerit intimata, pretenderit, propter quod non potuit exequi citationem, alia dies, ut iustum est, ipsi assignetur. Item si talis uel tantus est, qui pacem uiolat, quod is, qui eam fecit, non audet impetere, iurare debet, quod metu persone ipsum non auderet impetere, nec super tali excessu contra eum inducere probationem uel, si forte treuge uiolate sunt illo nesciente, qui eas fecit, similiter eius iuramentum, quod eas nescierit uiolatas, accipiatur.

2) Rudger von Radeck, v. J. 1233—1250, wo er abgesetzt wurde.

2) Friedrich II, aus dem edlen Geschlechte von Parsberg, v. J. 1237—1246.

3) Heinrich von Schmidefeld (de Camtania. Ann. altah. bei Böhmer font. II, 506), v. J. 1242—1257.

4) Die Hdsch. hat nur d mit einem Striche durch den oberen Theil, wesshalb die Auflösung in deinde keineswegs sicher ist.

2. Item si aliquis dat treugas inimico suo pro se et suis fautoribus, et unus fautorum eas uiolauerit, et non fuerit emendatum, is, cuius fautor est, postquam sibi constiterit, eum â se penitus excludens se debet expurgare, quod sine sua consciencia et voluntate factum sit, et pro lesi voluntate contra ipsum stare. Et si postmodum ipsum resumpserit, reus erit cum fautore treugarum uiolationis.

3. Item si duo inimici, qui treugas inter se fecerunt, sibi inuicem occurrunt, et cum altero eorum est inimicus alterius, qui cum eo treugas non habet, et ille presumens de socio inimicum vult ledere, comes suus, qui amicus est alterius, uel qui cum eo treugas fecit, hoc debet intervenire, quod si non potest, debet eum adiuuare. Quod si non fecerit, pacem uel fidem violat.

4. Item si duo amici uel inimici treugas inter se habentes sibi inuicem occurrunt, et unus illorum ducat aliquem, qui cum obuiante treugas non habet, metuens quod obvians comitem suum ledere velit, uadat ad eum dicens: »talis est mecum, cum quo treugas non habetis, deferte mihi hoc in tempore, ne ipsum penes me ledatis,« et obvians propterea non desistet, ipso inmittente, si inimicus, treugas, si uero amicus, fidem violat.

5. Item si contra uiolatorem treugarum necessarius est testis aliquis excommunicatus uel prescriptus, pace et securitate sibi per eandem diem facta ab omni impeticione et a iudice dato sibi conductu de loco ad locum probationis, nec attestatio eius super causa excommunicationis et proscriptionis debet repudiari.

6. Item nullus, postquam treuge facte fuerint, eis renunciare debet ante terminum statutum. Qui autem fecerit, pacem uiolat.

7. Item cum duo inimici treugas inter se fecerint, et unus illorum aliquem fautorem uel hominum suorum de treugis excluserit, pro quo forte nequit uel non vult

treugas stabilire, debet eum a se remouere et excludere penitus, nec contra eum, cum quo treugas iniit, aliquod ei, quamdiu treuge durant, auxilium prestare. Quod si fecerit, pacem uiolat.

8. Item si quis sub treugis lesus fuerit, sine querimonia se non vindicet. Quod si fecerit, pacem uiolat.

9. *De pignore.* Item nemo pignus alicui sine vronboten auferat, alioquin pacem violat.

10. Item si treuge inter duos inimicos facte fuerint, et unus eorum alicui infra terminum treugarum occasione consanguinitatis uel stipendii circa reliquum prestiterit auxilium, pacem uiolat.

Hec est forma de generali pace provincie.

11. *De nociua domo.* Si qua domus uel castrum denunciatum fuerit publice super aliqua rapina, specialiter exprimi debet, quis fecerit, uel quomodo factum sit. Tunc dominus domus hunc remouebit, qui fecit, decuplo rapinam restituens uel puniendum ipsum iudici offeret. Si dominus domus extra prouinciam est, domus, in qua rapina facta est, eiciatur de castro et exuratur.

12. *De hiis, qui seruant malefactores.* Item quicunque seruauerit malos homines et conuictus fuerit de ipsis, plenam ab eis exhibeat iusticiam. Sed si ab eo recesserint, nichilominus ipse erit satisfacturus super universis, que fecerunt, dum secum essent, nec idem dominus propterea erit infamis uel homo dampnosus denunciabitur taliter satisfaciens.

13. *De raptoribus.* Item de raptoribus denunciatis, si die prima, sibi â iudice data, cum suis fideiussoribus se iudicio absentauerint, iudex eos statim proscribet, et episcopus, cuius sunt dyocesani, eos excommunicabit. Sed si diem statutum non percepisse uel legitimum impedimentum probauerint, alia dies eis assignabitur ad statuendos eorum, ut antea, fideiussores.

14. *De nociua domo.* Item si in foro uel in uilla una domus uel plures denunciabuntur, exuri debent sine dampno aliarum domuum, uel de licentia iudicis estimari et uendi, et de hac pecunia respondere querelantibus.

15. *De nociuis hominibus.* Item hominum dampnosorum uel proscriptorum nec dux nec episcopus aliquem per contractum, resignationem feodorum uel contradictionem allodiorum debet eum assumere, ut ipsum ab huius iudicii liberit statutis.

16. *De homicidis.* Item qui hominem occiderit, pro eo capite plectatur, nisi tertius, quod se defendendo fecisset, probauerit.

17. *De raisa.* Item qui manifestam reisam fecerit, capite priuetur.[1])

18. *De aduocatia.* Item si duo guerram inter se habuerint, neuter alterius aduocatiam invadat, alioquin pacem uiolat.

19. Omnis nisi iure redditibus aduocatie utatur, alioquin pacem violat.[2])

20. *De hospite uiolento.* Si quis per uim apud aliquem hospitatur, pacem violat, [nisi det ualorem et ter].[3])

21. *De excommunicatis.* Item si aliquis episcopus aliquem inbannauerit, et ille contumaciter XL diebus inbannatus perseueret, duci per litteras suas insinuet, et dux ipsum statim proscribet. E conuerso dux de contumaci proscripto nunciet episcopo et nec inbannatus nec proscriptus absoluatur, nisi ab eo, qui prius ipsum ligauit, nisi probauerit, quod temere uel ob inuidiam ipsum episcopus absoluere negauerit, statim a duce secundum ius absoluatur.

22. *De proscriptis.* Item si quis proscriptus fuerit in domum alicuius agitatus, dominus domus eum ad-

1) Diese Stelle ist ausgestrichen.

2) Dessgleichen.

3) Das Eingeschlossene ist späterer Zusatz.

iuuabit, ut sine lesione exeat domum suam, nec hospes ideo proscribetur. Si quis autem proscriptus in domo alicuius inuentus fuerit, et hospes se expurgare non poterit, nisi eum scierit esse proscriptum, [domus cum omni familia, uelut proscriptus puniatur][1]) dominus domus proscribatur, et sit in discretione iudicis, si sit aliquis de familia illa, preter uxorem et pueros paruulos proscribendus.

23. *Idem.* Item si quis fuerit proscriptus et infra XIIII dies non fuerit absolutus, preco ipsum in foro et in foribus ecclesie sub testimonio denunciet, et cuncte eius possessiones comburantur.

24. *De episcopis.* Item nunciis episcoporum extra prouinciam positorum, pro quacumque re querimoniam mouentibus in iudicio, iudicium eis fiat tamquam dominis suis presentibus.

25. *De clericis.* Item nullus iudex secularis violenter de clerico [quantum ad personam uel spiritualia][2]) iudicet, nisi prius a suo episcopo fuerit degradatus. Postea sententia dictante iudex circa ipsum procedat.

26. *De molendinis.* Item monasteria, cimiteria, dotes, molendina et apes in aluearibus suis secure consistant. Si quis ea inuaserit, pacem uiolat.

27. *De pomeriis.* Item nullus pomeria uel uineas exsecare presumat suo inimico, aut pacem uiolat.

28. *De seruis.* Item nullus[3]) servum suum equitem habeat, nisi redditus V talentorum habeat, aut pacem uiolat.

29. Item de hiis, qui vulgo dicuntur ysenchnappen, sic est institutum, ut, ubicumque tales inveniantur, iudex uel comes, in cuius sunt comitia, ipsis diem prefigat infra tempus statutum, ut uel militent vel ab hoc resiliant errore. Quod si non fecerint, proscripti denuncientur.

1) Dessgleichen.

2) Dieser Satz ist übergeschrieben.

3) Nach „nullus" folgt in der Hdsch. das Wort „seruus", welches wohl nicht hieher gehört.

30. *De proscriptis.* Item quicunque in proscriptione est, extra pacem erit, nisi a proscriptione secundum ius fuerit absolutus.

31. Nullus iudex iudicio sine prescripta forma[1]) presideat, alioquin duci V talenta soluat.

32. *De ecclesiis.* Item ecclesie dicate â granis et scrineis euacuentur, quia omnis homo rebus et persona firmam pacem habebit.

33. *De uenatione iniusta.* Item compeditores, laquearii et nisos et accipitres de nidis accipientes, et nocturni venatores erunt extra pacem.

34. *De taberna.* Nullus uinum uel alium potum, nisi in legitima taberna uendat, alioquin pacem uiolat.

35. *De animalibus.* Item nullus animalia emat, ut ea extra prouinciam ducat [nisi tempore epidimie][2]) aut â quocunque detinenti pax non violatur,[3]) sed comiti uel iudici, in cuius est iudicio, animalia cum personis presententur.

36. *De preda et rapina.* Item quicunque predam in publica strata comiserit uel quicunque scienter emerit, infamis et exlex, uterque perpetue subiacebunt proscriptioni. Si autem aliquis impetitur super rapina, si est homo bone fame, cum V denominatis testibus, si non, cum VII denominatis se expurgabit, ita tamen si captiuus iudicio non est oblatus. Si captiuus, LXXII testes ipsum non purgabunt.

37. *De infamibus.* Item infamis persona et aliquando denunciata et postmodum absoluta, de quacunque re ille

1) Ueber „forma" steht „teutonice". Die älteren Landfriedensgebote wurden zwar in lateinischer Sprache abgefasst, doch aber auch, wie es scheint, eine deutsche Uebersetzung beigefügt, oder vielleicht zugleich auch in deutscher Sprache bekannt gemacht. S. Pertz mon. IV, 313. 571.

2) Ist übergeschrieben.

3) So löst Hr. Archivar v. Meiller die unklaren Abbreviaturen. Der Abdruck hat „detenti pacem non violat."

postea impetitur, cum VII se denominatis testibus mundabit.

38. *Idem.* Item infamis persona de cetero nunquam suo iuramento, sed cum tribus procedet compurgatoribus.

39. *De usurariis.* Item nemo pecuniam suam commodet ad usuram aut victualia emat, ut ea processu temporis carius vendat, alioquin pacem violat. Et celantes eos excommunicentur.

40. *De haimsůch.* Item quicunque alium odiose domi quesierit et de hoc cum VII comparum suorum [uel cum conscientia][1]) conuincitur, in proscriptione erit. Si absolui uoluerit, dampnum estimatum suo iuramento et duorum suorum comparum secum decuplo restituat, insuper V talenta passo et iudici X persoluet.

41. *De incendiariis.* Si quis per tres ydoneos testes de incendio conuictus fuerit, in proscriptione erit uel similiter absoluatur.

42. *De monachis et clericis.* Ubicunque clerici, monachi, mulieres pro pace in se uiolata conquesti fuerint, iudicium eis sine mora fiat, non requisitis eorum aduocatis.

43. *De muntleut.* Item de his, qui habere solent vassallos, uulgo muntliut, ab huiusmodi cessent dominio, percepto statuto, alioquin uiolatores pacis habeantur, et ille vassallus V talenta soluat aut in generali foro comitie diris castigetur verberibus.

44. *De conductu.* Item nullus conductum prebeat altericunque, sed quilibet securus vadet auctoritate ducis et huius statuti. Qui autem fecerit, pacem uiolat, et capite priuetur.

45. *De iurando pacem.* Item qui pacem iurare noluerit, nemo ei iustitiam exhibeat et ipse cuicunque respondere compellatur.

1) Ist oben zugesetzt.

46. *De redditibus castrorum.* Item nullus habeat castrum vel aliquod munimen, nisi redditus habeat ad illud XXX[ta] librarum.

47. *De armis in placito.* Item nullus ad placitum comitis uel iudicis armatus ueniat, nisi de uoluntate ipsius, alioquin in continenti humilietur [et X talenta soluet]. 1)

48. Item si homo alicuius domini intrat ciuitatem alterius ad standum ibi, et si repetierit eum infra annum et diem, restituet eum sibi. Sin autem remanebit in eadem ciuitate, et domino, cuius erat, debita seruitia uel competentiam exhibebit, et si defunctus ibidem fuerit habens uxorem et pueros, due partes bonorum [eisdem] cedent, tertia domino, cuius erat. 2)

49. *De pernoctationibus.* Item nullus comes uel iudex in suo iudicio sepius preter uoluntatem inhabitantium, nisi ter in anno, semel in hieme, bis in estate, ita ut in villicatione duo [et in molendino duo], 3) in huba unus equus pabuletur; si magis, pacem uiolat.

50. *De clamore.* Item si quis iudex uel alius fuerit insecutus furem uel latronem aut proscriptum, audito clamore si quis non armis uel fustibus accurrerit, II talenta dabit.

51. *De spoliatoribus.* Item si quis spoliauerit episcopum uel ecclesias siue quoslibet priuatos, infra tempus illud, quo iudicium habere non poterunt, in duplo restituat, si uult effugere penam statutam.

52. *De coitu violento.* Item si quis commiserit raptum virginis uel cuiuslibet mulieris bone fame et de hoc cum VII 4) cuiuscunque conditionis testibus conuictus,

1) Ist späterer Zusatz.

2) Dieser § ist späterer Zusatz.

3) Das Eingeschlossene ist später zugesetzt.

4) Die Zahl VII wurde später in IV abgeändert.

fuerit, uivus sepeliatur [nisi expurgauerit se cum tribus nominatis, si prius cum ea dormiuerit].[1])

53. *De proscriptis.* Item quicunque proscriptus alium proscriptum parem uel maiorem iudicio presentauerit, oblatus puniatur et offerens absoluatur.

54. *De weisunge.* Item quicunque uult ius ostensionis habere, quod uulgo dicitur weisung, uel inquisitionem, quod uulgo dicitur aische, iurare debet, quod sine dolo uel fraude fiant.

55. *De captiuatis.* Item quicunque captiuauerit hominem alterius, reus ubique veluti leso de rebus et persona domino respondere tenetur.

56. *De possessione probanda hominum et rerum.* Item quicunque possessionem obtinere uoluerit, cum VII eam obtineat testibus, qui sine fraude nominentur. Similiter de his, quicunque hominem obtinere uoluerit, si non plures, tres uel duos sibi consanguinitatis linea astrictos, eius apponat lateri.

57. *De furtis.* Item quicunque res sibi subtractas apud aliquem deprehenderit, et ille auctorem se habere asserit, hunc iuramento in instanti nominet sine dolo et secure lesum in suis expensis illuc ducat et reducat.

58. *De periurio.* Item quicunque de periurio cum VII suorum comparum uel maiorum conuincitur, statim manu mutilatur.

59. *De excommunicatis et proscriptis.* Similiter quicunque uictus fuerit, quod diem et annum in excommunicatione uel proscriptione perstiterit, exlex iudicetur. Item quamdiu aliquis in excommunicatione uel proscriptione manserit, nec feoda conferre nec infeodari licet. Si autem factum fuerit, cassetur.

60. *De schahraup.* Item schahroup [et strazraup][2]) nullum auctorem habeat, sed apud quem comprehendatur,

1) Ist späterer Zusatz.
2) Ist übergeschrieben.

iudex circa illum procedat, si [prius][1]) fuerit infamis, uel[2]) tercius expurgabit se.

61. *De vagis et hystrionibus.* Item clericos tonsuram laycalem deferentes uidelicet uagos, et etiam laicos istriones, mulieres secum per prouinciam ducentes, et quoslibet ioculatores, nisi in parrochia sua innatos, ponimus extra pacem.

62. *De pabulatoribus.* Item serui dominorum, qui tempore messis indebite solent pabulare uel de die segetes cum equis inuadere, manu mutilentur aut iudici V talenta soluant. Sed si cui legato aduene uel prouinciali ex itinere equitatura defecerit et in quibuscunque satis idem equum suum recreauerit ita, quantum solo pede imposito incidere poterit, pacem non uiolat.

63. *De possessione.* Si quis de sua possessione eiectus fuerit, et uiolentiam cum tribus ydoneis personis probauerit, [ante omnia possessio][3]) in suam restituatur potestatem.

64. Item in ciuitatibus qui lumen nocte non portant, pacem violant.[4])

65. *De armis.* Item nullus forensis, filii ciuium uel alius aliquis post crepusculum noctis in uicis ciuitatis gladium uel aliquid hostile deferat preter certum hospitem uel militem, qui suum gladium seruo comitanti se contulerit deferendum. Alii uiolatoris pacis iudicentur.

66. *De uulneribus.* Quicunque alterius cuiuscunque sanguinem, nisi si defendendo, [infra pacem effuderit, V talenta soluat][5]) uel manu mutiletur. Manum pro manu, articulum pro articulo statuimus amputandum. [Si sine deffectu membri fiat de quolibet uulnere, soluat

1) Ist übergeschrieben.

2) Statt „uel tertius“ stand früher „sin autem.“

3) Diese Worte sind durchstrichen.

4) Dieser § ist späterer Zusatz in margine.

5) Diese Worte sind ausgestrichen und mit ihnen sollte wohl auch „uel“ wegfallen.

conquerenti II talenta],[1]) iudici per totum I talentum. Si quis alium capillauerit uel ad maxillam percusserit uel aliter sine uulnere, leso I talentum et iudici LXXII denarios soluat.

67: *De rusticis.* Item rustici cum filiis suis capillos ad auriculas usque precidant. Thoraces uel ysenhut, uel colliria uel iuppas de pukramo uel cultrum latinum aut aliquid catenatum uel hostile [nisi gladium suum hospites, et non alii ante suam deferant ecclesiam][2]) priuatis diebus non aliud, quam simulum uel reutil deferant. Hec autem omnia pro communi necessitate prouincie et iudicii exequendi et patriam ab incursu hostium defendendam,[3]) si uelint, in eorum domibus reseruent. Item nobiliori, quam griseo et uiliori plabatico ueste non utantur et calciis bouinis, excepto, qui innatum alicuius domini officium obtinuerit. Reliqui cum hiis prohibitis spolientur inuenti, et persona iudici redimenda pro talento offeratur.

68. *De sale.* Item non sepius, quam bis in anno, nisi duobus in curru equis fontes salis accedant, et non amplius grani, quam suum ponderare currum et theloneis et expensis bene respondere secum deferant.

69. *De vestibus.* Item eorum matrone veste interposita sericis non utantur, nec quelibet matrona uelamine capitis, nisi partem uestis, iuxta suam deferat ecclesiam. Rustice pallia de persat et quintein licenter deferant.

70. *De artificibus et operariis.* Item VIII de saniori et seniori parte in omne plebe per parrochias in unum ante ecclesiam conueniant cuique artifici [et mercatori][4]) per barrochiam commoranti, textoribus, calciatoribus, carnificibus, fenisecis, carpentariis, fabris secundum suum

1) Das Eingeschlossene ist späterer Zusatz.
2) Ist ausgestrichen.
3) Es gab also damals schon einen sog. Landsturm.
4) Ist zugesetzt.

iuramentum ipsis precium condignum inponant, ut si magis exquirunt, de violata pace iudicentur.

71. *De dampnis.* Item si quis alium impulsauerit de dampnis, que dicuntur etzen, trettin, ubersniden, ubereren, ubermenen, zaunbrechen, uel pecus in sua cultura, et ipse tercius non probauerit suam innocentiam, dampnum estimatum secundum suum iuramentum et duorum secum [duplo][1] restituendo iudici LXXII denarios soluat.

72. *De mensuris.* Item mensure indebite, ubicunque reperti fuerint, pro maiori mensura, scilicet ulna et metreta III talenta et LX pro miniori potu soluantur,[2] et sale et huiusmodi I talentum et LX soluantur. Insuper dampnum decuplo restituat.

73. *De iniustis piscationibus et aucupiis.* Item piscationes uenales et aucupes, nisi pro certo dominis eorum aut ei, qui aliquem uelit honorare dominum, alioquin domino, cuius est aqua, dimidium talentum et iudici LXXII soluet.

74. *De mactando.* Item vitulus ad mactandum nisi biennalis vendatur, alioquin uitulo perdito uterque iudici talentum soluat.

75. *De molendinis.* Item molendinatores nisi trigesimam partem accipiant. Quod si amplius, dampno decuplo restituto, iudici talentum soluant.

76. *De nocturno dampno.* Item nocturni inuasores pro quacunque re, dampno decuplo restituto, manu priuentur.

77. *De expurgatione.* Item quicunque alium impulsauerit, pretendens pacis uiolationem, pro quacunque re, [si][3] VI solidos [non] excessit, uel secundum formam statutam emendet uel expurget. Si supra VI solidos fuerit, tercius se expurgabit uel dampnum decuplo restituat.

1) Ist übergeschrieben.

2) Im Abdrucke steht blos „s“.

3) Dieses Wort, wie das nachfolgende „non“ dürfte zu ergänzen seyn.

78. Item de rebus clericorum mortuorum preco uel iudex se[1]) intromittere non presumat.[2])

79. Item nullus Christianus accipiat usuras, nisi ad Judeos, alioquin pacem uiolauit.

80. Item nullus Judeus accipiat plus de talento, quam II denarios, uel iudici soluat I talentum.

81. Vltimum est. Qui noluerit iurare pacem seruandam, extra pacem sit.

82. Si quis uiolauerit fidem in domino suo, cuius est, in hiis, que sunt contra personam uel res uel honorem suum, et de hoc conuictus fuerit cum VII testibus militaribus, si est de genere militari, uel cum rusticanis, si est de genere rusticano, ille infamis et exlex iudicabitur et erunt filii sui harpfani et uxor sua vidua et feoda uacabunt.

83. Qui raisam manifestam fecerit in prouincia contra aliquem, qui pacem seruare iurauit, auctor raise capite plectatur, si vero extra prouinciam raisare uoluerit et transiens aliquem damnificauerit et infra VI septimanas passo non satisfecerit, [per][3]) trium personarum iuramentum de uiolata pace conueniatur et iudicetur, et passo duplum restituat.

84. Si quis spoliauerit aliquem sine diffidatione, quod dicitur widersagen,[4]) et cum tribus testibus sibi adiunctis non poterit expurgare, manu mutiletur et dampnum triplo restituat, et qui impetit eum, debet iuramento probare, quod non in uannm, hoc est mutwillen, impetit eum.

85. Item qui diffidat alium, quod dicitur widerbotes, infra tres dies non inuadet eum, alioquin pacis erit uiolator, et e conuerso.

1) Nach „se“ folgt „non“, was wohl nicht hieher gehört.

2) Die §§ 78 bis zu Ende sind späterer Zusatz.

3) Dieses Wort, welches in der Hdsch. fehlt, wird zu ergänzen seyn.

4) Darüber steht „quem bene salutauit.“

86. Item ubicumque inuentus fuerit incendiarius, si quis eum seruat uel detinet a iudicio, pene incendiarii subiacebit.

87. Item qui abducit equum alicuius, in cuiuscumque domo inuentus fuerit, equum restituet uel ualorem dabit, alioquin pacem violat.

88. Qui de nocte abducit ligna de silua alicuius uel de forestis principum uiolenter accipit, pacem violauit. Qui uero violenter abduxerit in presentia custodis ipsius silue, quintuplum restituet. Si vero secreto abduxerit et postea cognitum fuerit, duplo restituet domino silue.

89. Quicumque portauit cultellum[1]) secreto, manu mutiletur.

90. Item si quis deferat cultellum[2]) in hospitio uel in ciuitate, perdat cultellum, et talentum soluat iudici uel marschalco, nisi domini ducis licentia fiat. Et hec pena in festo beati Martini inchoetur.

91. In qualibet cometia, ubi deffectus fuerit liberorum, qui dicuntur schepfen, eligantur quatuor meliores et discretiores a iudice uel comite, qui loco schepfen de omnibus testificentur preter damnationem persone, quam sententiabit preco. Et qui ad hoc electus renuerit, XX libras duci soluat.

92. Qui abducit uxorem alterius, viuus sepeliatur.

93. Si quis proscriptus uel excommunicatus debet esse gewer uel testis de proprietate, illi detur securitas et pax ad locum et de loco.[3*])

1) Darüber steht „knipen".

2) Darüber steht „knipen uel stechmezzer".

3) Nämlich von seinem Wohn- oder Aufenthaltsorte bis zu der Gerichtstätte.

*) Abdruck aus dem Archive f. Kunde öst. Gesch. I, 44, jedoch mit Verbesserungen, welche der Herausg. der gütigen Mittheilung des k. k. Archivars v. Meiller verdankt.

37. Papst Innocenz ermahnt den Herzog Otto, der Kirche gegen deren Feinde beizustehen.

Lyon am 2. April 1246.

Innocentius[1]) episcopus seruus seruorum dei dilecto filio nobili uiro... duci Bauuarie salutem et apostolicam benedictionem. Cum in te generosa natiuitatis (!) progenitorum nobilium propagatione descenderit naturali (!) fidei ac uirtutum, mores perspicuos, quibus iidem inter ceteros claruere, ne genus degeneret, te quadam germanitate nature diuinitus credimus recepisse, ut ipsorum in tuis magnificis operibus memoria uigeat ueneranda, quorum uestigia diligentius imitaris, ideo juxta sententiam sapientis tui praedecessores mortui (qui) uiuunt, dum nobis suorum meritorum gratiam in filiorum reliquere uirtute, qui uelut riuuli operum iustorum seruant insignia, que a fontis paterni redundantia receperunt. Quare tante spei concepta fiducia tuorum parentum fidei constantiam, obsequendi promptitudinem recolentes, quam romane ecclesie matri sue promtiori obsequio impendere studuerunt, per te continuari eadem credimus uehementius, qui nostras litteras tue uirtutis brachium non inducentes, cum non sit necesse, sed amicabili alloquio ut deuotus affectus in effectum necessarium prodeat, excitantes nobilitatem tuam monemus in domino et hortamur, quatenus in oportuni temporis articulo contra furentes insultus in matris ecclesie pietatem uiriliter accingaris, sermonibus consilii confirmans ceteros et debilia genua corroborans uirtute potenti, ut sequentes alii iuxta uestigia per te impressa omnibus in exemplum, eterno patri ex eo laeta offerant munera, quod tamque deuoti filii de impensis seruitiis laetificant ecclesiam matrem suam. Quod si tuam deuotionem sinceram litteris distulimus uisitare, non miretur filii prouidentia circum-

1) Innozenz wurde am 24. Juni 1243 zum Papst erwählt und starb am 13. Dez. 1254.

specta, quod te non uerbo, sed iuxta Johannis sententiam cupimus diligere manifesta operum ueritate, cum nostre caritatis uiscera, quibus te amoris precipui brachiis amplexamur, tibi liquido patere debeant. Super hiis discretionem tuam non iudicamus nostris litteris indigere. Datum Lugduni IIII non. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio.*)

38. Papst Innocenz untersagt, über den Herzog auf dessen Vorstellung, Kirchenstrafen, ausser auf sein Geheiss zu verhängen.

Lyon am 2. April 1246.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, dilecto filio, nobili uiro... duci *Bauwarie* salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli tam ordinarii, quam delegati iudices iurisdictionis, que sibi non competit, et tui grauaminis auidi frequenter sine manifesta et rationabili causa excommunicationis in te et terram tuam interdicti sententias promulgare presumunt, unde cum, sicut asseris, censura ecclesiastica extendi ad grauamen non debeat, que ad cohibendam rebellium insolentiam noscitur instituta, prouideri tibi a nobis super hoc humiliter postulasti. Nos igitur tuis grauaminibus obuiare ac specialem gratiam tibi facere cupientes ad instar felicis recordationis *Gregorii* pape predecessoris nostri auctoritate presentium districtius inhibemus, ut te in deuotione sedis apostolice permanente,[1]) nullus sine speciali mandato

*) Aus Cod. Aldersb. nr. 44 in der k. Hof- und Staatsbibl. fol. 10.

Abdruck: Bibliothek des litt. Ver. in Stuttg. XVI, in der zweiten Hälfte S. 92.

1) Da der Papst der Ergebenheit des Herzogs sich nicht versichert hielt, knüpfte er an diese Verfügung zugleich eine Drohung.

nostro in te ac terram tuam huiusmodi sententias promulgare presumat, presentibus post triennium minime ualituris. Ne ulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni IIII non. Aprilis, pontificatus nostri anno tertio.*)

39. Der päpstliche Legat Albert von Böheim ermahnt den Herzog Otto, sich an das Kirchenoberhaupt anzuschliessen.

Im Anfange des Jahres 1247.

Karissimo domino suo O., illustri duci Bawarie, comiti palatino Rheni, Al.[1]) decanus patauiensis, eius compater in romana curia constitutus, fidele seruicium et deuotum. Quantum ego uobis seruierim contra fortes principes et potentes, quantumue uos dilexerim, non solum *Alamannia* tota nouit, uerum etiam *Boemia* et *Morauia* non ignorat. Illis namque diebus, quibus meis consiliis uestra serenitas regebatur, bene nobis erat, bene etiam uobis in omnibus succedebat. Nam inter omnes principes Alamannie uos sacrosancta romana ecclesia pre ceteris diligebat, cupiens uos et heredes uestros super omnes alios principes exaltare. Nunc peccatis uestris exigentibus ad statum contrarium deuenistis, ut sancta mater ecclesia uos cogitet, ordinet et proponat non solum principatibus uestris priuare, uerum etiam

*) Es hängt nur noch die Schnur von gelben und rothen Seidenfäden an.

1) Ueber diesen vergl. die Biblioth. des litt. Ver. in Stuttg. XVI, in der Vorrede zu Albert von Beham, welcher hier mit wenig Wahrscheinlichkeit für einen Grafen von Wasserburg erklärt wird.

ab unitate ecclesie cum omnibus uestris sequacibus et a consortio fidelium separare, quia non parua temeritas fuit, uos illi affinitatis federe contra claues ecclesie sociari, qui parricida[1]) uester existens per sanctum concilium *lugdunense*[2]) suis culpis exigentibus extitit condempnatus. Et licet in prioribus obsequiis meis nobilitati uestre impensis mihi minus bene successerit, quum ciuitatum et castrorum uestrorum ad instantiam emulorum ecclesie, de aliis ut taceam, mihi aditum preclusistis, ut impellerer pro tutela persone mee ad castra consanguineorum meorum[3]) interdum et ad cauernas et nemora montium conuolare, donec ultimo anno dominus C. de *Wazzerburch* ad castra sua fortia me recepit, cum solus essem in tota Alamannia negocia catholice fidei procurans, sicut hec omnia uestra excellencia plene nouit, omnium tamen eorum factus immemor, uestre necessitati adesse et futuris uestris periculis pro meis uiribus occurrere, ne precipicio uos inmergant, studebo ex animo cum effectu, sicut nunc a me per *Ulricum* sacerdotem, latorem presentium, uestrum nuncium, postulastis. Sane per iam dictum Ulricum sub signo, quod inter me et uos est, et olim inter uos et beatum *Gregorium* papam fuit, super omni statu uestro et negotiis uestris a me consilium uobis dirigi postulastis, quod utique faciam,

1) Ist auch kaum zu bezweifeln, dass der Kaiser Friedrich den Mord des Herzogs Ludwig angestiftet hat, so möchte doch diese Aeusserung nicht das ihr in der Biblioth. des litt. Ver. XVI, 118 beigelegte entscheidende Gewicht haben.

2) Dieses Concil, auf welchem der Kaiser geächtet und abgesetzt wurde, ward am 26. Juni 1245 eröffnet.

3) Als seine Blutsverwandte bezeichnet Albert selbst in seinen Schriften den Bischof Friedrich (einen edlen Parsberger) von Eichstätt, Wilhelmen von Bärenstein (in der obern Pfalz), die Herren von Thierberg im bayer. Walde, und vor allen den Grafen Konrat von Wasserburg, mit welchem dieses gräfliche Haus um d. J. 1255 im Mannsstamm erlosch.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

domino concedente, dummodo a consiliis meis salutaribus uos inimicus dei et catholice fidei non auertat. Primum in consilio meo tria uobis propono, ut ex hiis unum eligatis, et quod eorum elegeritis, me statim sine more dispendio per latorem presentium intelligere faciatis. Primum uidelicet illa sponsalia, que de filia uestra cum *Chunrado*[1]) Sweuie contraxistis, uos convenit reuocare, et ego procurabo, quod dominus papa omnia illa, que per uos in hac parte sunt temptata, ex integro reuocabit, et publicabit per totam Alamanniam suis litteris, illa sponsalia a principio non ualuisse, nec in posterum de iure posse ualere. Et cum hoc factum fuerit, procurabo, quod dominus papa eandem filiam uestram nobilioribus et maioribus nuptiis copulabit. Item uos cum consanguineo uestro domino H., serenissimo rege[2]) catholico, concordabit ad uestrum commodum et honorem, et sententias etiam per legatum excommunicationis et interdicti in uos et terras uestras latas[3]) similiter reuocabit. Secundum consilium est, quod si iam dictum dominum Chunradum filie uestre in maritum cupitis retinere, hoc etiam dante domino procurabo, quod dominus papa ipsa sponsalia siue matrimonium ex integro confirmabit. Item procurabo, quod uos et terras uestras et dominum Ch. cum filia uestra in suam recipiet protectionem, et regnum *Sycilie*, regnum etiam *Hierosolimitanum* dominus papa, quantum in eo erit, sibi dimittet atque dabit, ut ad honorem ecclesie dei illa possideat, et in eis regnet pacifice et quiete. Sed necessarium erit

1) Die Vermählung der herzogl. Prinzessin Elisabet mit dem Könige Konrat wurde zu Anfang des Monats Sept. 1246 zu Vohburg vollzogen.

2) Der Landgraf Heinrich Raspo von Thüringen, welcher am 16. (22.) Mai 1246 zum König erwählt wurde, starb am 17. Febr. 1247.

3) Die Excommunication und das Interdict wurde zu Anfang des J. 1247 verhängt.

[library stamp]

ut patrem suum, Fridericum quondam imperatorem, omnino dimittat, uelut hereticum et dampnatum. Nam imperium Romanorum et Alamannie dominus papa H. illustri regi Romanorum nunc electo uult omnimodis conseruare, a quo proposito, etiamsi astra coeli caderent et flumina uerterentur in sanguinem, non recedet. Sed est necesse, ut dominus H serenissimus quondam lantgrauius Thuringie sit rex Romanorum et Alamannie, futurus imperator romanus, sicut et regnat per dei gratiam in presencia. Tercius consilii articulus est, nec nescio remedium inuenire, nec credo angelos aut archangelos sufficere illi articulo, ut eum possent ad uestrum beneplacitum inclinare, uidelicet ut Fridericus ad imperium redeat, et Chunradus eius natus sub eo regnet et uestra filieque uestre cum Ch. connubia permaneant sic contracta. Sed timeo potius, ne rota interitus Friderici vos, karissime compater! cum heredibus uestris et sepedictum Ch. ad interitum precipitet cum Friderico; quia si omne aurum haberetis, quod rex Salomon habuit, ordinationi sancte romane ecclesie et diuine potentie non poteritis repugnare, quia necesse est, ut in omni negotio semper ecclesia dei uincat. Expedit igitur, ut tertium articulum fugiatis, ne uobis id contingat, quod sepedictus Fridericus in sententiam iam recepit. Verum pro aliis duobus articulis sine more dispendio studebitis mihi per latorem presentium respondere, quia, si moram aliquantulam feceritis, tunc non potero, quod iam possum. In primis, karissime compater! uos exoro, ut hec secreta nullus legat, nisi dominus Henricus, prepositus *monasteriensis*, protonotarius vester, cui etiam super hoc scripsi, ut debeat secretum tenere. Super aliis negotiis meis, uidelicet de *Loufen* et *Phafenhouen* ac etiam propter malitiam Friderici de *Stauf* super ecclesia....[1]) lator

1) Der Name ist gänzlich verwischt und nur noch der erste Buchstabe „C“ zum Theil erkennbar.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MUENCHEN

presencium uobis cum conferet uiua uoce, cui super hoc fidem dignemini adhibere.*)

40. Der Abt und der Convent des Klosters Seon erwählen den Herzog Ludwig zu ihrem Vogte.

Hadmarsberg am 19. November 1247.

In nomine domini amen. Vlricus abbas ecclesie in *Sewen*[1]) totusque eiusdem loci conuentus vniuersis presentem paginam inspecturis orationes in domino Jesu Christo. Res geste ut a memoria hominum non labantur, scripture solent testimonio confirmari. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum volumus peruenire, quod cum ecclesia Sewensis apostolice sedis gratia et imperiali sit priuilegio roborata, ut abbas eiusdem ecclesie de consensu et voluntate fratrum ibidem deo seruientium liberam habeant eligendi aduocatum, quem uoluerint, potestatem, nos eadem gratia fulti et auctoritate dominum *Ludewicum* illustrem comitem palatinum Rheni, ducem Bawarie, de fortitudine brachii sui et clementia plurimum confidentes, communi consensu elegimus[2]) in nostrum et nostre ecclesie aduocatum, eandem aduocatiam sibi pleno iure ac integraliter cum omnibus suis appendiciis conferentes hoc adiecto, vt si prefatum Ludewicum contigerit soluere iura mortis, eadem aduocatia eodem de iure ad patrem suum uel alium suum proximum

*) Aus Cod. Aldersb. nr. 44 in der k. Hof- u. Staatsbibl. fol. 102b.

Die Zeit, in welche dieses Schreiben fällt, ergibt sich ziemlich genau aus der 2. und 3. Note S. 96.

Abdruck: Biblioth. des litt. Ver. in Stuttg. XVI, 118 in der letzten Hälfte.

1) Seon.

2) Die Wahl war keineswegs eine freie; denn der Herzog, welcher als Erbe des Grafen Konrat von Wasserburg Anspruch darauf machte, würde auch ohne Wahl die Vogtei an sich gezogen haben.

BAYERISCHE STAATS-BIBLIOTHEK MÜNCHEN

deuoluatur. Volumus etiam, ut eadem nostra donatio firmitate perpetua solidetur, ita, quod etiam, si vellemus, non sit nobis potestas aliqua uel alicui successorum nostrorum reuocandi id, quod fecimus in hac parte, tali conditione interposita, vt et ipse dux prenotatus suique successores[1]) nullam babeant potestatem, antedictam aduocatiam nec in parte nec in toto dandi uel pheodali titulo conferendi uel quoquo modo de suis manibus alienandi. Quod si fecerint, presens nostra collatio careat omni robore firmitatis et nos iuxta formam privilegii nostri plenam habeamus potestatem, alium aduocatum, quem uoluerimus, eligendi. Adiectum est etiam, vt ius antiquum ecclesie nostre integraliter in omnibus conseruetur illesum. Vt igitur premissa omnia robur obtineant perpetue firmitatis presentem paginam inde conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari, dantes eam duci prenotato in evidens testimonium et cautelam. Datum in obsidione castri *Hademarsperch*[2]) XIII kalendas Decembris anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, sexta indictione. Sunt autem hii testes: *Livzemanus*, Werinherus de *Labir*, Hademarus de *Labir*, Sivridus de *Frowenberch*, Sivridus de *Frowenhoven*, Sivridus *probus asinus*, Vlricus de *Mosen*,[3]) Hainricus de *Isoltsriede*, Dietricus pincerna de *Oede*, Ortolfus de *Laimingen*, Grimoldus de *Prisingen*, Vlricus de *Wildenwarte*[4]) et alii quam plures,*)

1) Es wurde demnach dem Herzog die Vogtei erblich übertragen.

2) Hadmarsberg am Chiemsee, eine Herrschaft der Grafen von Neuburg und Falkenstein. Ueber diese Belagerung und was dazu Anlass gab, vgl. die ann. Scheft. Bd. I, p. 393.

3) Es gab mehrere Edelsitze Namens Moos oder Mosen, hier wahrscheinlich jener im Ldg. Erding.

4) Wildenwart, 3 St. von Rosenheim entfernt, an der Prien, Stammsitz des davon zubenannten bedeutenden Edelgeschlechtes, das mit Georg i. J. 1492 erlosch.

*) Die Sigel sind stark beschädiget.

41. Kaiser Friedrich belehnt den Herzog Otto mit der Herrschaft Neuenburg und Schärding.

Parma im Juni 1248.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex.[1]) Tunc imperialis excellencie firmissimo robore firmatur imperium, tunc decus extollitur cesaree maiestatis, cum infidelibus pro perfidia penam digne retribuit, et pro fide fidelibus premia liberaliter elargitur, amorque uirtutis tunc crescit in bonis et pene fragor in malis acuitur, cum iniustorum diuitiis ditantur et induuntur innocentes quodammodo spoliis dampnatorum. Hac igitur consideratione permoniti, qui romani frena imperii moderamur, attendentes quoque puram fidem et deuotionem sinceram, quam *Otto* comes palatinus Reni et dux Bawarie dilectus princeps noster ad excellentiam nostram gerit,[2]) nec non et grata ualde ac fidelia seruitia, que culmini nostro incessanter exhibet, et exhibere poterit inantea gratiora, considerantes etiam manifestam perfidiam, quam Otto dux *Meranie*,[3]) proditor noster, adherendo rebellibus nostris contra nos et imperium proditorie commisit, comitatus de *Nuemburch* et *Scherdingen*, quos idem dux Meranie a nobis et imperio tenuit, prefato *Ottoni* comiti palatino Reni et duci Bawarie et heredibus suis masculis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis de gratia nostra duximus in perpetuum conferendos, ut seruire proinde nobis et imperio

1) So nannte sich Friedrich seit dem J. 1225 in Folge seiner Vermählung mit Isabella, der Tochter Johanns von Brienne, welcher diesen Titel fortführte, ungeachtet Jerusalem sich längst schon in den Händen der Ungläubigen befand.

2) Der Herzog war schon im vorigen Jahre vom Papste zurück- und zu dem Kaiser übergetreten.

3) Er war eifriger Anhänger des K. Wilhelm und heftiger Gegner des Herzogs, daher geächtet, starb aber bald nach der am 19. Juni 1248 über ihn verhängten Reichsacht, und mit ihm erlosch das mächtige Haus Meran.

teneantur. Ad huius autem concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum in castris in depopulatione parmensi per manus magistri *Petri de Vinea* 1) imperialis aule prothonotarii et regni Sicilie logothete, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, mense Junii, VI^{e} indictionis.*)

42. Papst Innocenz beauftragt den Bischof von Regensburg, den Herzog Otto zu excommuniciren, wenn er nicht an die Kirche sich anschliessen würde.

Lyon am 6. Februar 1249.

[Innocentius] episcopo ratisponensi. Quum tibi dicamur nostris dedisse litteris in mandatis, ut... ducem *Bawarie*, nisi a te monitus infra festum assumptionis beate Marie proxime preteritum rediret ad ecclesiasticam unitatem, gratiis et indulgentiis, sibi a felicis recordationis *Gregorio* papa, predecessore nostro, concessis, auctoritate nostra privares, licet idem dux post monitionem tuam, quod contra ecclesiam in nullo processerat, proprio iuramento firmavit, ac se promiserit per iuramentum huiusmodi processurum nullatenus contra eam; ipse tamen, sicut accepimus, iuramenti religione contempta, prioribus peiora committens, et *Friderici* quondam im-

1) Peter von Vinea, der in diesem Jahre zuerst als Protonotar erscheint, bekannt durch die Gunst und die Ungunst des K. Friedrich, endete, durch letztere entmuthiget, durch Selbstmord.

*) Nach dem Original im k. Staatsarchiv.

Es hängt nur noch die roth-gelbseidene Sigelschnur an.

Abdrücke: Fischer kl. Schriften I, 501; Aettenkhover nr. 7 (in deut. Uebersetzg.); Mon. B. 30^{a}, nr. 784.

peratoris persecutoris ecclesie in partibus *Austrie* gerens vicem, ipsi ecclesie ac eam adiuvantibus plurimum aduersatur. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus, si est ita, eundem ducem auctoritate nostra privatum esse denuntians gratiis et indulgentiis supradictis, in ipsum et in sua perversitate adherentes eidem excommunicationis, et in terra eius interdicti sententias non differas promulgare, eas tamdiu singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per civitatem et diocesim tuam solempniter publices et facias publicari, donec, vexatione intellectum suo auditui tribuente, ad unitatem ecclesiasticam revertatur et contra predictum Fridericum, tanquam adversarium fidei et libertatis ecclesie subversorem, recipiens signum crucis, ecclesiis, monasteriis et aliis piis locis ac clericis earundem civitatis et diocesis iniuste ablata restituat et de dampnis et iniuriis irrogatis satisfactionem competentem exhibeat, ut tenetur. Ad hec volumus et tibi auctoritate presentium districte iniungimus, ut contra ipsum ducem, tanquam adversus ecclesie adversarium manifestum, in dictis civitate ac diocesi verbum crucis predices et facias predicari, eam illis, qui crucis assumpto signaculo processerint contra eum in huiusmodi nequitia persistentem, suorum peccatorum veniam concedendo, que transeuntibus in terre sancte subsidium in generali concilio est concessa. Datum Lugduni VIII idus Febr. anno VI.*)

*) Nach dem Abdruck in der Biblioth. des litt. Ver. in Stuttg. XVI, 177.

43. Der Herzog Ludwig verzeiht den Bürgern von Worms die ihm zugefügten Unbilden.

Worms am 17. August 1249.

Ludewicus dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie, vniuersis tam presentibus quam futuris presentium seriem conspecturis volumus esse notum, quod ciuibus *wormatiensibus* non coacti,[1] sed de libero ac sincero corde remisimus et ignouimus [omnes] iniurias et offensas, nobis in crastino assumptionis beate Marie nuper preterite per ipsos illatas,[2] ad eorum vindictam nullatenus processuri consilio nostro, iurantes, quod ad..... fideliter pro suis iuribus...... Preterea si *Zurno*[3]) marscalcus noster ad vindictam huiusmodi nostre offense ciues memoratos forsan in aliquo molestare presumpserit, nos huiusmodi molestationem remouebimus ab eisdem. In quorum euidens testimonium ac perhennem memoriam presentem scriptum appensione sigilli nostri fecimus communiri. Actum Wormatie anno domini MCCXLIX in octaua Laurentii.*)

1) S. hierüber die nachfolgende Urkunde.

2) Orta est quedam discordia a seruis Zurnonis marescalci cum seruis Philippi de Hohenfels et statim communis populus irruit in eum et invitis melioribus de civitate intraverunt hospitium Ludewici, filii ducis, qui tum erat in civitate in domo fratrum de Schonauvia, accipientes ibi equos et quidquid deprehendere poterant, vulnerantes etiam aliquos Bavaros et unum occiderunt. Ann. wormat. bei Böhmer II, 185.

3) Diesen Zorno, der damals pfalzbayer. Pfleger in Thuron an der Mosel war, nennen die gesta trevir. den alter Nero. Herzog Otto, welchem er wichtige Dienste geleistet hat, nennt ihn um 1245 palatie nostre apud Rhenum et Mosellam procuratorem. Mone Zeitschr. III, 64. Er war wohl aus dem Geschlechte der Ritter von Alzey nach einer Urk. v. J. 1265 in Remlings Urkundenbuch des Kl. Otterberg.

*) Nach dem Original im k. Staatsarchiv.

Die Schrift dieser Urkunde, welche aus Bodmanns Nachlass erworben wurde, ist ganz verblasst und abgerieben.

Das Sigel von Maltha mit dem dreieckigen Rautenschilde hängt an rothseidenen 1/3 Zoll breiten Bändchen.

44. Kaiser Friedrich entbindet den Herzog Ludwig von den Bürgschaftsleistungen, zu denen sich derselbe der Stadt Worms verpflichten musste.

Fogia im Monate Mai 1250.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus vniuersis imperii fidelibus, quod *Ludowicus*, primogenitus ducis Bawarie, dilecti principis nostri, celsitudini nostre supplicauit attente, quod, cum ciues *wormatienses* in ipsa ciuitate contra eum temere insurgentes multas sibi et familie sue preter omne meritum suum iniurias infligerent metuque persone sue cogeretur, ipsis fideiussiones, cautiones ac securitates prestare,[1]) quod suas in eos non ulcisceretur iniurias, ipsum a fideiussionibus, cautionibus ac securitatibus predictis, quas non sponte, set cohactus prestitit, prout iustitia exigeret, absoluere dignaremur. Nos igitur supplicationibus suis, que iustitiam continebant, nequeuntes ullatenus refragari, ipsum a fideiussionibus, cautionibus et securitatibus, quas predictis ciuibus metu persone sue prestitit, sententialiter duximus absoluendum, ut ad obseruationem earum nullatenus amodo teneatur. Ad huius igitur absolutionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Fogie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo mense Madii octaue indictionis.*)

1) Die vorhergehende Urkunde erwähnt von diesen Gewährleistungen nichts. Zufolge der ann. worm. (a. a. O.) stellten die Bürgen der König Konrat, des Herzogs L. Vater Otto, der Markgraf von Baden und mehrere Grafen und Edle eine Urkunde aus, dass sie, wenn der Herzog L. die Unbilden rächen würde, den Bürgern mit aller ihrer Macht beistehen werden. Auch Zorno musste Bürgen stellen.

*) Das nur wenig verletzte Sigel hängt an.

Abdruck: Mon. B. 30^a nr. 786.

45. Petrus, Bischof von Albano, beauftragt den Herzog unter Androhung von Kirchenstrafen des neuernannten Bischofs von Passau Rathschlägen sich zu fügen.

Leodii am 16. Juni 1250.

Petrus miseratione diuina albanensis episcopus, apostolice sedis legatus egregio uiro... duci Bauarie spiritum consilii sanioris. Circa crediti nobis ex commisse legationis officio dominici gregis custodiam negligentie sompno ab oculis cordis excusso, diligentia sedula uigilantes ecclesiarum utilitatibus prouidere ac indempnitatibus in eo potissime, quantum possumus, precauere studemus, ut talibus gubernatio committatur ipsarum, quorum studio laudabilibus in spiritualibus et temporalibus proficere ualeant incrementis. Licet autem dum incumbentis sollicitudinis iugum attendimus, mens nimirum nostra stupescat, ne minus sufficienter commissum nobis officium exequamur, in deo tamen confidimus, ut ipse de benignitatis sue clementia nobis ad portandum utiliter onus impositum diuine uirtutis gratiam largiatur. Sane dudum per nos de speciali mandato sedis apostolice in *Rudegerum*, quondam patauiensem episcopum, suis culpis exigentibus perpetue depositionis sententia promulgata,[1]) ne patauiensis ecclesia, que diu sub umbra pastoris languit,[2]) uiduitatis dispendia diutius pateretur, prouisionem ipsius dominus papa nobis duxit specialiter committendam. Nos autem desiderio desiderantes eiusdem ecclesie uitare pericula, que si uacaret ulterius, imminerent, discreto uiro vicedomino *ratisponensi*,[3]) cui morum honestas, nobilitas generis et litteratura sufficiens suffragantur, quem etiam summus pontifex nobis per litteras commendauit, et cui

1) Quod in scismate — favere videbatur parti adversae. Herm. Alt. bei Böhmer II, 507.

2) lamguit. Or.

3) Berhtoldus, frater Alberti ratisponensis episcopi. Er war Bischof v. J. 1250—1254.

vir venerabilis... electus *salzeburgensis*,[1]) metropolitanus patauiensis ecclesie, et nonnulli prelati testimonium perhibuerunt laudabile, ac quem viri discreti... decanus et... prepositus patauienses, procuratores patauiensis capituli, cum instantia postularunt, gubernationem prefate ecclesie, necnon et plenam administrationem spiritualium et temporalium eiusdem ecclesie duximus committendam. Speramus enim in domino, quod per ipsius diligentiam ecclesia ipsa, que multis hucusque periculis patuit, ad statum uotiue salutis exurget. Quocirca nobilitatem uestram rogamus et monemus attente, uobis, qua fungimur auctoritate, mandantes, quatinus eidem gubernatori et electo patauiensi, patri ac pastori anime uestre deuote ac humiliter intendentes, eius monita et mandata salubria efficaciter impleatis,[2]) alioquin sententiam, quam idem rite in uos tulerit, ratam habebimus et faciemus auctore deo inuiolabiliter obseruari. Datum Leodii XVI kal. Julii anno domini MCC quinquagesimo.*)

46. Der Kardinal Hugo beauftragt auf Befehl des Papstes den Bischof von Freysingen, die gegen den Herzog angebrachten Anschuldigungen zu untersuchen, und gegebenen Falles Strafen gegen ihn vorzukehren.

Lyon am 21. April 1251.

Frater Hvgo miseratione diuina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto in

1) Philippus, filius Bernhardi ducis Karinthiae. (Böhmer l. c. 506) v. J. 1247—1256.

2) Berhtolt ward contra voluntatem Chunradi regis et Ottonis ducis Bawariae aufgestellt. (Ebd. 507).

*) Unten am rechten Rande der Urkunde steht von der nämlichen oder doch einer gleichzeitigen Hand: „in. e. m. (in eundem modum) Austrie et Karinthie ducibus," und auf dem Rücken von einer anderen Hand: „numquam recipiatur ab ipso duce homagium, quamdiu fuerit excommunicatus et contra ecclesiam adherebit Friderico et C. nato eius."

Abdruck: Mon. B. XXIX^{b} p. 372. Das S. gut erhalten.

Christo fratri *Heinrico* domini pape penitentiario salutem in domino. Grauis admodum et molesta ex parte venerabilis viri episcopi *frisingensis* oblata querela domini pape aures et animum pulsauit, quod nobilis uir... dux *Bawarie* sue salutis inmemor ecclesiis et clericis sue diocesis angariis et perangariis aliisque exactionibus indebitis contra conpositionem super hoc inter ipsos episcopum et ducem, fide ab ipso duce prestita, initam et per ipsum dominum papam ad ipsius ducis instantiam confirmatam molestat temere, in suam excusationem pretendens, quod prelati et clerici ecclesiarum terre sue, in quibus advocatie ivs obtinet, ei teneantur ratione ivris predicti in omnibus beneplacito suo seruire, ac Chůnradum, qui pro plebano de *Monaco* se gerit et nonnullos alios plebanos et clericos a suis beneficiis per... *rauenatensem*, tunc *ferrariensem*, in partibus illis apostolice sedis legatum, priuatos ex eo, quod fautoribus quondam *Friderici* romani inperatoris et C. nati eius diuina officia celebrabant, huiusmodi diuina celebrare ac defunctorum terre sue ob culpam ipsius ducis subiecte ecclesiastico interdicto[1]) corpora, cum decedunt, facit aliquando per predictos plebanos et alios clericos, interdum vero per laicos tradi in cimiteriis ecclesiastice sepulture et eos, quos voluntati sue in hac parte invenit resistentes diuersis penis pro sue voluntatis arbitrio afficere, dictosque plebanos et alios clericos taliter diuina prophanantes

1) Der Bischof von Regensburg erhielt (S. oben nr. 42) am 6. Febr. 1249 vom Papste den Auftrag, den Herzog zu excommuniciren, doch geschah diess nicht sogleich, indem vorher ein Provincial-Concilium zu Mühldorf abgehalten wurde in der Absicht, den Herzog, der eingeladen ward und auch erschienen ist, dem Kaiser abtrünnig zu machen. Er widerstand aber, forderte jedoch Bedenkzeit bis zum 1. Mai. Er erhielt und der Papst selbst verlängerte sie bis zum 13. August. Ann. Salisb. bei Pertz. X, 790. Wahrscheinlich wurde der Herzog und sein Land bald nachher mit dem Bann und mit dem Interdicte belegt.

in suis fouere beneficiis ac maliciis non veretur, nec hiis contentus eidem episcopo, prelatis et clero ciuitatis et diocesis frisingensis fere in viginti milibus marcarum argenti dampna inferre, excommunicationis in ipsum et in terram suam interdicti sententias auctoritate apostolica promulgatas paruipendere non expauit triennio et amplius iam elapsis in contemptum clauium ecclesie sue salutis detrimentum, honoris dispendium et preivdicium ecclesiastice libertatis. Cum igitur dominus papa inter ceteras sollicitudinis sue curas hoc negotium cordi suo magis inpresserit, quippe cum per tales inivrias honor ecclesiasticus conculcetur et cultus deo debitus, cum non fit uel non modo debito, polluatur, et nobis, qui legatione in terra illa fungimur, ipsum negotium specialiter duxerit committendum, auctoritate, qua fungimur, vestre prouidentie, cum et dominus papa vos pro quibusdam aliis negotiis ad terram illam transmittat, committimus, quatinus inquisita super premissis omnibus diligentius ueritate, si rem inueneritis ita esse, sicut asseritur, cum misereri debeamus et velimus potius, quam irasci, predictum dvcem moneatis attente et sollicite inducatis vt a predictis omnibus de cetero se compescens errorem suum corrigat et in similibus de cetero non excedat, pro dicto etiam episcopo, prelatis et clericis suis super illatis iniuriis et dampnis satisfaciat ydonee et sufficienter usque ad terminum, quem sibi super huiusmodi duxeritis statuendum, sciturus, quod si mandatum nostrum et vestram monitionem circa premissa surdis auribus preterierit, contra ipsum de consilio prelatorum et nobilium, quos ob hoc negotium et cetera nobis commissa conuocauimus, spiritualiter et temporaliter nulla apostolice sedis indulgentia uel alia obstante, de qua in presentibus plenam uel expressam oporteat fieri mentionem, quantum de iure potuerimus, procedemus, vt pena docente cognoscat, quam graue sit, monitis salubribus non acquiescere ac cultum dei et libertatem ec-

clesiasticam, quam sibi crucifixus pro patrimonio vendicat, perturbare. Datum Lvgduni XI kal. Maii pontificatus domini Innocentii[1]) pape IIII anno octauo.*)

47. König Konrat versetzt dem Herzog Otto die Burgen Floss und Parkstein.

München im Monat Oktober 1251.

Conradus dei gratia romanum in regem electus semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex, per presens scriptum notum facimus vniuersis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos dilecto principi, socero nostro, *Ottoni* comiti palatino Rheni, duci Bawarie, kastra *Vlozz* et *Parkstayn*[1]) cum omnibus attinentiis obligauimus pro tribus milibus marcarum argenti et quadringentis libris ratisponensis monete. Item quicquid accreuerit in conseruatione kastrorum eorundem, etiam accumulabitur eidem obligacioni. In cuius rei conseruacionem presentem cedulam iussimus conscribi et sigillo nostre celsitudinis communiri. Datum *Monaci* anno domini MCC quinquagesimo primo mense Octobri decime indictionis.**)

1) Der Papst war am 19. April von Lyon abgereist, um wieder in den Kirchenstaat zurückzukehren.

*) Abdruck: Meichelb. hist. fris. II^{b}, 36.

1) Flossenbürg und Parkstein im Ldg. Neustadt an der Waldnab.

**) Nach dem Orig. im k. Hausarchiv.

Das an rothen Seidenfäden hangende bekannte Sigel ist nur theilweise gut erhalten.

Abdrücke: Aettenkhover nr. 12; Mon. B. 30^{a}, nr. 794.

48. Herzog Otto gibt dem Kloster Baumburg für den Hof Tal, auf dessen Grund das Schloss Trossberg steht, andere Güter.

Landshut — 1251.

Otto dei gratia comes palatiuus Reni, dux Bawarie, omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Quoniam actus modernorum uolubilitate temporum in obliuionem deducuntur, nisi scripture memoria confirmentur, presenti scripto peruenire uolumus ad noticiam posterorum, quod dilecti nostri Vlricus prepositus et conuentus *Bavmburgensis* ecclesie nobis et heredibus nostris curiam in *Tal* cum omnibus suis pertinenciis, super qua situm est castrum *Trosperch*,[1]) nobis iure proprietatis libere donauerunt. Nos vero in concambium ipsis dedimus predia *Walhestal*, *Grube* et *Vischlehen*, que soluunt tres sagmas vini, sitas in *Angetherberge*,[2]) item pro locis dicto castro uicinis, scilicet *Swerz* mansus, *Casteyge* mansus et dimidius, quibus carere non possumus, decreuimus ratum habere concambium, quod prepositus et conuentus predicti fecerunt cum *Rapotone* palatino Bawarie pie recordationis, qui eisdem pro mansibus predictis duas curias in *Dorfen*[3]) et unum allodium in *Plichenberch*[4]) donauit. Vt autem hec rata permaneant et inconuulsa presentem kartam exinde conscriptam sigillo nostro ac *Lvdewici* filii nostri fecimus munimine communiri. Testes sunt: Ortlibus prepositus de *Ranshoven*, Swikerus prepositus de *Otingen*, *Erbo* et *Nicolaus* domini ducis et ducisse *notarii*, dominus Hoholdus de *Wolnscha*, Syfridus et Otto fratres de *Frowenberch*, Johannes dapifer et alii quam plures. Datum Lan[t]shut anno domini MCCL primo indictionis decime.*)

1) Trossberg, Ldg.-Sitz. Die Burg ward erst in neuerer Zeit abgetragen.

2) Hier war im 13. Jhh. ein eigenes Amt. S. M. B. 36ª, p. 253.

3) Dorfen im Ldg. Burghausen.

4) Blickenberg im Ldg. Trostberg.

*) Es hängt nur das Rautensigel des Herzogs Ludwig, wovon die Umschrift ganz weggebrochen ist, an.

Abdruck: Mon. B. II, 204.

49. Das Kloster Baumburg erwählt den Herzog Otto und dessen beiden Söhne zu seinen Vögten.

Landshut — 1251.

Vlricus dei gratia prepositus et archidiaconus bovmbergensis et conuentus loci eiusdem omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Quoniam actus modernorum in obliuionem uolubilitate temporum deducuntur, nisi scripture memoria confirmentur, presenti scripto peruenire uolumus ad noticiam posterorum, quod, cum ecclesia nostra ex antiquis nobilibus[1]) fundata, talem hucusque habuerit et habeat libertatem eligendi aduocatum, nos domino *Rapotone* palatino comite Bawarie decedente, sicut tunc ecclesia nostra carebat aduocato, dominum *Ottonem* illustrem comitem palatinum Rheni, ducem Bawarie, necnon *Lvdewicum* et *Heinricum* filios eiusdem, bona deliberatione prehabita elegimus in aduocatos et defensores, promittentes eis omnia seruicia exhibere, que subscripta inueniuntur, videlicet de vogetmvtte mensuram palatinam consuetam, agnos ad ualentiam VIII denariorum. Nulli equo dabitur plus, quam una metreta *hohonowensis* antique mensure, nec serui colonorum uel familia eorum a seruis domini ducis in pabulo uel cibo ulterius grauabuntur. Item steure non imponentur nisi aliquo ex nobis presente, qui cognoscat hominum possibilitatem, et per quod hominibus possit caueri. Nullum tagwerch ab hominibus nostris debet exigi, quamdiu sunt in agrorum cultura, moderate etiam ab eis aliis temporibus exigetur. Item libertas ecclesie et emunitas tam in principali dote, quam in familia, que seruit in uictu cottidiano, sine qualibet exactione et uexatione manebit. Item homines nostri primo coram preposito, nisi sit manus sanguinolenta uel enormis lesio uerberum con-

1) Adelheid, die Tochter des Pfalzgrafen Cuno (von Frontenhausen), begann um 1140 die Stiftung, und ihr dritter Gemahl Berengar, Graf von Sulzbach, vollendete sie i. J. 1156.

ueniantur. Item predia, que conferuntur ecclesie ab alienis, qui non attinent domino duci, si sine aduocatia conferuntur, iure aduocatie non uexantur. Si uero aliquis ex familia ducum conferat predium ecclesie, quod ad ius eorum non pertinet, predicta gaudeat libertate. Si autem aliquid conferatur, quod ad ius memoratorum ducum dinoscitur pertinere, ius sustineat aduocatie. Item si plaustra, que consueuerunt ire *Hohenŏwe*,[1]) aliquo casu *Trostberch* diuerterint, officialis noster recipiat theloneum, nec a quoquam recipere prohibeatur. Item de qualibet area in foro *Trostberch* quinque denarii nobis soluentur, nisi area sit minor, quod talem censum soluere non possit. Item census de hortis iam cultis et colendis secundum nostram et duorum ciuium estimationem nobis etiam persoluetur. Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant, presentem cartam exinde conscribi et appensione sigillorum nostrorum fecimus communiri. Testes sunt: Ortliebus prepositus de *Ranshoven*, Swicherus prepositus de *Ottingen*, *Erbo* notarius ducis et *Nycolaus* notarius domine ducisse, Hoholdus de *Wolensa*, Sifridus et Otto de *Vrowenberch* fratres, Johannes dapifer et alii quam plures. Datum in felici castro nostro Landeshv̊t anno domini MCCL primo, X indictione.*)

50. Otto bekennt, dass ihn der Bischof Heinrich von Bamberg mit dem Lehen des Grafen von Bogen, des Herzogs Otto von Meran, des Pfalzgrafen Rapoto, und Kunrads von Gundelkofen belehnt habe.

Straubing am 7. Oktober 1252.

Otto dei gratia comes palatinus Reni, dux Bauarie, vniuersis presens scriptum inspecturis in perpetuum.

1) Altenhohenau im Ldg. Wasserburg.

*) Nach dem Original im k. Hausarchive.

Quoniam propter intenacem hominum memoriam in obliuionis verguntur exicium, que in tempore geruntur, vnde litigandi materia hominibus futuri temporis generantur, pium est ac vtile ea, que rite fiunt, scriptura[1]) memorie commendare.[2]) Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam posteri, quod uenerabilis in Christo pater dominus Heinricus *bambergensis* episcopus feodum, quod comite de *Pogen*, fratre nostro, ecclesie sue vacare cepit, nobis concessit ea forma et conditione, qua per venerabilem quondam *Eckebertum* episcopum predecessorem suum patri nosto bone memorie et nobis fuit collatum, prout in instrumentis publicis exinde confectis plenius continetur,[3]) sigillis *Heinrici* Romanorum regis, Alberti *magdeburgensis* archiepiscopi, Eckeberti *bambergensis*, Heinrici *wormacensis*, Heinrici *eystetensis* episcoporum, Lupoldi ducis *Austrie* et *Styrie*, *Ludwici* quoque patris nostri et nostro sigillatis. Insuper iudicia, que de morte ducis *Meranie* ecclesie sue uacare ceperunt in *Bauaria*, feodum quoque *Rapotonis* comitis palatini Bauarie cum aduocatia in *Pyburk*,[4]) excepta aduocatia in *Ktemgespuhel*[5]) nobis concessit, feoda quoque Cunradi de *Gundelkouen*[6]) similiter nobis contulit, que prius ab episcopo Eckeberto predecessore suo iure receperamus feodali. Protestamur eciam, quod idem episcopus nulla nobis bona contulit, que proprietatis tytulo ecclesie sue attinerent, vel mense episcopali, que wlgariter vrbor appellantur, nec a nobis instanter fuerit super huiusmodi[7]) requisitus. Nos vero promisimus eidem episcopo bona fide, quod permittemus

1) scripture. Hdsch.
2) comendare. Hdsch.
3) S. oben nr. 15.
4) Das vormal. Benediktiner-Kloster Biburg (Ldg. Abensberg), von den Edlen von Stein um 1140 gestiftet.
5) So die Hdsch. Es ist wohl Kitzbühel in Tyrol.
6) Gundelkofen im Ldg. Landshut, schon in alter Zeit Sitz eines Edelgeschlechtes.
7) Es wird hier wohl „bonis“ zu ergänzen seyn.

eum edificare castrum *Wintzer*,[1]) quandocunque sibi placuerit, et ad hoc assistemus ei auxilio et fauore. Ad cuius rei memoriam presens scriptum iussimus sigilli nostri robore communiri. Actum apud Strauwingen anno domini MCC^{mo} quinquagesimo secundo nonis Octobris, XI^{me} indictionis.*)

51. Herzog Otto und seine Söhne Ludwig und Heinrich transsumiren und anerkennen die Urkunde, wodurch sich der Bischof Berhtolt von Passau verpflichtet, ihnen für die Freilassung seines Bruders des Grafen Gebhart von Sigmaringen 700 Mark Silber zu bezahlen, und ihnen hiefür die Veste Fürstenekk versetzt.

Landshut am 21. Juni 1253.

Otto dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie, Lvdwicus et Hainricus filii eiusdem. Nouerint vniuersi presentis pagine inspectores, nos a domino Berhtoldo, venerabili episcopo patauiensis ecclesie, super absolutione fratris sui Gebhardi comitis de *Sigmaringe* recepisse instrumentum publicum in hec uerba.

Berhtoldus[1]) dei gratia patauiensis episcopus, tenore presentium profitemur et patere uolumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod de summa pecunie, qua frater noster G. comes de *Sigmaringe*, nobis et fratre nostro Alberto[2]) venerabili episcopo *ratisponensis* ecclesie mediantibus, est a captiuitate domini O. illustris ducis *Bawarie* liberatus, eidem duci et filiis suis *Lvdwico* vi-

1) Es ist wohl Wintzer im Ldg. Vilshofen.

*) Aus dem zu Ende des 14. Jhh. angefertigten Privilegien-Buche des Hochstiftes Bamberg. fol. 8.

1) Aus dem gräflichen Hause Sigmaringen, Bischof vom 16. Juni 1250 — 10. April 1254.

2) Albert, i. J. 1246 zum Bischofe ernannt, entsagte i. J. 1260.

delicet et *Heinrico*, in septingentis marcis puri argenti ponderis ratisponensis teneamur. Nos igitur castrum ecclesie nostre *Fursteneke*[1]) prefatis ducibus pro CCXXV marcis obligamus tali modo, quod idem castrum Burchardo de *Weier*, viro nobili, assignetur, in sua potestate usque in proximum pasca domini conservandum. Et si eodem termino soluta non fuerit pecunia memorata, predictum castrum ad manus prefati ducis et filiorum suorum tradatur. Et ad maiorem cautelam premissorum castellani in dicto castro Fvrsteneke ad presens locati, uel in futuro locandi, iurabunt et promittent fideliter sine fraude, quod si forte, quod deus auertat, sepefatum B. de Weier infra dictum festum pasce decedere contingat, iidem castellani vice eiusdem B. ipsum castrum dictis debeant assignare ducibus et seruare. Quod si aliter fecerint, pro iuramenti uiolatoribus habeantur, et nichilominus antedicti duces pro pecunia, pro qua castrum Fvrsteneke fuerat obligatum, predia nostra in *Pentzelinge*,[2]) *Aholminge*[3]) et *Gerchweis*[4]) ac omnes possessiones ad castrum nostrum *Windeperg* pertinentes, loco eiusdem castri Fvrsteneke, quousque pro eadem pecunia redimantur, titulo pignoris possidebunt. De sumptibus et necessariis ad idem castrum pro firma custodia castrensi ad consilium predicti B. de Weier tenebimur respondere. Ad hec prefatus B. de Weier fideiussoriam prestitit cautionem, ut quocumque tempore anni nos uel successores nostri antedictam pecuniam persoluemus, dicti duces, etiamsi ipse B. decesserit, idem castrum sine difficultate qualibet nobis et successoribus nostris assignent et super hoc certitudinem nobis facient eorum publico instrumento. Item memorata predia nostra Pentzelinge, Aholminge et

1) Fürsteneck, Schlossruine bei dem Dorfe gleichen Namens, ehemals Sitz eines passauischen Pfleggerichtes, im Ldg. Wolfstein.

2 u. 3) Penzling und Aholming im Ldg. Deggendorf.

4) Gergweis im Ldg. Landau.

Gerchweis pro centum marcis eisdem ducibus duximus obliganda, hoc adiecto, quod prouentus eorundem per nuncium nostrum, nuncio predictorum ducum presente, collecti reponi debeant in eisdem in loco securo usque ad pasca domini sepefatum, et nos medio tempore, si nostre uoluntati placuerit, potestatem habeamus, eosdem prouentus uendendi cum consciencia nuncii iam predicti et superaddita pecunia predicta centum marcas infra eundem terminum persoluendi. Quo forte neglecto prelibati duces prouentus eorundem prediorum tam anni presentis quam futurorum tenebunt pro predictis centum marcis titulo pignoris obligatos, termino solutionis annuatim in pasca domini constituto. Si autem, quod non credimus, prouentus anni presentis a predictis ducibus uel eorum officialibus tollerentur, eorum pretium computatum nobis defalcabitur tempore solutionis in pecunia supradicta. Et ne ipsi duces soluta pecunia nos in eisdem prouentibus deinceps impediant, suis patentibus literis nobis etiam confirmabunt. Item predictos duces de centum marcis apud Chunradum [de] *Steinchirchen*[1]) absoluemus. Ad hoc predictus de Weier pro centum marcis in purificatione beate virginis dandis, dominus Heinricus venerabilis abbas de *Ebersperch* pro XX marcis, Albero *Wallarius* pro X marcis etiam in purificatione persoluendis, *Christanus* ciuis patauiensis pro XC marcis et Sifridus de *Tekendorf* pro viginti V[que] marcis in proximo festo Michaelis dandis fideiusserunt. Adiectum est etiam, ut si, quod absit, antedictus frater noster in captiuitate predictorum ducum decesserit, uel forte non fuerit absolutus, premissa omnia, uidelicet in obligationibus et fideiussoribus, nullius sint momenti et careant omni robore firmitatis. Vt autem predicta omnia firma permaneant et inconuulsa, nec a nobis uel a nostris successoribus valeant infirmari, presentem paginam inde scriptam

1) Steinkircken im Ldg. Deggendorf.

sigilli nostri munimine duximus roborandam, presentibus domino Hermanno de *inferiori Altaich*, domino Heinrico de *Ebersperch*, abbatibus venerabilibus, Ottone de *Lonsdorf* canonico patauiensi, Chvnrado burcrauio de *Nvrnberch*, Alberto *Liutzmanno*, Purchardo de *Weier*, Sifrido de *Vrŏenwerch*, S. de *Vrŏwenhoven*, H. de *Rorbach*, D. pincerna de *Oed*, P. de *Heidendorf*,[1] *Christano* ciue papauiensi, et aliis quam pluribus. Datum Lantshůt anno domini MCCLIII, XI kal. Julii, XI^e indictionis.

Nos igitur, ut prescripta omnia firmiter et inuiolabiliter obseruentur, presentem cedulam inde scribi et sigillorum nostrorum munime fecimus roborari. Datum Lantshůt anno domini MCCLIII, XI° kal. Julii, XI° indictionis.

Quia uero magister *Al.* decanus ecclesie nostre, plebanus in *Lantshůt* coram domino nostro episcopo et nobis contradixit et nullatenus uoluit neque wlt ratum habere, quantum ad eandem ecclesiam Lantshůt, idem dominus episcopus pro eisdem XXX marcis eisdem dominis nostris ducibus deputauit antedicta predia titulo pignoris obligata ita, quod de prouentibus ipsorum singulis annis eis X marce ratisponensis ponderis persoluantur eo iure, quo redditus dominorum solent taxari, quousque XXX marce eisdem ducibus persoluantur.

Nos igitur *Al.* decanus et capitulum patauiense presentibus protestantes in fauorem liberationis a carcere tanti comitis premissis omnibus nostrum damus assensum et ratum promittimus nos habere, quod fecit dominus noster episcopus in hac parte, salua in omnibus protestatione domini A. decani, quam fecit de sua ecclesia Lantshůt, ut in precedenti capitulo est expressum. In huius rei testimonium sigillum capituli nostri et sigillum nostri decani cum sigillis canonicorum in ecclesia nostra nunc residentium presentibus duximus apponenda. Nec

1) Haidendorf, im Ldg. Pfarrkirchen.

mirari debet aliquis, si nouo sigillo utimur in presenti, quum antiquum sigillum propter quasdam legitimas causas destructum extitit et crematum. Acta sunt hec Patauie in capitulo nostro kal. Julii, hoc est in octaua b. Johannis Baptiste, indictionis XI, anno dominice incarnationis MCCLIII.*)

52. Die Herzoge Ludwig und Heinrich schliessen mit dem Bischof Albert von Regensburg Frieden.

Straubing am 19. Dezember 1253.

In nomine domini amen. Lvdewicus [et] Henricus germani[1]) dei gratia palatini comites Rheni, duces Bawarie omnibus imperpetuum. Cum semina inimici humani generis inter ecclesiam ratisponensem et dominum *Albertvm* venerabilem episcopum ipsius ex una parte et dominum *Ottonem* felicis recordationis progenitorem nostrum, illustrem quondam palatinum comitem Rheni, ducem Bawarie ex altera, germinassent invisos frvctus discordie in diminvtionem diuini cvltus et iacturam gravem tocius terre, nos, eo sublato de medio, de salute terre cogitantes per pacem et concordiam occurrere disposuimus malis, que predictus inimicus hominum per discordiam procurarat, et iniuimus concordiam cvm eodem domino episcopo per subsequentia declaratam. Et quia dampna sunt cavse discordiarum, vt sincerior fieret

*) Aus cod. Aldersb. nr. 44 in der k. Hof- u. Staatsbibl. fol. 32.

Abdruck: Biblioth. des litt. Ver. in Stuttg. XVI, 140.

1) Ottone duce defuncto dominus Ludwicus, Heinrico fratre suo in Ungaria existente, cum Alberto episcopo ratisponensi concordiam facit, et divina iam per multos annos suspensa in illo dyocesi relaxantur. Herm. Altah. bei Böhmer II, 510. Die Nachricht von Heinrichs Abwesenheit widerlegt sich allerdings durch diese Urkunde, doch ist auffallend, dass Hermann von Heinrichs Anwesenheit keine Kunde gehabt haben sollte.

concordia, vniuersa dampna et inivrias nobis et nostris ab eo illatas, et ipse versa vice sibi et suis a nobis et a nostris irrogatas remisimus alternatim et vniuersis, qui nos cum prefato episcopo et propter eum occasione gwerre inter nos hactenus habite [1]) damnificauerunt, et e converso ipse episcopus, qui evm et suos vnacum genitore nostro et nobiscvm et propter nos in ipsa discordia offenderunt, reddidimus vtrimque gratiam nostram integraliter et restituimus omni ivri, quod habere ante eiusdem gwerre principium videbantur. Item vniuersa castra et mvnitiones ecclesie ratisponensis, que genitor noster et nos hvcvsque tenuimus occasione ipsius discordie occvpata cum hominibus, possessionibus et omnibus attinentiis suis integralitur ecclesie restituimus, castrvm vero in *Sperten* [2]) cum omnibus suis pertinentiis episcopus de consensu capituli sui et ministerialium ecclesie nobis assignauit, et si forte aliquid uel aliqua cuiquam de hiis obligata sunt absoluet et auctorem, quod vulgariter dicitur gwer, predictorum se nobis secundum iusticiam constituet et nos cum attinentiis suis infeodabit, cum super hoc a nobis fuerit requisitus et ad obseruationem predictorum successores eius erunt nobis et nostris heredibus obligati. Item nos et heredes nostri non impediemus episcopum et successores eius, quin castrvm in *Tyspach*, qualiter et quando uoluerint, reforment et forum ibi plantent non mvnitvm, vbi voluerint, preterquam in loco pristino inter valla, inter que prius fuerat collocatum, nisi forte ampliorem eis gratiam super hoc fecerimus in futurum. Item homines cuiuscumque conditionis, sexus uel etatis ecclesie ratisponensi attinentes a genitore nostro uel a nobis in castris uel munitionibus uel villis sev agriculturis recepti, et e conuerso homines nostri ab episcopo recepti liberam

1) Das Orig. hat „habitet.“
2) Sperten, nicht ferne von Kitzbühel.

habeant facultatem ibidem, vbi recepti sunt, manendi uel ad dominos suos cvm bonis suis reuertendi, modo nullo, nec minis nec promissionibus retinendi. Deinceps autem a tempore istius concordie neuter nostrum recipiet hominem alterius sine ipsius domini consensu et voluntate. Neuter quoque nostrum recipiet quemquam nec fouebit suum uel alienum in dampnum alterius et grauamen. Item si qui hominum nostrorum et ecclesie simul matrimonio contraxerunt, illi simul stabunt. Si vero inter aliquos contracta sunt sponsalia de futuro, in arbitrio illorum erit, ab invicem recedere uel pariter commanere, nec propter hoc carebunt gratia dominorum. Deinceps autem non licebit alicui hominvm nostrorum uel ecclesie ratisponensis cum familia alterius sine domini contrahere uoluntate. Sed quia tociens, quociens aduersi euentus contingere possvnt, nos et dominus episcopus sollicitare non possumus nos vicissim, ne ex huiusmodi intervallo temporis aliqua turbatio vires assumat, elegimus una cum domino episcopo octo personas, quatuor ex parte sua, comitem Gebhardvm de *Sigmaring*, Fridericum de *Perge*, Chvnradum marschalcum de *Sv̊nching*, Dietricum de *Raitenpvch*, ex parte vero nostra episcopus elegit Pvrchardvm de *Wiœr*, Albertvm *Livtzman*, Sifridvm de *Vrowenberch*, Perhtoldvm[1]) marschalcum de *Schilperch*, dantes eis potestatem decidendi per amicabilem compositionem sev iusticiam, si quid inter nos est ad presens uel emerserit questionis. Qui iuramento prestito firmauerunt, quod potestatem sibi traditam fideliter exsequentur. Qui si dissenserint in aliquo tractatv, simul intrabunt Strvbingnam, inde non exituri, donec in vnam sententiam concordabunt, nec preter eorundem octo consilium et consensum nos episcopo ratisponensi nec ipse nobis gwerram mouebit sev commotionem uel aliud quodlibet malvm, vnde bellum possit oriri uel

1) Perhtodvm. Orig.

turbatio propter alicuius hominis odium, favorem aut timorem. Item si aliqua dampna euenerint inter nos et episcopum ratisponensem uel inter nostros et suos, propter illa non dissoluetur amicicia vel compositio inter nos celebrata, sed dicti octo uel unus ex iis, uel duo, uel tres, uel plures, si poterunt commode,[1] dampna illa estimabunt et facient ea amicabiliter emendari, alioquin penes omnes octo residebit potestas, negocium per iusticiam exequendi. Si vero predicta dampna secundum estimationem eorundem octo non fuerint infra dies XV resarcita et dampnum et inivria nobis vel nostris est irrogata, octo ex parte episcopi, videlicet Sighardus de *Eglolfshaim*, Gozwinus *Waller*,[2] Chunradus de *Weihs*, Chvno de *Hofdorf*, Chvnradus de *Pilnah*,[3] Dietricus de *Hag*,[4] Albertus de *Seirhching*, Heinricus de *Wisent* vel eis secundum formam subscriptam subrogati et super hoc obligati iuramento ad commonitionem arbitrorum octo intrabunt ciuitatem Landeshv̊t, inde numquam exituri, donec de dampnis huiusmodi plene fuerit satisfactum, versa vice, si dampnum et inivria domino episcopo uel suis fuerit irrogata, octo ex parte nostra, videlicet Sifridus de *Frowenhoven*, Vlricus de *Walturn*, *Phōlingnarius*,[5] Dietricus de *Schōnstein*, Winhardus de *Rorbach*, Perhtoldvs de *Memmenchoven*,[6] dapifer de *Ekenmvl*, Eberhardus de *Chliheim* vel eis secundum formam subscriptam subrogati, similiter ad hoc iuramento astricti ad mandatvm octo arbitrorum ingredientur ciuitatem ratisponensem, si secure poterunt ibi stare, alias accedent locvm,

1) Comode. Orig.

2) Oder wie er sonst zubenannt ist: inter latinos, woraus eben „Waller" entstanden.

3) Pillnach im Ldg. Wörth.

4) Wohl Haag im Ldg. Hemau.

5) Wahrscheinlich Heinrich, der in jener Zeit mit seinem gleichnamigen Sohne öfter vorkommt.

6) Mengkofen, Ldg. Rottenburg.

quem dicti octo arbitri ipsis deputauerint, ibi mansuri, donec domino episcopo et suis de dampnis et iniuriis illatis plenarie fuerit satisfactvm. Item si aliquis uel aliqui ex dictis octo arbitris uel XVI ministerialibus prenominatis decesserint uel longe absentes fuerint, quod longe interpretationem illorum octo respiciet arbitrorum, alii per nos de parte episcopi et alii per episcopum de parte nostra in locum mortuorum uel absentium idonei et non suspecti subrogabuntur, et illi iuramento se obligabunt ad omnia ea, que facturi erant illi, quibus sunt subrogati. Si vero aliqua dubia emerserint super quocumque facto uel iniuria uel dampno, videlicet an sit factum uel quantvm uel quomodo uel a quibus personis, in predictis octo arbitris consistet, de his inquirere, et secundum quod invenerint, iudicare et facient emendari secundum formam superius memoratam. Item capitulum ecclesie ratisponensis communiter statuit et iurauit, idem statutum seruare, quod deinceps episcopum sibi non eligent, nisi talem, qui iurabit, compositionem istam nobis et nostris heredibus inviolabiliter obseruare. Nos quoque iuravimus pro nobis et nostris heredibus ecclesie ratisponensi et episcopis sibi pro tempore in ea succedentibus ipsam compositionem fideliter obseruare. Item capitulum suo iuramento inclusit, quod si dominus papa sev legatus aliquem ipsis preficiet in pastorem, diligentiam omnem et consilium, quod potervnt, adhibebunt, vt et ipse compositionem prescriptam ivret, nobis et nostris heredibus obseruare. Octo vero arbitri et XVI ministeriales pretaxati iuramento se astrinxerunt, quod operam et consilium adhibebunt, vt ista compositio firmiter obseruetur ex vtraque parte, et quod iniunctvm sibi officium fideliter exequentur. Item si quis ex parte nostra uel domini episcopi ratisponensis vel quicumque alius rebellis et contrarius fuerit arbitris uel nobis uel episcopo, quominus compositio predicta seruetur uel pax terre uioletur, mvtuum nobis consilium et auxilium

prestabimus ad tantam contumaciam aut resistentiam reprimendam. Omnes vero persone superius nominate et iuramenti vinculo astricte iuramento suo inclvserunt, quod non peterent, absolutionem iuramenti sui a superiore nec ab eo procurabunt absolui, sed omni casu contingente se ligatos iuramento reputabunt. Igitur nos et dominus ratisponensis episcopus Albertus iurauimus, quod erimus equi iudices et defensores tam clericis quam laicis pro iure utriusque et quod predicta omnia et singula seruabimus et exequemur et faciemus ab aliis firmiter obseruari. Vt autem hec forma compositionis et concordie inter nos et ecclesiam ratisponensem et suos episcopos ordinata, secundum quod in presenti scripto est comprehensa, rata in ewm permaneat et inconwlsa, presentem paginam inde conscribi placuit et sigillis nostris more solito roborari. Testes autem hii sunt: nobiles viri bvrcgravii de *Nv̊rnberch*, Chvnradus et Fridericus filius eius, Gebhardus comes de *Sigmaring*, Pvrchardus de *Wiær*, Albertus *Levzman*, Hadmarus de *Laber*, Albertus de *Prvkberch*, Fridericus de *Perg*, Dietricus de *Raitenbvch*, Chvno de *Hofdorf*, Sifridus de *Frowenberh*, Sifridus de *Frowenhoven*, Perhtoldus marschalcus de *Schilperch* et alii quam plures. Acta sunt hec aput Strvbingam[1]) anno incarnationis MCCLIII. Datum XIIII kalend. Januarii indictione vndecima.*)

1) Strubingnam. Orig.

*) Von den zwei an rothen und grünen Seidenfäden hängenden Sigeln mit dem dreieckigen Rautenschilde ist das des Herzogs Heinrich gut erhalten.

Abdruck: Ried cod. nr. 461.

53. Der Bischof Ulrich von Seccau ladet im Auftrage des Kirchenoberhauptes jene Aebte und Pröpste, welche den vom Herzog Otto gegen den Bischof von Freysing ergriffenen Massnahmen ihre Zustimmung gegeben haben, zur Verantwortung nach Ratstatt vor.

Wien am 1. Mai 1254.

Vlricus [1]) dei gratia secowensis episcopus, iudex domini pape delegatus, dilectis in Christo fratribus venerabilibus abbatibus de *Tegernse*,[2]) de *Ebersperch*,[3]) de *Rot*, de *Atila*,[4]) et capitulo de *Weinstevin* [5]) necnon prepositis de *Scheftilârn*, de *Pevrberch*,[6]) de *Cella*,[7]) de *Vndeinstorf*[8]) et aliis prelatis per frisingensem dyocesim constitutis, ad quos nuper nostre citationis littere[9]) peruenerant et qui contempto mandato apostolico ad prefixum illis diei[10]) terminum *Salzpurgam* tamquam contumaces et rebelles uenire neglexerant, coram domino abbate monasterii *sancti Petri*[11]) domino *frisingensi* episcopo responsuri, fraternam in domino caritatem cum salute, receptis litteris papalibus in hunc modum.

1) Ulrich v. J. 1244 — 6. Juli 1268.

2) Tegernsee, vormals Benedikt.-Kloster (jetzt Ldg.-Sitz), in der Mitte des 8. Jhh. gestiftet.

3) Ebersberg (Ldg.-Sitz), vormal. von den Grafen von Ebersberg um 960 gestiftetes Benedikt.-Kloster.

4) Attel (bei Wasserburg), vormals Benedikt.-Kloster, um 1070 gestiftet von dem Grafen Arnolt von Diessen.

5) Weihenstephan bei Freysing, vormals Benedikt.-Kl., schon von dem hl. Korbinian begründet.

6) Beuerberg (Ldg. Wolfratshausen), ein um 1106 von den Edlen von Eurasburg für Augustiner-Mönche gestiftetes Kloster.

7) Neuzell oder Neustift bei Freysing.

8) Indersdorf (Ldg. Dachau), vormals Augustiner-Kloster, von dem Pfalzgrafen Otto IV um 1120 gestiftet.

9) litteras. Or.

10) dei. Or.

11) Das Benediktiner Stift zu Salzburg.

Innocentius episcopus seruus seruuorum dei venerabili fratri episcopo *secowensi* salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram venerabili fratre nostro frisingensi episcopo intimante peruenit, quod nobilis uir... dux *Bawarie* in terra sua frisingensis dyocesis consentientibus sibi nonnullis abbatibus, prepositis, decanis, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis eiusdem dyocesis quedam iniqua statuta edidit et pacta et conditiones apposuit in ipsius episcopi et frisingensis ecclesie totiusque cleri ciuitatis et dyocesis sue preiudicium et eneruationem ecclesiastice libertatis, quorum pretextu iidem clerus[1]) redacti sunt in laqueum seruitutis. Verum quia hec, si uera sunt, tamquam diuino et humano iuri contraria, non sunt aliquatenus toleranda, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus dictos abbates, prepositos et alios, si tibi constiterit, eos statuta, pacta et conditiones huiusmodi obseruare, ab obseruatione illorum monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota, preuia ratione compescas, non obstante, si eis a sede apostolica est indultum, quod interdici, suspendi et excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam de indulto huiusmodi mentionem. Datum Asisii II nonas Junii, pontificatus nostri anno decimo.

Secundum pretactam formam recepto mandato apostolico ea veneratione, qua decuit, partes citauimus peremptorie ad presentiam venerabilis abbatis monasterii sancti Petri salzpurgensis dyocesis, cui eandem causam subdelegaueramus, nobis difinitiua sententia reseruata. Qui causa cognita et intellectis ipsius cause meritis per assertionem partium nobis sub infra notata relationis serie causam per omnia instructam remisit, cuius tenor noscitur esse talis. Venerabili in Christo patri et domino Vlrico dei gratia secowensi episcopo R. humilis abbas

1) So das Orig.

sancti Petri in Salzpurga orationes in domino humiles et deuotas. Mandatis uestris pro possibilitate uirium nostrarum deuotius obedientes seriem nobis ex parte commisse delegationis omni studio perduximus ad effectum, de cuius processu animum uestrum duximus informandum. Cuius principium esse tale noueritis medium atque finem. Quibusdam partibus comparentibus in iudicio coram nobis, videlicet abbate de *Ebersperch*, abbate de *Rot*, abbate de *Atila* et procuratoribus abbatis de *Tegernse* et prepositi de *Scheftlârn*, coram nobis etiam constitutus magister Heinricus de *Lok*[1]) procurator venerabilis patris frisingensis episcopi premissis quibusdam prefationibus, quemadmodum sollempnitas iuris presertim in causis arduis postulat et requirit, multas et uarias fecit ante litis contestationem protestationes, quibus finitis obtulit libellum in se quamplures querimoniarum articulos continentem. Quo oblato et auditis et intellectis hinc et inde ab utraque parte diuersis allegationibus et multifariis canonum capitulis propositis et allegatis duo prelibati abbates videlicet de Rot et de Atila, et duo procuratores scilicet abbatis de Tegernse et prepositi de Scheftlârn de plano tamquam confessi se subiecerunt sub eorum sigilli testimonio gratie et uoluntati et arbitrio dicti domini frisingensis episcopi ad omnem penam secundum ipsius episcopi gratiam deuote ac humiliter subeundam pro singulis et uniuersis, quecumque idem frisingensis episcopus contra ipsos duxerit proponenda et pro illis, que tunc coram nobis a procuratore eiusdem episcopi fuerunt rationabiliter proposita et lucidis positionibus comprobata, prefatus vero abbas de Ebersperch etiam conuictus se subiecit uestre uoluntati atque gratie, et hoc ob reuerentiam domini pape et ob honorem dicti domini frisingensis episcopi asserit se fecisse, dicens,

1) Lack in Krain, vormals eine Herrschaft des Bisthums Freysing.

quod in omnibus articulis coram nobis per procuratorem prefati frisingensis episcopi contra ipsum propositis se in hunc modum recognoscat culpabilem et nocentem, scilicet quod propter pacem ecclesie sue obtinendam quibusdam statutis contra ecclesiam frisingensem per Ottonem quondam ducem Bawarie editis interfuit et consensit ius aduocationis ac alias uexationes sue ecclesie taliter redimendo. Vestre igitur benignitati secundum prelibatam formam causam nobis commissam instructam remittimus, vt cum prefatis abbatibus et aliis prelatis taliter procedere dignemini, quemadmodum uestre discretionis ordo vos edocet et informat, penam debitam et condignam absentibus, qui citati fuerant legitime, non tamen secundum iuris iustitiam, sed potius secundum uestram misericordiam irrogando. Qui autem absentes fuerant, illorum nomina procurator sepedicti episcopi uobis lucide et plenaliter enarrabit. Datum in monasterio sancti Petri in Salzpurga coram venerabili preposito *Ottone* et coram domino *Hermanno* maioris ecclesie canonico, qui ab utraque parte in assessores electi fuerant, et coram aliis canonicis uiris ydoneis et discretis. Acta sunt hec anno domini MCCLIIII, indictione XII, XVIII kal. Februarii (15. Jan.).

Cum igitur quidam ex uobis, qui personaliter et per procuratores uestros ad illum, quem nuper uobis prefixeramus diei terminum apud Salzpurgam veneratis coram abbate sancti Petri, nostro iudice subdelegato, venerabili patri frisingensi episcopo responsuri de plano tamquam confessi submiseritis uos, gratie ac misericordie domini episcopi memorati non iudicium sed ueniam pro uestris excessibus implorando, vestram hac in parte laudabilem intentionem in domino commendantes omnibus, qui tunc in prefato comparuerunt iudicio et vniuersis, qui absentes fuerant per contumaciam uel per aliud legitimum impedimentum apud *Rastat* in octauo die natiuitatis sancte Marie proximo uenture finalem compo-

sitionis terminum duximus statuendum, vnde singulis et vniuersis uobis auctoritate apostolica iniungimus et mandamus, vt omnibus pretermissis ad eundem diem, quem prefiximus, vnanimiter accedatis, ibidem precibus humilibus et deuotis apud prefatum venerabilem patrem frisingensem episcopum non iudicium sed misericordiam implorando. Vt autem uestre voluntatis affectio circa premissa in effectu luceat, partibus nostris interpositis vna vobiscum ibidem laborabimus cum affectu. Si quis vero ad prefatum terminum ausu temerario uenire neglexerit, digne pro tantis excessibus penam canonicam formidabit. Datum Wienne anno domini MCCLIIII, indictione XII, kal. Maii.*)

54. Erzbischof Philipp von Salzburg verleiht den Herzogen Ludwig und Heinrich die Vogtei des Klosters Seon und die Lehen des Grafen von Wasserburg.

Eharting am 27. Juli 1254.

Nos Philippus dei gratia salzeburgensis ecclesie electus, apostolice sedis legatus, scire cupimus vniuersos presentium inspecturos, quod nos habentes sinceritatem dilectionis, que consistit in exhibitione operis ad dilectos consanguineos nostros *Ludewicum* et *Heinricum* illustres comites palatinos Rheni, duces Bawarie, pro certo indicio dilectionis capituli nostri et consulum[1]) nostrorum accedente consilio et consensu ipsis ducibus iure contulimus feodali aduocatiam monasterii in *Sewen* aliaque feoda, que comes[2]) de *Wazzerburch* ab ecclesia tenuit

*) Das an Pergamentstreifen hangende Sigel ist stark beschädiget.

1) Darunter sind ohne Zweifel die Lehenleute und Ministerialen zu verstehen. Gewöhnlich wurden sie consiliarii genannt.

2) Nämlich Konrat, mit welchem dieses gräfliche Haus erlosch.

salzburgensi, promittentes bona fide collationem eandem ipsis roborare, quacumque voluerint firmitate. Contulimus etiam ipsis feoda palatini comitis *Bawarię*, preterquam aduocatiam in *Nunnenwerde*[1]) circa montem *Streichen*, alias vero, videlicet in montibus, super possessiones eiusdem monasterii ipsos duces constituimus aduocatos. Excepimus etiam feoda, que habebant ab ipso comite palatino ministeriales ecclesie salzburgensis. Hec omnia ipsis bona fide promisimus stabilire, sicut ab ipsis fuerimus requisiti. Memorati autem duces in signum amicitie specialis comitiam siue iudicium per prouinciam *Chiemgev*, quam habuit ab ipsis Chunradus comes de *Pleien*, et subsequenter *Rapoto* comes palatinus Bawarie, deinde Siboto de *Tetelheim*,[2]) a quo ipsam comiciam per iuris ordinem euincentes, eandem et ecclesie salzburgensi et nobis liberaliter tradiderunt perpetuo possidendam, ita tamen, quod pars iudicii eiusdem comicie vltra *Altsam* fluuium constituta in ipsorum ducum remaneat potestate sub hac forma, ne in homines nostros et nostrorum in eodem iudicio constitutos ipsorum procuratores aliquam iuris habeant ditionem. Et ne alique munitiones preter predictorum ducum vel heredum suorum consilium et uoluntatem per nos vel successores nostros in terre gravamen in predicta comicia erigantur, promiserunt quoque ipsi duces bona fide donationem eandem, quacumque firmitate voluerimus, nobis et nostre ecclesie roborare. Immo ipsam comiciam contulerunt pro nostra peticione nostris ministerialibus subnotatis, videlicet Gebhardo de *Velwen*, Chunrado de *Goldekke*,[3]) Vlrico de

1) Frauenchiemsee auf der kleineren Insel des Chiemsees, nach unverbürgten Nachrichten von Herzog Thassilo II gestiftet.

2) Tetelheim im Ldg. Laufen. Das Schloss liegt in Ruinen.

3) Goldekk, nicht ferne von St. Johann. Das Schloss ist noch in gutem Zustande.

Chalheim,[1]) Chvnoni de *Tŏrringen*.[2]) Insuper amore nostri renuntiauerunt sepefati duces impetitioni, si quam habuerunt pro comicia in *Levbenawe* et feodis Chvnradi de *Vager*,[3]) pura fide promittentes, illam renuntiationem nobis et ecclesie nostre sufficientius confirmare, quandocumque ad hoc a nobis fuerint requisiti, ratam habendo collationem eiusdem comitię in Levbenawe et feodorum Chunradi de Vager, quam felicis memorie *Ludewicus* dux, auus eorum, noscitur fecisse ecclesie salzburgensi et iam dicta feoda pro nostra peticione ad maiorem firmitatem concesserunt nostris ministerialibus supradictis, qui tam comicias, quam feoda nominata per manus ducum sepedictorum nobis et ecclesie nostre pro duobus milibus marcarum argenti obligauerunt. Ipsi quoque duces cesserunt et renuntiauerunt omni questioni, quam ecclesie nostre mouerunt super quibusdam hominibus, ministerialium nomen habentibus, et super aliis hominibus nomen habentibus militare. Ad hec, vt circa nos et nostram ecclesiam prelibatorum ducum deuotio euidentius elucescat, nobis in iudicio nemoris per suos procuratores secundum antiquam consuetudinem nostra iura promiserunt firmiter observari. Ne autem super premissis aliqua lis in posterum ualeat suboriri, presentem litteram conscribi et nostro ac capituli nostri sigillis fecimus communiri, cum testibus subnotatis, qui sunt hii: Heinricus *kyemensis* episcopus, Otto prepositus *salzburgensis*. Rihkerus abbas *sancti Petri* salzeburgensis, Hermannus, Fridericus, Heidenricus canonici *salzburgenses*, Albertus comes de *Mosen*,[4]) Burchardus comes de *Grunenbach* dictus de Wiær, Lud-

1) Kallham im österr. Pflegg. Salzburg.

2) Törring im Ldg. Tittmaning. Das Schloss wurde zu Anfang des 15. Jhh. zerstört.

3) Vager im österr. Pfleggr. Salzburg.

4) Dieser Graf kommt meines Wissens sonst nicht vor und ist mit Sicherheit wohl kaum unterzubringen, obgleich allerdings möglich, dass er den bayerischen Edlen dieses Namens angehört.

wicus pincerna de *Flugelsperch,* Sifridus de *Frawenberch,* Sifridus de *Frawenhoven,* Berhtoldus marschalcus de *Schiltperch,* Heinricus de *Rorbach,* Gebhardus de *Velwen,* Chvnradus de *Goldekke,* Vlricus de Chalheim, Chvno de *Torring* et alii quam plures. Acta sunt hec iuxta castrum Dorenberch in villa Eharting[1]) anno verbi incarnati millesimo ducentesimo quinquagesimo IIII, VI kal. Augusti, indictione duodecima.*)

55. Bischof Heinrich von Babenberg transsumirt die Urkunde des Herzogs Ludwig v. J. 1228.

Altach im Monat November 1254.

Nos Heinricus dei gratia babenbergensis episcopus per presens scriptum notum fieri cupimus vniuersis, quod nos priuilegium bone memorie *Ludwici* palatini comitis Rheni, ducis Bawarie, quod repositum habemus in sacrario[1]) nostro in *Babnberch,* peruidimus sigillatum sigillis quondam *Heinrici* Romanorum incliti recordationis et aliorum principum, quorum nomina in eodem priuilegio continentur, non abolitum, non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, cuius tenor per omnia talis est: Ludwicus dei gratia etc.[2]) Quia igitur *altahensis* ecclesia *babenbergensi* ecclesie taliter est annexa,[3]) ut, quod contingit unam, alteram tangere uideatur, et specialiter in hoc facto, quod aduocatia ecclesie alta-

1) Erharding im Ldg. Mühldorf.

*) Abdruck: Hormayr Archiv f. Südd. II, 50.

1) Die schon bei den Römern übliche Sitte, die Urkunden in den Tempeln aufzubewahren, wurde von der Geistlichkeit auch im Mittelalter beibehalten, da die Kirchen, weil sie unverletzlich waren, die grösste Sicherheit gewährten.

2) S. oben die Urk. nr. 15.

3) Jeder Abt war zufolge der Vergünstigung des Bischofs Eberhart v. J. 1153 canonicus und collateralis perpetuus des jeweiligen Bischofs von Bamberg. Mon. B. XI, 166.

hensis est de feodo predicto, ne forte possit ei preiudicium generare, si duces Bawarie presentes uel futuri in aliquo venirent contra privilegium prenotatum, nos ad peticionem venerabilis in Christo et nobis dilecti *Hermanni* eiusdem ecclesie abbatis ipsum privilegium, quod etiam illustres domini *Lvdwicus* et *Heinricus* nunc duces Bawarie approbantes et renouantes sigillis suis confirmauerunt, rescribi fecimus nostri sigilli mvnimine roboratum. Datum in Altah anno domini MCCLIIII in mense Novembri.*)

56. Die Herzoge Ludwig und Heinrich erkennen zu Recht, dass Wälder ohne Erlaubniss des Herrn nicht gerodet, Lehen und Aigengüter, Inwartsaigen genannt, ohne Zustimmung des Herrn nicht an Ungenossen veräussert werden, dass Dienstmannen der Kirche aus Ungenossen sich nicht Weiber nehmen dürfen, endlich dass es Niemanden gestattet seyn soll, auf fremdem Grunde eine Veste anzulegen.

Nabburg im Monat November 1254.

Nos Ludwicus et Heinricus dei gratia comites palatini Reni, duces Bauarie per presens scriptum notum facimus vniuersis, quod presidentibus nobis iudicio oppido Nappurg cum comitibus, liberis et ministerialibus imperii et ducatus Bauarie quesitum fuit per sententiam generalem[1]) per venerabilem episcopum bambergensem, utrum aliquis sine consensu domini forestas posset ex-

*) Das ziemlich gut erhaltene Sigel hängt an gelben und rothen Seidenfäden.

Abdruck: Mon. Boic. XI, 228.

1) Diese Rechtsweisungen von Seite der Herzoge, welche sonst nur von den Königen ausgingen, finden ihre Erklärung sowie ihre Gültigkeit nur in der Annahme, dass dieselben, da der König Wilhelm als nicht vorhanden betrachtet wurde und werden konnte, in ihrer Eigenschaft als Pfalzgrafen die Reichsverwesung führten.

tirpare et noualia colere in preiudicium ipsius, et quid iuris super hoc esset de illis, qui talia attemptarent. Et sententiatum extitit et ab omnibus approbatum, quod infra dies quindecim noualia ipsa domino foreste restituere teneretur et satisfacere de dampnis illatis, alioquin decem libras camere nostre et decem libras componeret iniuriam passo, et totiens solueret penam ipsam, quotiens per alios dies quindecim noualia ipsa presumeret retinere. Item quesitum ab eodem episcopo, utrum aliquis feoda uel proprietates, que inwarteseigen dicuntur, absque consensu domini ad manus posset tradere alienas, quod ab omnibus extitit reprobatum. Item quesitum fuit, si aliquis de ministerialibus ecclesie sue vxorem duceret sine suo consensu de familia aliena non obtenta diuisione liberorum, quid super hoc iuris esset, et fuit sententiatum et approbatum, quod feoda que ab eo teneret, de iure uacare deberent. Item quesitum fuit, quod si aliquis in fundo alterius munitionem construeret et dominum fundi spoliaret in ipsam,[1] quid super hoc iuris esset, et fuit ab omnibus approbatum, quod preter destructionem castri ad duplum satisfacere teneretur. Ad cuius rei memoriam presens scriptum iussimus sigilli nostri robore communiri. Actum anno domini MCCLIIII mense Nouembris XII indictionis.*)

57. Papst Alexander IV ladet die herzogliche Wittwe Agnes ein, mit ihm wegen Wahrung der Rechte des jungen Konradin in Unterhandlung zu treten.

Neapel am 23. Jänner 1255.

Alexander[1]) episcopus seruus seruorum dei dilecte in Christo filie, nobili mulieri *Agneti*[2]) comitisse pala-

1) inipam. Hdsch.
*) Aus dem Copialbuche des Hochst. Bamberg II, f. 64.
1) Alexander IV, v. 21. Dez. 1254 — 25. Mai 1261.
2) Die Wittwe des H. Otto, welche am 16. Nov. 1267 starb.

tine Reni et ducisse Bauarie, matri carissime in Christo filie nostre *Elisabeth*,[1] illustris regine Jerosolimitane et ducisse Sueuie, salutem et apostolicam benedictionem. Ea circa statum carissimi in Christo filii nostri *Conradi*,[2] pueri regis ierosolimitani illustris ac ducis Sueuie, intentione inducimur, ut non solum sua sibi iura, ubicumque hec habeat, integra et illesa conseruare uelimus, sed etiam ipsum specialibus magnificare fauoribus et de apostolice benignitatis affluentia condignis gratiis exaltare. Vtrum nonnumquam de hoc cum dilecto filio nobili uiro B. marchione de *Hohemburch*[3] tractatu habito, marchionem ipsum eiusque fratres circa eundem puerum suosque profectus sinceri amoris et fidei probate inardescere zelo comperimus cum pro ipso apud sedem apostolicam sepius cum instantia intercesserint et frequenter exorent, et ecce ad ipsorum instantiam venerabilem fratrem nostrum.... episcopum *chiemensem*,[4] qui pro eiusdem negotio pueri promouendo apud nos sollicite institit et fideliter laborauit, ad te et carissimam in Christo filiam nostram Elisabeth, reginam ierosolimitanam illustrem et ducissam Sueuie, natam tuam, duximus transmittendum, ut una tecum et cum eadem regina ac dilectis filiis, nobilibus viris *Lodouico* et *Henrico* comitibus palatinis Reni et ducibus Bauarie, natis tuis, ordinet et procuret,

1) Die Gemahlin des K. Konrat IV, welche nach dessen Tode (20. Mai 1254) sich i. J. 1258 mit dem Grafen Meinhart von Görz vermählte und i. J. 1273 starb.

2) Oder Konradin, wie er von den Italienern genannt zu werden pflegte. Er war am 25. März 1252 auf dem Schlosse Wolfstein bei Landshut geboren.

3) Dieser Berhtolt, ein berühmter Minnesänger und Anhänger der Hohenstaufen, spielte als Vormünder Konradins und als Statthalter Siciliens nebst seinen Brüdern Otto, Ludwig und Diepolt eine wichtige Rolle, sie wurden jedoch des Verrathes gegen Manfred verdächtig i. J. 1256 ums Leben gebracht. S. Ried Gesch. d. Gr. v. Hohenb. S. 51 flg.

4) Heinrich v. J. 1252—1266.

quod sollempnes nuntii, si uolueritis, ad dictam sedem ex parte nostra super predicti pueri negotio destinentur. Nos enim parati sumus, ipsos paterna benignitate ac honore condigno recipere et, quantum cum deo poterimus, super hiis, que ex parte uestra proponere uoluerint, exaudire ac prefatum educare et fouere puerum eiusque iura non solum integra illesa seruare, immo potius adaugere. Ideoque nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes, quatenus eundem episcopum ob reuerentiam apostolice sedis et nostram benigne recipiens et honeste pertractans sibi in hiis, que tibi ex parte nostra dixerit, fidem indubitatam adhibere procures. Ceterum presentium tenore scire te uolumus, quod cum et nos de marchione ipso, qui hac de causa ecclesie adhesisse dinoscitur, ut eiusdem pueri exaltationem et promotionem possit inibi melius procurare propter sui fidei puritatem non modicam geramus fiduciam, suum in hiis, que felicem prefati pueri statum respicient, requiremus consilium et ad eiusdem pueri comoda suique incrementa honoris eius specialiter suasionibus et exhortationibus inducemur, propter quod secure in hoc ipsius marchionis postulare potes auxilium, tuamque sibi confidenter intentionem exprimere, quoniam et nos nostrum ei animum in hac parte fiducialiter reserabimus, cum satis nobis placeat, quantumcumque puerum ipsum diligat, quod sit in huiusmodi negotio mediator. Datum Neapoli X kal. Februarii, pontificatus nostri anno primo.*)

*) Die Bulle hängt an Spaggat.

Abdrücke: Wiener Jhrb. Bd. XL, 151 im Anhang, und in Hormayrs Hohenschwangau II, 8.

58. Herzog Heinrich bestätiget die von der Bürgerschaft zu Regensburg gegebene Entscheidung des Streites zwischen ihm und dem Bischof Albert von Regensburg wegen der Münze.

Am 5. September 1255.

In nomine domini amen. Heinricus dei gratia dux Bawarie vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Cum gesta hominum priuatorum scripture consueuerunt commendari ad stabilitatem siue robur presentium et memoriam transactorum, ad cautelam etiam futurorum merito ea, que a nobis uel circa nos geruntur, qui possidemus gubernacula subiectorum, scriptis expedit comprehendi. In futurum itaque notum esse uolumus, quod cum nos compromisissemus pure ac simpliciter fide prestita corporaliter uice sacramenti in uniuersitatem *ciuium ratisponensium*[1]) super discordia siue questione, que uertebatur inter nos ex una parte et dominum Albertum ecclesie *ratisponensis* episcopum ex altera super moneta ratisponensi,[2]) per quam nostrum utriusque dotatus extitit principatus, item super moneta, quam cudi fecerat in *Landeshut* pie memorie dominus *Otto* comes palatinus, dux Bawarie,[3]) noster genitor, quam et nos cudi ibidem fecimus usque modo, ratum et gratum habituri bona fide sine dolo et qualibet cap-

1) Aus dem Umstande, dass der Herzog und der Bischof auf die Gesammtheit der Bürger compromittirten, lässt sich auf deren freie Stellung gegenüber denselben schliessen. Der Herzog H. hatte in Folge der Theilung mit seinem Bruder i. J. 1255 die Gerechtsame in Regensburg (S. Mon. B. 36ª, 525) erhalten.

2) Das Münzrecht war damals zwischen dem Bischof und Herzog getheilt. Die Bürger übten keinerlei Einfluss darauf, nur ist nicht unwahrscheinlich, dass sie nach altem Rechte dreimal im Jahre die Pfenninge prüfen durften.

3) Otto dux B. novam monetam in Landshut fabricari iussit circa inicium messis (1253), mandans ipsos denarios et non alios recipi in toto suo districtu. Herm. Altah. bei Böhmer II, 508.

tione, quicquid per ipsam uniuersitatem uel per certas personas, quas ex se ducent eligendas ordinatum fuerit in discordia siue questione supradicta. Ipsa uniuersitas ex se duxit tam prouide quam concorditer eligendas personas XIII infra scriptas, que inter nos et dictum dominum ratisponensem episcopum super memorata discordia siue questione protulerunt arbitrium in hec uerba.

alitati rationis opposuit moderamen, ut que forte sensualitas exitu, qui acta probat, non preuiso appetit, ratio discutiat et uel ad bene esse promoueat uel retractet. Nos siquidem grauiter prouocati a ciuibus *ratisponensibus*[1]) sensus nostros omnes conuertimus ad uindictam erigendo castrum nouum in latere ciuitatis in monte *Geirsperch*,[2]) cogitando etiam instanter de aliis dampnis et malis durioribus ciuibus inferendis occupando etiam castrum *Hôflinge*[3]) extra muros ciuitatis, sed opponente nobis moderatrici sensuum ratione, quod huiusmodi uindicta nostra minus ledens nobis obnoxios, maxime tenderet in euersionem totius terre innocentis et in extremum multorum milium innocentium, et hoc in fame nostre periculum et salutis, accedente quoque super omnia pia instancia et instanti diligentia dilecti germani nostri domini *Hœinrici* illustris palatini Reni, dvcis Bawarie, zelum pacis habentis, consilio quoque dilecti affinis nostri nobilis uiri domini Gebhardi[4]) comitis de *Hirzperch* consentientium rationi, quod prouocata suaserat sensualitas, socia pietatis ratio mitigauit, et nos hortatu eorum et quamplurium aliorum nostrorum fide-

1) Es ist noch nicht ermittelt, wodurch die Bürger von Regensburg den Herzog so sehr erbittert haben. Der Zwist ging ursprüglich, wie diese Urkunde schliessen lässt, nur von einzelnen Bürgern aus, zog aber endlich, was bei dem Gemeinsinn der Städter so häufig geschah, die ganze Bürgerschaft, welche sich derselben annahm, hinein.

2) Später der Dreifaltigkeitsberg am Steinweg bei Stadtamhof. Die Veste, welche der Herzog dort baute, nannte er entsprechend dem Zwecke, um dessen willen er sie erbaute, und wie ähnliche Burgen auch anderwärts so genannt wurden, Landeskron.

3) Höfling, auf der rechten Seite der Donau, im Ldg. Stadtamhof.

4) Dieser Gebhart, der sich ein Jahr vorher mit Sophia, der Schwester der Herzoge von Bayern, vermählt hatte, starb im Jahre 1280.

lium a nostris propositis destitimus [1]) et comisimus negotium fratri nostro cum pollicitatione ratihabitationis, quocumque modo ipsum disponeret terminandum. Igitur ipso germano nostro dilecto domino Hæinrico illustri palatino Reni, duce Bawarie sic arbitrante ac iubente castrum nouum Giersperch fecimus assignari ciuibus destruendum,[2]) castrum quoque Hôflinge assignauimus fratri nostro ciuibus restituendum, et promisimus atque promittimus per presentia, quod de cetero non edificabimus nec edificari faciemus castrum aliquod captiose uel munitionem in dampna uel dedecus ciuitatis ratisponensis nec in qualecumque eius preiudicium et grauamen. Item promisimus et promittimus, quod pro nulla offensa particulari, ut si aliquis uel aliqui ex ciuibus nos offenderint, de cetero uniuersitati ciuium indignabimus, sed et offensam et reos ciuibus denuntiantes contenti erimus equo animo et benigno emenda siue iusticia, quam ipsi nobis de reis secundum iura ciuitatis communia exhibebunt. Remittimus quoque dampna et offensas nobis et nostris in hoc bello a ciuibus irrogatas, nec odiose siue modo iudiciario eas deinceps ciuibus obiciemus nec aliquem eorum pro altero impetemus uel faciemus impeti uel grauari. Ut autem hec forma compositionis rata permaneat, per sua tempora ipsam conscribi et sigillo nostro ac subnotatione nominum eorum, quibus presentibus et consulentibus est tractata, placuit roborare. Testes autem hii sunt; Aerbo archidiaconus [3]) *eistetensis*, prothonotarius noster, comes Gebhardus de *Hirzperch*, comes Albertus de *Mosburch*, comes Chvn-

1) Dazu hat wohl mitgewirkt, dass Regensburg sich an den damals sehr mächtigen rheinischen Städtebund um Hülfe gewendet hat, welche er durch einen Angriff auf die Pfalzgrafschaft leicht leisten konnte.

2) Quod castrum destrui permisit magnae pecuniae interventu. Herm. Altah. II, 514.

3) Arcidiaconus. Orig.

radus frater eius, comes Rapoto de *Ortenburch*, *Levzmannus*, Albero de *Prvkkperch*, *Lvpurgarius*, Otto de *Lapide*, Vlricus frater eius, Chvnradus de *Hohenvels*, Pertoldus de *Schilperch*, Fridericus de *Perge*, Hæinricus et Winhardus de *Rorbach*, Hæinricus et Grimoldus de *Prisinge*, Hilprandus de *Pvhperch*,[1]) Chvnradus de *Pawelsdorf*[2]) et filius eius, dapifer de *Ekkenmvl*, Vlricus de *Walturn* et alii quamplures. Acta sunt hec anno domini MCCLIX. Datum Ratispone quinto non. Marcii, indictione II.*)

70. Der Erzbischof Ulrich von Salzburg bedroht den Herzog Ludwig mit dem Banne, im Falle er fortfahren würde, den abgesetzten Erzbischof Philipp zu unterstützen.

Libentz am 21. Juni 1259.

Vlricus dei gratia salzburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, venerabilibus in Christo fratribus... electo [1]) et... decano ecclesie frisingensis salutem et fraternam in domino caritatem. Litteras domini pape impetrauimus in hunc modum.

1) Auf der Anhöhe bei Sitzambuch im Ldg. Nabburg soll das Schloss, wovon sich dieses Edelgeschlecht schrieb, seinen Stammsitz gehabt haben. Sie heisst jetzt noch der Puchberg, und von der Veste, die wohl schon im 13. Jhh. zerfiel oder zerstört wurde, sind nur noch Ruinen vorhanden. Sonst gilt das schon vor fünf Jahrhunderten zerstörte Schloss Buchberg bei Cham als der Stammsitz dieses Edelgeschlechts, das seine meisten Besitzungen jedenfalls im bayerischen Walde hatte.

2) Paulsdorf bei Amberg, der Stammsitz dieses sehr alten und ansehnlichen Edelgeschlechts.

*) Das an dunkelblauen und grünen Seidenfäden hangende Reitersigel ist in seinen wesentlichen Theilen gut erhalten.

Abdruck: Ried cod. nr. 473.

1) Chunrado frising. comes (Chunradus) dictus agrestis (Wild- oder Raugraf) nepos ducum Bavariae, in electione (1258) successit. Chron. Austr. Petz I, 366. Er st. 1279.

Alexander episcopus, seruus seruorum dei dilectis filiis vniuersis vassallis salzburgensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Ex commissa nobis a domino cura pastoralis officii et concessa licet immeritis plenitudine ecclesiastice potestatis cogimur per ecclesiarum omnium cottidianam instantiam diligentem sollicitudinem gerere ac eis, cum necessitas ingruerit uel oportunitas exigit, nunc ex iusticie debito, nunc ex gratie beneficio paterna diligentia prouidere. Inter ceteras siquidem particulares ecclesias et metropoles uniuersas ecclesiam salzburgensem apostolica sedes, mater ecclesiarum, tanto debet fauorabilius prosequi et benignius intueri, quanto eam magnificentius inter alias diuina dispositio respexisse videtur in plenitudine spiritualium et temporalium vbertate. Sane cum olim *Philippus*, quondam electus eiusdem ecclesie, ipsam non tamquam sponsam male contrectans eam tenuisset diutius occupatam, dilecti filii prepositus et capitulum ipsius ecclesie demum prefatam ecclesiam merito uacare credentes post decursa tempora constitutionis nostre super hoc edite, qua idem P. manifeste priuabatur eadem ecclesia ipsisque dabatur de alio prouidendi potestas, conuenerunt in vnum ad eligendam seu postulandam sibi et eidem ecclesie personam ydoneam in pastorem, vocatisque omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse. Tandem in venerabilem fratrem nostrum, episcopum *chymensem*,[1]) prepositum memoratum ac scolasticum, et Hermannum de *Justingen* eiusdem ecclesie canonicum prouidendi vice omnium ipsi ecclesie de pastore contulerunt vnanimiter potestatem. Qui habentes pre oculis solum deum, venerabilem fratrem nostrum salzburgensem archiepiscopum, tunc episcopum *sekowensem*, virum utique litteratum, probate vite ac circumspectionis experte in pastorem ipsi ecclesie concorditer et canonice postularunt,

1) Heinrich v. J. 1252—1266.

ipsique postmodum admitti a nobis postulationem huiusmodi ac dari eidem archiepiscopo licentiam ad eandem ipsorum ecclesiam transeundi eo prius a vinculo sekowensis ecclesie absoluto humiliter supplicarunt. Nos igitur postulationem ipsam examinari fecimus diligenter, et quia eam inuenimus de persona ydonea communiter et canonice celebratam, ne ipsa eorum ecclesia, que longo tempore non sine graui eius discrimine languit, diu pastore uacare, postulationem ipsam de fratrum nostrorum consilio duximus admittendam, preficientes eum prefate salzburgensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem et absoluentes eundem a vinculo, quo tenebatur ipsi ecclesie sekowensi sibi licentia transeundi ad prefatam salzburgensem ecclesiam ac plena eius tam in spiritualibus, quam in temporalibus amministratione concessis.[1]) Quocirca vniuersitati vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus ipsi tamquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendentes sibi de suis iuribus integre respondere curetis, non obstante, si vobis a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari seu quod ultra certa loca in causam trahi non possitis uel ad iudicium euocari, aut quod terre vestre subponi interdicto ecclesiastico nequeant, per litteras apostolicas plenam et expressam aut de verbo ad verbum non facientes de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia prefate sedis indulgentia speciali ac generali, per quam effectus presentium impediri possit aliquatenus uel differri et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, alioquin sententias siue penas, quas idem rite tulerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore domino inviolabiliter ob-

1) Philippus salzpurg. electus iam per decem annos, nolens ordinem presbyterii ac episcopalem suscipere consecrationem, a domino Alexandro papa deponitur et Ulricus secowiensis episcopus ei subrogatur. Herm. Altah. ad a. 1257 II, 512.

seruari. Datum Viterbii XIIII kalend. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

Item alias litteras eiusdem domini pape recepimus in hunc modum.

Alexander episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri... archiepiscopo salzburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Detestanda Phylippi quondam electi ecclesie salzburgensis presumptio, qua ipsam dampnabiliter occupans contra se deum et romanam ecclesiam prouocauit, multis occasionem peccandi prebuit et iusto deiectioni sue iudicio causam dedit. Proinde cum de cetero nullus excusationi sit locus, quamquam ante publicatam a nobis in eundem Phylippum sententiam potuerit aliquorum malitia palliari, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes vassallos eiusdem salzburgensis ecclesie moneas attentius et inducas, ut dicto P. contra te uel eandem ecclesiam nullum prestantes auxilium, consilium uel fauorem, tibi et ipsi ecclesie potius, sicut tenentur, assistant, alioquin eos feudis, que tenent ab eadem ecclesia rite priuans, ea personis deuotis conferas et assignes. Illos quoque, qui ecclesie tue munitiones et castra in sua detinent potestate compellendi ad restitutionem eorum per excommunicationis in personas et in terras suas interdicti sententias monitione premissa liberam habeas facultatem, inuocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Datum Viterbii V id. Decembris[1]) pontificatus nostri anno tertio.

Harum igitur auctoritate litterarum in uirtute sancte obedientie vobis districte iniungimus et mandamus, quatenus nobilem virum dominum *Ludewicum* comitem palatinum Rehni et ducem Bawarie vestris in continenti monitionibus moneatis, ut, cum ipse ab ipsa nostra ecclesia habere noscatur fevda et domino Phylippo quon-

1) Decembrorum. Orig.

dam ecclesie nostre electo, qui ipsam eandem ecclesiam persequitur, et conturbat, suum promiserit adiutorium exhibere, quatenus infra mensem ab eius desistat adiutorio et fauore et nobis ac ipsi ecclesie, cuius vassallus existit, ferat adiutorium contra illum, ut in prescripto domini pape autentico est expressum, alioquin excommunicationis sententiam et interdicti, quas ex nunc in personam et in terras suas ferimus, ad penas alias, nisi destiterit et nos adiuuauerit processuri, per totam frisingensem diocesin sollempniter publicetis, et ipsum ducem tamquam excommunicatum faciente[s] uitari ab omnibus per totam terram suam, in quacumque diocesi fuerit, interdictum huiusmodi faciatis inviolabiliter obseruari, inhibentes officia diuinorum ibidem fieri et omnia alia ecclesiastica sacramenta, preterquam evcharistiam offerri decedentibus in penitentia nec baptisma interdicimus paruulorum. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur, alioquin si in huiusmodi mandatis fueritis desides aut remissi, excommunicationis sententie vos noueritis subiacere. Datum in Libentz decimo exeunte Iunio anno domini millesimo CC quinquagesimo nono.*)

71. Herzog Heinrich gibt dem Kloster Niederaltach Zehende von mehreren Ortschaften zur Entschädigung für die von seinem Vater und ihm demselben zugefügten Beeinträchtigungen.

Vilshofen am 19. April 1260.

Heinricus dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie omnibus presentem litteram inspecturis in omnium saluatore salutem. Quoniam labilis est memoria hominum, idcirco ea, que rite aguntur, ne postmodum reuocentur, consveuerunt scripti munimine et annotatione testium roborari. Qua propter per presentia profitemur

*) Das Sigel fehlt.

et notum esse cupimus uniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos inter cetera sacre religionis opera famosam hospitalitatem, que in ecclesia sancti Mavricii in *Altah* omnibus superuenientibus incessanter et liberaliter exhibetur, simulque grata obsequia, quibus dilectus nobis *Hermannus* venerabilis abbas eiusdem ecclesie deuotionem nostram erga dictum locum iugiter excitat, attendentes, tam pro remedio anime nostre ac progenitorum nostrorum, quam pro quibusdam offensionibus a nobis et a bone memorie genitore nostro *Ottone* quondam duce illatis ecclesie memorate, quas subter duximus exprimendas, eidem ecclesie Altahensi iuxta piam consuetudinem progenitorum nostrorum et nostram de antiquis bonis nostris diuersis hinc inde monasteriis hactenus obseruatam, decimas de granariis, cellariis et cameris bonorum nostrorum infra scriptorum dedimus et tradidimus in perpetuum percipiendas, ad quecunque nostra granaria, cameras et cellaria prouentus eorundem prediorum contingat colligi uel reponi. Sunt autem iste possessiones, de quarum prouentibus ex donatione nostra decime sepefato monasterio Altahensi perpetuo sunt soluende, etiam si per nos uel per aliquem heredum nostrorum ipsas possessiones in parte uel in toto contingeret deinceps uendi, obligari vel forsitan infevdari, videlicet omnia, que a nepte nostra *Elysabeth*[1]) filia *Rapotonis*, quondam comitis palatini Bawarie et marito suo Hartmanno comite de

1) Elisabeth, die Erbtochter des Pfalzgrafen Rapoto, dessen Mutter Mahthilt eine Tochter des Herzogs Otto des ältern war, brachte ihrem Gemahl dem Grafen Hartmann von Werdenberg die hier genannten Orte zu, welche derselbe jedoch an den Herzog Heinrich verkaufte, theils um dessen Neckereien zu entgehen, der nicht dulden wollte, dass derselbe die pfalzgräfliche Würde fortführe, theils weil sie ihm zu ferne lagen. Herm. Altah. bei Oefele I, 679. Der Herzog Heinrich bildete aus diesen Erwerbungen das Vitzthumamt an der Rott, dessen Inhaber in ihrem Amtssigel den pfalzgräflichen Panther führten.

Werdenberch ad nos sunt iusto emptionis titulo deuoluta, id est de prouentibus castrorum *Mœssing*,[1]) *Tahenberch*,[2]) *Reichenberch*,[3]) *Rotenberch*,[4]) *Grizpach*[5]) et *Marquartstein*[6]) et aliorum oppidorum et villarum circa ipsa castra nostram respicientium emptionem, immo etiam de uniuersis bonis in *Austria*, ad nos ab eadem nepte nostra et marito eius predicto titulo deuolutis, item de omnibus pertinentiis castri in *Geren*, quod a uiro nobili *Chvnrado de Lvkpurch*[7]) conparauimus, iure simili decimas donauimus ecclesie memorate. Offensiones autem predicte, pro quarum restauratione nos antedictas decimas donauimus altahensi ecclesie tales erant, videlicet quod bone memorie Albertus quondam comes de *Bogen* patruus noster pro dampnis multis, que suo tempore intulerat monasterio sepefato, possessiones quasdam scilicet in *Pebra*[8]) et suis pertinentiis, quasi ad sexaginta beneficia, que ex morte fratris sui *Levpoldi* clerici ad ipsum hereditario iure defluxerant, una cum iure patronatus ecclesie de *Geirstal*[9]) ac duabus curiis in *Rubendorf*[10]) et in *Ewich* sepenominato monasterio delegarat, que omnia predictus genitor noster O. dux mortuo eodem comite sibi retinuit, in recompensationem eorundem bonorum et concambii prediorum circa *Flinsperch*[11]) duas

1) Mässing, im Ldg. Eggenfelden.

2—3) Dachsberg und Reichenberg im Ldg. Pfarrkirchen.

4) Die Lage dieses Schlosses, vielleicht dasselbe, welches vormals Ratilinberg hiess, ist noch nicht ermittelt.

5) Griesbach, Ldg. Vilshofen.

6) Marquartstein, im Ldg. Traunstein.

7) S. Quellen Bd. I, 204 Note 2.

8) Böbrach, im Ldg. Deggendorf.

9) Geiersthal, Ldg. Viechtach, Dek. Deggendorf.

10) Ruberdorf, Ldg. Viechtach.

11) Flintsbach, im Ldg. Hengersberg. Flintsberg hiess das Schloss, welches der letzte Graf von Bogen in der Nähe von Flintsbach erbaute und der Abt Hermann von Niederaltach i. J. 1270 zerstörte.

curias villicarias et XIII hubas in *Mvndreiching*[1]) cum prediis infeodatis ibidem et aliis quibusdam possessionibus predicto monasterio reassignans. Et cum nos castrum in *Flinsperch* non haberemus necessarium, ex indirecta quorundam consiliariorum svasione attraximus nobis sine uoluntate dicti abbatis et fratrum predia in Mvndreiching superius nominata, restituentes eis tantummodo predia circa Flinsperch. Tandem frequenti ammonitione ac gratis obsequiis predicti venerabilis abbatis et precipue instinctu diuini amoris inducti in elemosina nostra et reconpensatione dampnorum omnium predictorum ipsi ecclesie contulimus decimas superius iam distinctas, recipientes a predicto abbate ac suo conuentu abrenuntiationem totius iuris, quod in predictis prediis habebant refutatis et confractis coram nobis omnibus instrumentis, que iura ipsorum in predictis possessionibus valide roborabant. Vt autem hec nostra donatio siue dampnorum uel prediorum restauratio robur perpetuum obtineant firmitatis, presentem paginam sigillo nostro ac subscriptione testium, qui interfuerunt, iussimus roborari. Testes: Otto venerabilis prepositus *saltzpurgensis*, domini pape capellanus, qui etiam sigillum suum huic scripto appendit, Berhtoldus prepositus *monasteriensis*, Sifridus de *Frovnberch*, Vlricus de *Chamerberch*, Heinricus de *Pholing*, Gerhohus de *Fremleinsperige*,[2]) Marquardus marschalcus de *Schrovenhusen*, Otto de *Strubing* et alii quamplures. Datum in Vilshofen per manum Heinrici notarii XIII kalendas Maii anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo indictione tercia.*)

1) Mindraching, Ldg. Wörth.
2) Framesberg, Ldg. Deggendorf.
*) Die zwei anhängenden Sigel sind beschädiget.
Abdruck: Mon. B. XI, 234.

72. Herzog Heinrich fordert zu Beiträgen zur Dotirung der von seinem Vater gestifteten St. Johannskirche zu Kelheim auf.

Kelheim am 1. August 1260.

Heinricus dei gracia comes palatinus Rheni et Bauarie dux nosse cupimus vniuersos ducatus nostri fideles ministros, tales iudices ciuitatum seu villarum rectores, quod pie memorie pater noster dominus *Otto* eiusdem principatus mundani dignitatem, quam et nos domino permittente ad horam gerimus, subsequenter laudabiliter possidens, iuste et religiose illud dictum Machabæorum sedulo reuoluens, quia sancta et salubris est cogitatio pro defunctis orare, vt a peccatis soluantur, ipse ob remedium patris sui domini *Lodouici* etiam ducis Bauarie, aut nostri fundauit ecclesiam[1]) etiam in honorem b. Joannis apostoli et euangeliste in ciuitate *Kelhamii* nuncupata, conferens ei dotem, aream et piscationem robore priuilegiorum liberam efficiens quibusdam viris religiosis fratribus videlicet scotice gentis tradidit excolendam et perpetuo possidendam, subiiciens eam domino abbati de s. *Jacobo* [2]) *Ratispone*, quamdiu voluitur circulus huius mundi, quam ecclesiam priori suisque fratribus ob promerenda diuine retributionis merita et pia ipsius deo dilecti apostoli suffragia, sicut iuris est, in nostram specialem suscepimus graciam clypio dominatus nostri[3]) a presumptione inuasionis seu molestationis iniuria defendendam. Volumus igitur et sub obtentu gracie nostre vobis distincte precipimus, monemus et rogamus, quatenus iam dictum priorem vel suos nuncios, presencium baiulos, quando ad vos pro colligendis pauperum elemosinis ad supplendum opus prefate ecclesie

1) Die St. Johannskirche, nach ihrem Stifter auch Ottokapelle genannt, besteht noch.

2) Das Schottenkloster zu Regensburg, welches zu Anfang des 12. Jhh. gegründet wurde.

3) domina nis. Hdsch.

aliosque sue paruitatis defectus in melius commutandos peruenerint,[1]) manuteneatis, nihil molestie uel grauaminis ipsis permittentes a quoquam irrogari, magis autem vestris exhortationibus facientes, sepedictam ecclesiam in suis negotiis promoueri, vt nostre deuotionis affectus vestreque cooperationis effectus[2]) coram domino deo, qui et bonum opus et bonam centuplo recompensabit premio voluntatem, dignam meritis felicibus habeatur.[3]) Datum Kelhame anno domini milesimo ducentesimo et sexagesimo calendis Augusti.*)

73. König Richard überträgt dem Herzog Ludwig die Verwaltung der Reichslehen, welche ehemals Graf Albert von Dylon innegehabt hat.

Walingford am 7. Jänner 1261.

Ricardus dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri *Ludowico* comiti palatino Reni duci Bauarie karissimo principi et consanguineo suo gratiam suam et omne bonum. Gerentes de tue fidei puritate fiduciam pleniorem tibi omnia feoda, que quondam nobilis vir Albertus comes de *Dylon*[1]) ab imperio iusto titulo tenuit et possedit et que per mortem eiusdem ad manum nostram sunt ratione imperii legitime deuoluta usque ad felicem reditum nostrum ad partes regni Theutonie duximus committenda, volentes ut medio tempore nomine nostro eisdem feodis libere gaudeas et fruaris.

1) peruenerimus. Hdsch.
2) affectus. Hdsch.
3) So die Hdsch.
*) Nach einer einfachen Abschrift aus dem vor. Jhh.

1) Graf Albert von Dillingen, welcher i. J. 1257 kinderlos starb. Unter den Gütern, welche sein Bruder, der Bischof Hartmann von Augsburg, seinem Domkapitel schenkte, befanden sich wohl auch manche dieser Lehen, welche übrigens noch nicht ermittelt sind.

Vnde uniuersis et singulis ad feoda dicta spectantibus auctoritate presentium damus districtius in mandatis, quatinus tibi loco nostri tamquam domino feodi usque ad tempus predictum in hiis, in quibus tenentur, obediant et intendant ad plenum tibi de eorundem feodorum redditibus et prouentibus respondentes. In quorum omnium testimonium et euidentiam pleniorem hanc litteram nostram tibi transmittimus sigillo nostro regio communitam. Datum apud Walingford septimo die Januarii, indictione quarta, regni nostri anno quarto.*)

74. Bischof Konrat von Freysing verleiht dem Herzog Ludwig die ihm durch den Tod der Markgrafen von Hohenburg eröffneten Lehen.

Freysing am 18. September 1261.

Nos Chvnradus dei gratia frisingensis episcopus presentibus profitemur et scire uolumus uniuersis, quod omnia et singula feoda, que nobiles uiri bone recordationis Berhtoldus, Diepoldus, Otto et Lvdewicus fratres marchiones de *Hohenbvrch*, dilecti fideles nostri, ab antecessoribus nostris et a nobis nomine ecclesie nostre habebant, uel habere debebant in feodo, que etiam per mortem eorundem nobis libere vacare ceperunt, consanguineo nostro karissimo domino *Lvdewico*, illustri comiti palatino Rheni, duci Bawarie, ob fauorem et dilectionem, quibus ipsum tenemur suis meritis exigentibus prosequi, sperantes etiam ob id, ecclesiam nostram et nos ac homines nostros ab ipso amplioris benivolentie

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Der Rand des rothwächsernen, an einem Pergamentstreifen hängenden Majestäts-Sigels ist weggebrochen, ebenso auch der Kopf des auf dem Throne sitzenden Königes.

Abdrücke: Lory Lechrain nr. 7; Wiener Jhrb. der Litt. XLIV im Anzeigebl. nr. 53; Mon. B. 30ª nr. 802.

studio defensari, contulimus sibi et suis heredibus titulo feodali legittime possidenda.[1]) In cuius rei euidentiam et perpetui roboris firmitatem presentem paginam conscribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum et datum Frisinge anno domini M°CC°LXI, XIIII kalendas Octobris, quarta indictione.

75. Vergleich zwischen dem Bischof Eberhart von Worms und dem Herzog Ludwig über die bisherigen Irrungen.

Worms am 18. November 1261.

Eberhardus[2]) dei gratia wormatiensis ecclesie episcopus. Ne res bene et ẏdonee pertractate seu legitime diffinite calumpnia lacerentur contradicentium uel obliuione absorbeantur in posterum adinuento contra hec conuenienti remedio noticie inculcata presentium scripturis et testibus commendari solent memorie futurorum. Qua de re tenore presentium vniuersis hec lecturis uel audituris in posterum profitendo duximus declarandum, quod, cum iam dudum inter illustrem principem *Ludewicum* comitem palatinum Reni, ducem Bauwarie, pro parte una et nos et ecclesiam nostram pro parte altera super quibusdam feodis ab ecclesia *wormatiensi* prefato... duci competentibus, ac aliis rebus diutina grassante discordia dampna et iniurie irrogate fuissent a partibus hinc et inde,[3]) interponente se tandem, qui facit utra-

1) Die Lehen, welche die Markgrafen von Hohenburg und nach deren Abgang der Herzog Ludwig vom Hochstifte Freysing erhielt, sind noch nicht ermittelt.

2) Eberhart, aus dem Geschlechte der Rauhgrafen, v. J. 1258—1277.

3) Die Fehde zwischen dem Bischof und dem Herzog, in welche auch die Stadt Worms verwickelt wurde, weil sie für jenen Partei nahm, dauerte v. J. 1258—1261. Ann. Worm. bei Böhmer II, 196.

que unum, deo, pacis auctore, accedente etiam super hoc post diligentem tractatum et sepe reiteratam de utilitate ecclesie discussionem concordi totius capituli wormatiensis consensu, electis pariter ex parte dicti... comitis palatini quatuor maturioribus personis, consiliariis suis, videlicet Hermano de *Hurnheim*,[1]) Phillippo de *Hohenuels*, Hermanno de *Hegenberc* et Wernehero dapifero de *Alzeia*, ex parte uero nostra pari numero quatuor aliis, videlicet *Ruperto* comite Hirsuto fratre nostro, Berhtoldo de *Metis*,[2]) Wolframo de *Lewenstein*[3]) et Dithero dicto *Nortgezzere*,[4]) in eosdem octo uiros uotis concordibus super omnibus controuersiis inter nos existentibus, tam principaliter quam incidenter compromisimus pro sue discretionis arbitrio decidendis, ratum habituri mutuo, quicquid super premissis per ipsos foret concorditer arbitratum. Qui sollerti discussionis trutina lances arbitrii sui equaliter appendentes tale nobis ab utraque parte presentibus et acceptantibus arbitrium tam rationabiliter, quam concorditer promulgarunt. Primo quidem, quod dampnis et iniuriis pari compensatione sublatis rupta propter hoc inter nos pacis federa reformando utrique nostrum pro nobis et fautoribus nostris seu complicibus, exceptiis hiis, qui se a tali concordia tunc temporis[5])

1) Hürnheim bei Nördlingen, Stammsitz des davon zubenannten sehr alten und ansehnlichen Edelgeschlechtes, das im 13 Jhh. sich in mehrere Linien trennte. Dieser Hermann (1238—1275) war der Gründer der Linie, welche sich von Hahelting zubenannte. S. Weng: das Ries 2 H., S. 5 flg.

2) Er war vicedominus wormatiensis. Ann. Worm. l. c. p. 203.

3) Löwenstein, im badischen OA. Weinsberg, in dessen Nähe auf einer steilen Anhöhe die Burg Löwenstein stand und der alten Herrschaft Löwenstein den Namen gab.

4) In der Bestätigungsurkunde des Domkapitels d. J. die b. Cecilie wird dieser Diether genannt de Dirmestein., dictus Nortgessere. Dirmenstein, der Stammsitz dieses Edelgeschlechtes, liegt im Kanton Grünstatt.

5) tempis. Or. Es fehlt das Abkürzungszeichen.

diffidatione publica motu proprio sequestrabant, amicicias sicut puras sic perfectissimas iniremus, et deinde nos pro nobis sic ecclesia nostra libere et precise renunciaremus omni iuri, impeticioni seu actioni, nobis contra ducem nominatum ratione quorumcunque priuilegiorum aut iuris communis seu etiam consuetudinis competenti, excepto iure fidelitatis, quo nobis et ecclesie nostre ratione dictorum feodorum noscitur obligatus, infeodantes ipsum de omnibus et singulis feodis ab ipsis progenitoribus suis, sibi per ecclesiam nostram de iure debitis, que in sua hucusque tenuit potestate,[1]) absoluendo insuper ipsum et omnes fideiussores suos, nobis pro mille marcis obligatos, pro reditione *noue ciuitatis* per nos capte, restituturi sibi et capitulo nostro mandantes restitui, uniuersa instrumenta seu priuilegia in sacrario nostro uel alibi reposita contra ipsum, accepto ferentes et contenti ab ipso pro nobis et ecclesia nostra quantitate quingentarum marcarum numeratorum et legalium coloniensium denariorum pro uniuersis obligationibus, quibus nobis et ecclesie nostre astrictus quomodolibet tenetur. Nos igitur ut supradictorum uirorum arbitrio, secundum quod debuimus pareremus, omnia et singula per ipsos tunc communiter arbitrata, ne quid esset, quod nobis imputari posset, nequaquam differenda duximus, sed prout promulgata fuerant ipsa loco et tempore per ordinem perduximus ad effectum. Ut autem hec firma, rata et inconuulsa habeantur, presentes litteras sigilli nostri caractere duximus roborandas. Huius rei testes sunt: *Burcardus* decanus, *Jacobus* cantor maioris ecclesie *wormatiensis*, *Gebhardus* prepositus sancti Pauli eiusdem ciuitatis, Conradus de *Stralenberc*, *Eberhardus* filius *Gerhardi* magni, *Gerhardus* camerarius wormatiensis, Albertus

1) Precipue villam Neckerawen cum appenditiis suis iure feudali dinoscitur retinere ab ecclesia wormatiensi. Ann. Worm. l. c. p. 202.

Liuzmannus, Hademarus de *Labere*, Fridericus et Hermannus de *Hurnheim* fratres et alii quam plures. Actum in litore Reni Wormatie ex opposito ciuitatis, anno domini MCC sexagesimo primo, quarto decimo kalendas Decembris.*)

76. Die Herzoge Heinrich und Ludwig vergleichen sich über die seitherigen Irrungen.

Freysing am 24. Jänner 1262.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Heinricus dei gracia palatinus comes Reni, dux Bawarie vniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in uero omnium salutari. A progenie in progenies misericorditer prouidens humane conditionis deffectui summa bonitas obliuionis et calumpnie discriminibus gloriose memorie remedium sic adiecit, ut adiuta ministerio testium et scripture modernis hominibus actus longe preteritos et presentes futurorum noticiis manifestet. Recognoscimus igitur et scripti presentis testimonio profitemur, quod cum a tempore diuisionis 1) nostre usque modo diuersarum inter nos et karissimum fratrem nostrum *Lodewicum* comitem palatinum Reni, ducem Bawarie, de uaria impeticione bonorum et hominum questionum controuersia perdurasset, a pacis auctore celitus inspirati, ut sine scrupulo fraterni amoris inter nos amodo constantia perseueret, vnacum eodem

*) Nach dem Orig. im k. Staatsarchive.
Abdruck: Schanat hist. Worm. II, 130.

1) Die Theilung, welche zu Ostern d. J. 1255 gemacht wurde, kennen wir nur aus den Chronisten, namentlich aus Hermann altah. (bei Böhmer II, 511), da die Theilungs-Urkunde verloren gegangen, und schon im 16. Jhh., wie wir aus einer Bemerkung Köllners in dessen Registratur-Beschreibung ersehen, nicht mehr vorhanden war.

fratre nostro conuenimus in hunc modum, quod uidelicet ex parte nostra in uiros discretos fideles nostros Ludewicum pincernam de *Flvgelsperch*, Sifridum de *Frowenberch*, Heinricum de *Pholinge* et Heinricum de *Rorbach*, de parte uero fratris nostri in Berhtoldum marschalcum de *Schiltperch*, Arnoldum de *Mœssenhusen*,[1]) Wienhardum de *Rorbach* et Heinricum de *Isoltsriede* hac lege extitit conpromissum, scilicet ut per nos ambos quicquid idem octo ministeriales nostri arbitrati fuerint in predictis perpetuo seruaretur, de quo iuramento prestito corporali plenam fecimus cautionem. Octo igitur antedicti assumpto consanguineo nostro Friderico de *Trvhending* vnacum eo, cuius presentia uotiua nobis fortuna obtulerat, deliberato consilio huius tenoris arbitrium protulerunt. **1.** Karissimus frater noster prelibatus predia et homines in montanis, castra quoque *Hadmarsperch*,[2]) *Rorbach*[3]) et *Eschenbach*,[4]) insuper et medietatem bonorum et hominum in *Wachaw*[5]) et *Schvttenhoven*[6]) cum omnibus suis pertinentiis et aliis quibuscumque bonis et hominibus parti sue subiacentibus tenebit omni impeticione nostra usque nunc mota in hiis ad ipsius preiudicium quiescente, parti uero nostre medietas bonorum et hominum in Wachaw, prouentus quoque mutarum et theloneorum nostrorum

1) Mässenhausen an der Mosach bei Freysing, Stammsitz des davon zubenannten Edelgeschlechtes, welches zu Anfang des 15. Jhh. mit Wilhelm erloschen ist.

2) Hadmarsberg, welches erst unlängst durch das Erlöschen des gräflich Falkensteinischen Hauses augefallen war.

3) Rohrbach bei Roding.

4) Stadt-Eschenbach, Sitz eines Landgerichtes.

5) Wachau in Oesterreich ob der Enns.

6) Schüttenhofen, Stadt in Böhmen, vormals Besitzthum der Grafen von Bogen, nach deren Absterben von dem Könige von Böhmen in Besitz genommen, gab der König Otochar nach seinem unglücklichen Kampfe mit den Herzogen von Bayern nebst Schärding, Neuburg und Ried denselben zurück.

ac etiam bona circa *Scherding*,[1] *Hagenaw*[2] et *Riede*[3] necnon castrum *Angerberch*[4] et due hube *Ratispone* et cetera queque, homines et bona in partium nostrarum terminis constituta remanebunt, de quibus inter nos hactenus questio mouebatur. **2.** Sane terra fratris nostri aput *Renum*, cum hominibus maioribus et minoribus et omnibus aliis attinentiis suis, siue in sua seu aliorum hoc tempore potentia teneatur,[5] de bona uoluntate nostra et sine impedimento quolibet remanebit[6] in posterum iuri suo. **3.** Reliqua ubicumque terrarum bona ambobus nobis iure hereditario conpetentia, que ad presens ab aliis occupantur, cum ad nostram fuerint potentiam deuoluta, deductis expensis equaliter diuidentur, presertim feoda quocumque locorum nobis uacatura uel ambo pariter conferre uel partiri debebimus ea simul. **4.** Sic de hominibus nostris cuiuscumque conditionis diffinitum extitit, quod uterque nostrum eos cum uxoribus et prole deinceps habere debeat, quod ad presens dinoscitur in sua potestate uel obsequio retinere, hiis dumtaxat nominatim exceptis videlicet Vlrico de *Chamerberch* et liberis ipsius, quos nos tradidimus fratri nostro, et Vlrico de *Mœssenhusen* cum uxore ac pueris suis nobis ab ipso fratre nostro traditis e conuerso. **5.** Si quis uero ex ministerialibus vnius nostrum de terminis alterius uxorem duxerit, ambo gratum habebimus, ipsa quoque sponsa ditioni illius, ad cuius traducta est terminos, remanebit. **6.** Item de rusticis et aliis personis inferioribus obseruetur. **7.** Ceterum quia castrum *Inchoven*[7] fratri nostro a matre nostra karissima dinoscitur pro quadam summa peccunie obligatum, soluta sibi per nos

1) Schärding im österr. Innkreise.
2) Hagenau im Ldg. Vilshofen.
3) Ried im österr. Innkreise.
4) Das Schloss Angerberg bei Rattenberg in Tyrol.
5) teneantur. Orig.
6) remanebunt. Orig.
7) Inkofen im Ldg. Rottenburg.

medietate pensionis eiusdem, ipse frater noster matri nostre castrum idem resignabit, in quo ab ea non alii, quam ipsi castro attinentes homines locabuntur. Neuter uero nostrum deinceps pro aliquo mutuo sibi castrum idem uel alia bona ipsius matris nostre sine uoluntate alterius uendicabit, sed sic tempore diuisionis omnium bonorum ipsius matris nostre prestolabimur, ut in castris uel aliis bonis eius neuter alium preueniat captiose. **8.** In parte quidem alterius neuter nostrum castrum uel munitionem eriget uel emet neque ulla predia sine uoluntate et licentia alterius, nisi forte hereditario uel feodali iure alter nostrum ius habere in talibus dinoscatur. **9.** Volumus firmiter decernentes, ut quilibet coram eo primum iudice, in cuius residet officio, conueniatur, ubi si forte respondere noluerit uel actori fuerit ab illo iudice iusticia denegata, istorum altero per duos testes idoneos conprobato, poterit actor ipsum coram alio iudice, aput quem uidelicet aliqua pars bonorum ipsius inuenietur uel magis actio conpetere uidebitur, conuenire. **10.** Confiniorum nostrorum sic tranquillo statui consuletur, ut ex parte utriusque nostrum tres uiri discreti ab altero postulati in singulis confiniis ordinentur tanta prediti potestate, ut in causis ipsorum terminorum non possit ab eis ad nos quispiam appellare, sed eorum parebitur sententiis in hac parte. De terminis confiniorum iidem ex utraque parte sex assumptis uiris totidem sue partis omne dubium terminorum distinguent ita, ut quicquid per eos mediante iurisiurandi sacramento distinctum fuerit, a nobis uel iudiciis nostris aliisue personis transgredi nullatenus presumatur. Ad placitum si quidem uenientes hii confiniorum rectores sex utrimque uiros ad sententiandum adducent adhibito uno terminorum auditore, ut nequaquam tredecim uirorum numerus excedatur, ne de fauore multitudinis suspitio possit haberi, per pauciores autem et inparis numeri sententiam dari licet. **11.** Promisimus etiam fide data, quod uterque nostrum

in partis sue districtibus omnibus fidelibus, fassalis, ministerialibus et reliquis hominibus nostris de omni querimonia iudicium fieri disponemus daturi super hoc tantam nostris iudicibus potestatem, ut si quis eorum non iudicauerit, ut congruerit, nostro illum iudicio coartemur. **12.** Libertate strate publice a neutro nostrum ad grauamen alterius obstaculum patiente. **13.** Fraterni quippe amoris et alterne indempnitatis hec inter nos erit soliditas, ut quicquid alter nostrum ex hiis, que iam suam portionem respiciunt, euictione iuris perdiderit, alter ei teneatur in parte dimidia conpensare et exnunc ambo inuicem contra cuiuscumque hominis iniurie seu potestatis incursum pro tempore uite nostre indefessis debeamus uiribus adiuuare. **14.** Demum si quid forte octo denominatorum arbitrorum nostrorum ex obliuione reliquit diligentia indiscussum, ratum habebimus cum articulis antedictis, quando illud eorum curauerit sagacitas promulgare. Si quem uero de numero eorundem subtraxerit casus mortis, septem superstites eligent alium loco sui. Ad perennem itaque predictorum memoriam et cautelam presentem litteram conscribi fecimus, nostrique sigilli munimine roborari cum testibus annotatis, qui sunt reuerendus in Christo pater et consanguineus noster dominus Chvnradus venerabilis episcopus *frisingensis*, Gebhardus comes de *Hyrzperch*, Hadmarus de *Laber*, Hermannus de *Haegenberch*, Grimoldus et Heinricus de *Prisingen*, Fridericus de *Perge*, Vlricus de *Saumerdorf*, Berhtoldus de *Frawenberch*, Vlricus de *Mosen*, *Schiltwatzer*, Vlricus de *Schiltperch*, Chvnradus comes de *Mosburch*, Chvnradus de *Luppurch*, Berhtherus de *Vttendorf* liberi, Wernhardus de *Hagenaw* et alii quam plures. Actum Frisinge anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, nonis kalendis Februarii.*)

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Das nicht gut erhaltene Rautensigel hängt an grünen und gelben Seidenfäden.

77. Der Erzbischof Engelbert von Köln und Herzog Ludwig übertragen die Beilegung ihrer Streitigkeiten einem Schieds-Gerichte und verbinden sich zu gegenseitiger Hülfe.

Bonn am 1. Juli 1262.

Engelbertus[1]) dei gratia sancte coloniensis ecclesie electus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, vniuersis presentes litteras visuris salutem. Cum linea naturalis expostulet, vt cum domino *Ludewico* inclito palatino Reni, duce Bawarie, consanguineo et amico nostro karissimo vnum debeamus esse par amicitie, constare volumus vniuersis, quod super multis et antiquis questionibus inter nos et predecessores nostros ex vna parte, ac ipsum et suos progenitores ex altera per arbitros sedandis, et in quos hinc inde compromisimus, secundum quod in scriptis inde confectis plenius continetur, in hanc conuenimus amicicie vnionem, videlicet quod eidem pro tempore vite nostre, cum ab eo uel suis procuratoribus requisiti fuerimus, auxilio, consilio et fauore contra quamlibet personam, excepto imperio romano et aliis, quos cum honore nos non deceret impugnare, potenter et patenter assistemus, suos principatus et honores pro nostra possibilitate defendentes, ita tamen, quod Bawariam non intrabimus, ipse vero dominus Lodewicus palatinus Reni ad consimilia nobis precise permanebit obligatus. Ad predicta itaque sincere ac fideliter inter nos obseruanda, fide data uice sacramenti in manus dilecti germani nostri Philippi de *Hoynuels* et E. archidiaconi *eistetensis*, prothonotarii dicti domini L. palatini, suorum fidelium consiliariorum duximus compromittendum. Et cum personaliter conuenerimus, secundum quod inter nos per nostros consiliarios est condictum, corporale mutuo prestabimus iuramentum su-

1) Engelbert II, aus dem edlen Geschlechte derer von Hohenfels, v. J. 1261—1275.

per predictis omnibus sine dolo et captione fideliter obseruandis. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Bunne, kalendis Julii anno domini millesimo CCLX secundo.*)

78. Herzog Heinrich bestätiget die ihm als Vogt über die Güter des passauischen Domkapitels zustehenden Pflichten und Rechte.

Passau am 15. Dezember 1262.

Nos Heinricus dei gratia palatinus comes Reni, dux Bawarie, tenore presentium declaramus, nobis fore presentatas super aduocatia nostra in bonis venerabilium virorum capituli ecclesie *patauiensis* litteras in hunc modum. Hoc est statutum ius aduocati. De integra[1]) huba unum modium avene, de villicatione,[2]) que habet duas hubas, duos modios avene, de minori villicatione vnum modium avene. Aduocatus noster debet habere vnum placitum tempore graminis et aliud tempore feni, ad quod placitum quilibet rusticus noster uenire debet. Quod si obmittit, dabit sexaginta denarios, nisi possit

*) Nach dem Orig. im k. Staatsarchive.

Das anhängende in Leinwand eingenähte Sigel ist zerbröckelt.

1) Oder wie sonst gewöhnlich plena, d. h. eine solche, welche die erforderliche Anzahl von Tagwerken an Grund und Boden umfasste. Im Durchschnitte dürften 60 Tagwerke zu einer huba integra gehören.

2) Darunter versteht man ein Gut, einen Hof, welchen die Grundherrschaft durch einen villicus entweder verwalten oder bebauen liess. Im letzteren Falle, wenn nämlich der villicus denselben für eigene Rechnung bebaute, musste er, wie jeder Zinsbauer an den Herrn die Gült zahlen und andere darauf liegende Lasten tragen.

impedimento legitimo excusari.[1]) Quando aduocatus sedebit in placito, prepositus noster cum eo sedebit, et cum stivra fuerit impensa, prepositus noster eam congregans aduocato assignabit. Quicumque ad alienam potestatem nupserit, tenetur dare nobis et aduocato, quantum constat in gratia nostra. Aduocatia nullo iure conferri et obligari potest, nisi manu nostra. Vbicumque rusticus noster residens fuerit, super alienis prediis, ille persoluet aduocato quinque caseos valentes tertium dimidium denarium. Quicunque autem residens est in bonis nostris, non dabit illos quinque caseos. Quicumque rusticorum nostorum ducit vxorem, que est alius ecclesie, cuius ipse etiam tenet aduocatiam, non debet impeti ab aduocato , set a nobis. Quicumque rusticus nobis adtinet, nisi duo placita aduocati debet querere. Officialis etiam, cum voluerit pro suis et nostris negotiis transire ad homines nostros, non debet sumptus habere maiores, nisi quatuor equitaturas. Habet etiam maior aduocatus, non officialis tale ius locandi equos suos per noctem in nostris possessionibus ter in anno, in estate bis, semel in hyeme, sub hac forma. Villicus tenebit IIII^{or} equis, hubarius duos, dimidiarius hubarius vnum, serui autem procurabuntur sine vino et pullis. Jus instituendi et destituendi manet aput cellerarium nostrum et officiales nostros, nisi aduocatus ab officialibus uel nostro cellerario fuerit requisitus. Venationes, piscationes in possessionibus nostris preter aduocatum cellerarius noster libere exercebit. Si cellerarius deponet querimoniam aduocato de aliquo rusticorum, quem per se cohercere non potest, aduocatus hunc cohercebit et

1) Gewöhnlich pflegten alljährlich drei Vogtdinge abgehalten zu werden. Ihre Zahl war stets festgesetzt, damit nicht die Vögte, welche für die Vogtdinge gewisse Einkünfte bezogen, in beliebiger Zahl solche abhielten, um hiedurch letztere zu vermehren, oder zu Zeiten, welche den Bauern ungelegen seyn konnten.

emendam, videlicet LX denarios, cellerarius noster recipiet et equaliter diuidet cum aduocato Quicumque uero rusticorum requisitus ab aduocato uel officiali suo fuerit et bis ad quatuordecim dies non soluerit ius aduocatie, non plus gravabitur ab aduocato quam in duplum. Item in parrochiis et ecclesiis, in dotibus et emunitatibus ecclesiarum nostrarum, in decimis, sacerdotibus et clericis nostris nullum ius habebit aduocatus, sed pure debet nos in eisdem defendere propter deum. Si quando aduocatus noster in anno uoluerit accipere stivram, de consilio cellerarii nostri et aliorum officialium nostrorum, si tempora erunt talia. Villicatio decimis instructa dimidiam libram dabit, villicatio minor sine decimis tres solidos, integra huba LX denarios, dimidia huba XXX denarios, quartale XV denarios, censualis, qui non est in bonis nostris X denarios. Hec omnia de patauiensi moneta soluentur. Quamdiv uero possessiones nostre sunt inculte et non redierunt ad plenum seruitium, nobis recipientibus dimidium seruitium, ipse dimidium ius aduocatie in stivra etiam recipiet et nobis recipientibus plenum seruitium, ipse recipiet plenum ius aduocatie et plenam stivram. Si fur uel proscriptus fuerit in bonis nostris, aduocatus propter hoc non tollet res nostras, sed officialis noster, si aput iudicem reum benigne absoluere non poterit, cingulo, quo cinctus fuerit, ipsum iudici assignabit saluis rebus nostris. Item si aduocatus voluerit cogere rusticum nostrum per pignus aliquod, non tollet araturas nostras, quod wlgo hofgeriht dicitur, ne propter hoc locus ille incultus remaneat et desolatus. Ceterum si in possessionibus nostris homines decesserint sine heredibus, relictas res non tollet aduocatus, sed integraliter nobis cedent. Hos articulos ad petitionem ipsius capituli sigillo nostro ad cautelam obseruationis perpetue duximus confirmandos. Datum Patauie anno domini MCCLXII, XVIII kal. Januarii. Set quia sigillum nostri nominis mutauimus et alio, nouo

videlicet nunc utimur, presentem litteram, appositione noui sigilli nostri approbauimus iam secundo. Scriptum in Vilshovon anno domini MCCLXXVII quarto idus Decembris.*)

79. Herzog Heinrich vergleicht sich mit dem Hochstifte Passau über die seitherigen Irrungen.

Passau am 15. Dezember 1262.

Heinricus dei gratia palatinus comes Reni, dux Bawarie, vniuersis hanc audituris paginam uel uisuris in perpetuum. In communem uenit noticiam, quam sit laudabiliter ordinata prouisio contra obliuionis et calumpniarum discrimina conpetenti remedio testium et scripture gesta principum perenni memorie commendari. Quapropter tenore presentium singulorum noticiis cupimus aperire, quod, cum longo hactenus tractu temporum inter *pataviensem ecclesiam* ipsiusque pontifices et rectores ex una parte nostrosque progenitores et nos ex altera diuersarum durauerit controuersia questionum, que ducta sepe in actus bellicos et discordes utriusque partis dampna non modica dinoscitur intulisse, inspirante domino, quo auctore ad uindictam malorum, laudem uero bonorum, nostri gerimus gubernaculum principatus, presidente quoque ipsi ecclesie domino *Ottone* venerabili episcopo, de communi consilio et consensu capituli ac ministerialium eiusdem ecclesie nostrorumque amicorum et fidelium consiliis et inductu prehabite deliberationis mature cum do-

*) Das Reuter-Sigel ist stark beschädiget.

Abdrücke: Biblioth. h. Gött. p. 185 mit erheblichen Abweichungen; Mon. B. 29[b], 524, wo das Sigel beschrieben ist.

Diese Urkunde war doppelt ausgefertigt, wie es scheint, da der Abdruck in der erwähnten Bibl. vielfach abweicht, doch ist nur mehr jenes Exemplar vorhanden, nach welchem der voranstehende Abdruck besorgt wurde.

mino episcopo et ecclesia memorata duraturam perpetuo concordiam contraximus in hunc modum, quod uidelicet nos et heredes nostri vna cum *Ludwico* fratre nostro germano, si pro eo duxerimus postulandum, a predicta ecclesia in feodo teneamus omnia, que bone memorie de *Pogen* et de *Ortenberch* comites et *palatinus*[1]) Bawarie ab eadem ecclesia feodi titulo possederunt, que et nos hactenus, preterquam in *Austria*, dinoscimur possedisse. Habebimus insuper eodem titulo comeciam inter fluuios *Rornach* et *Reginprukke* a superiori et *Nezelpach*, et *V̊til-bach* ab inferiori parte distinctam. E conuerso quidem decimas in *Gnævtinge* et *Perin*[2]) ipsi patauiensi ecclesie restituimus absolutas, ac etiam decimas noualium in *Landawe* iure patronatus eiusdem parrochialis ecclesie in *Freimæringe*[3]) siue Landawe nostre ditioni perpetuo remanente. *Rotenberch* quoque cum suis pertinentiis libere dimittimus ipsi ecclesie patauiensi, et similiter *Sebach* cum suis attinentiis et quicquid iuris in pascuis et silva *Wetern* habuit ex antiquo, obligationem bonorum in *Ahalming*,[4]) *Penzling*[5]) et *Gerchwis*[6]) pro ducentis marcis argenti quondam a supradicta ecclesia nobis factam spontanee relaxantes. Cedimus etiam iuri nostro castrensi in *Obernperge*[7]) ac etiam infeodationi alterius duarum domuum in nouo foro *Patauie* sitarum, que Wengarii siue Holzhaimerii nuncupantur.[8]) Ad hec si quam patietur impetitionem dominus episcopus aut ecclesia memorata ab heredibus comitis de *Ortenberch*, pro hiis bonis, que ad

1) Nämlich Rapoto aus dem Hause Ortenburg.
2) Gnaiding und Pöring im Ldg. Landau.
3) Das Pfarrdorf Framering im Ldg. Landau.
4—5) Aholming und Penzling im Ldg. Deggendorf.
6) Gergweis im Ldg. Landau.
7) Obernberg, im österr. Innkreise.
8) Wie man jetzt die Häuser numerirt, so bezeichnete man sie im Mittelalter durch die Namen ihrer Erbauer und ersten Besitzer, und sie blieben den Häusern gewöhnlich auch dann noch, wenn diese in andere Hände kamen.

nostram possessionem ex decessu progenitorum suorum sunt prefate infeodationis titulo deuoluta, de tali impetitione ipsum episcopum et ecclesiam absoluemus. Item a bonis in *Helmbrehtschirchen*[1]) spectantibus plane cedimus, contra pertinentiarum ipsius detentores cooperaturi domino episcopo iusticia mediante. In prediis quoque ipsius episcopi preter antiqua iura, iudicium non exercebimus nos uel nostri, de quibus iuribus, si contentio suborta fuerit, ad consilium utrimque trium uirorum terminabitur, adhibita conscientia uicinorum. Infra riuulos quippe *Stainpach* et *Marchpach* et ciuitatem patauiensem iudicio et aduocatia carebimus, alias uero in bonis capituli patauiensis et *Nicolaitarum*[2]) iudicio et aduocatia nostra fruemur. Vtraque sane moneta, nostra uidelicet ac etiam ciuitatis predicte absque impedimento partis alterius cursum debitum obtinebit. Ceterum tam episcopus idem quam capitulum et nos cassabimus et refutabimus instrumenta quelibet siue priuilegia obtenta olim ab alterutra partium contra alteram, puta de *Linza* et *Anaso* et consimilibus utrobique, et carebunt exnunc omni robore firmitatis. De uictualibus domini episcopi ac etiam capituli et conuentus dominarum patauiensium in terris et aquis nostris per Bawariam, nec muta nec theloneum requiretur, et hoc ipsum nobis obseruabitur in omnibus locis ecclesie supradicte. Demum si quis ex ministerialibus utriusque partis ex alterius familia uxorem duxerit, gratum utrimque tenebitur et proles inde nata equaliter diuidetur, ut primogenitus patrem sequatur ex iure pertinentie, unicus autem heres communis erit, et proles ex eo genita diuidetur, nec ob alternata huiusmodi coniugia carebunt iure sue proprietatis, uel feodi contrahentes hoc iure seruando de contractibus tam preteritis quam futuris. Ad quorum omnium perennem

1) S. Bd I, 141 Note 8.
2) Nämlich der Mönche des Kl. St. Nicola bei Passau.

obseruantiam iuramentis partium super altare beati Stephani prothomartiris confirmatam presentem litteram sigillo nostro placuit communiri cum testibus annotatis, qui sunt: Meingotus prepositus, *Poppo* decanus, *Otto* cantor et ceteri fratres eiusdem capituli, ex laicis uero Fridericus burkrauius de *Nůrenberch*, Albertus de *Hals*, Heinricus de *Rorbach*, Otto de *Frawenberch*, Heinricus de *Pfôling*, Grimoldus de *Prising*, Heinricus de *Ror*, Wimarus *asinus*, Hartliebus de *Winzer*, Richkerus de *Ahaim*, Heinricus de *Harthaim*,[1]) Otto de Truna et alii quam plures. Actum Pataule anno incarnationis domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo XVIIII kal. Januarii.[*])

80. König Konradin vermacht, im Falle er ohne Erben sterben sollte, dem Herzog Ludwig alle seine Besitzungen.

Wilten am 16. April 1263.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Chůnradus secundus dei gratia Jerusalem et Sÿcilie rex, Swevie dux.[1]) Vt sinceris beniuolentie fauoribus, quibus nos karissimus auunculus noster *Lodewicus*, inclitus comes palatinus Rheni, dux Bawarie, paternis affectibus tamquam filium vnicum educauit, respondeamus liberaliter, eosdem remuneratione debita et merita transcendentes tenore presentium vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris notum fieri volumus, quod nos eidem auunculo nostro Lodwico omnes proprietates nostras in qui-

1) Hartheim, nicht ferne von Ingolstadt.

*) Abdrücke: Hund metr. I, 387; Mon. B. 28ᵇ, 384.

1) Konradin erbte mit den Hausgütern in Schwaben und Franken auch den Titel eines Königs von Jerusalem und Sicilien und Herzogs in Schwaben, und betrachtete und benahm sich auch als Reichsoberhaupt, daher er sich auch auf seinem Sigel, welches man irrthümlich als das seines Vaters angesehen hat, mit den Reichsinsignien abbilden liess.

buscumque terris sitas, ad nos generaliter et specialiter a quibuscumque nostris progenitoribus ex iure hereditario et proprietario deuolutas, cum omnibus hominibus, maioribus et minoribus, iuribus, honoribus, dignitatibus, dominiis terrarum, ciuitatum, castrorum, opidorum quorumlibet et villarum nec non aliis bonis et rebus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, agris, pratis, pascuis, siluis, viis et inviis, aquarum decursibus et generaliter omnibus pertinentiis, in quibus tam nobis, quam progenitoribus nostris ius in eisdem proprietatibus competebat, si, quod absit, sine heredibus nos decedere contingerit, donauimus pleno iure proprietatis perpetuo possidendas hoc incluso, quod de eisdem proprietatibus tam consorti nostre, si qua nobis processu temporis ex dei arbitrio fuerit sociata, quam etiam in remissionem nostrorum peccaminum nobis dare liceat celitus inspirati, quod nobis uidebitur expedire. Demum promisimus pura fide et nos per scripta presentia obligamus, ut omnia feoda nostra eidem auunculo nostro conferri disponamus et etiam fideliter procuremus adhibita unacum auunculo nostro sollicitudine et diligentia diligenti a dominis, de quibus eadem feoda dinoscimur possidere. Ad cuius rei memoriam et robur predicte nostre donationis perpetuo valiturum presens priuilegium fieri et regii nostri karacteris impressione cum subnotatis testibus iussimus insigniri. Testes autem sunt: dominus Chůnradus venerabilis abbas de *Roth*, *Meinhardns* comes Goricie et Tyrolensis,[1]) Heinricus comes de *Eschiloh*[2]) et Heinricus

1) Meinhart II, dessen Vater, Graf Meinhart von Görtz, durch seine Vermählung mit einer Tochter des letzten Grafen von Tyrol i. J. 1254 die Grafschaft Tyrol erhalten hatte, starb i. J. 1295.

2) Eschenloh an der Loisach im Ldg. Werdenfels. Die Grafen, welche sich davon zubenannten und von den Grafen von Eppan abstammten, erloschen, nachdem sie die meisten ihrer Güter verkauft oder verschenkt hatten, in der Mitte des 14. Jahrhunderts.

filius suus, Berhtoldus comes de *Eschiloh*, Meinhardus comes de *Rotineke*, Heinricus de *Sevelt*,[1]) Pernhardus et Gebhardus de *Wilheim*,[2]) Hermannus iunior de *Hůrnheim*, Volkmarus et Markwardus filius suus de *Keminata*, Hermannus de *Hæginberch*, Chůnradus de *Swangow*,[3]) Wernherus de *Tablat*, Bartholomeus de *Wale*,[4]) Ůlricus de *Frivndisperch*, Chůnradus et Fridericus filii sui, Grimoldus et Heinricus de *Prisingen*, Gebhardus et Fridericus de *Velwen*, Perhtoldus dapifer de *Waltpurch*, Heinricus de *Lovbinberch*,[5]) Hermannus dictus *Wildman*, Chůnradus de *Swarzinburch*,[6]) Chůnradus de *Wildenrode*, Rodbertus iunior de *Lechisperch*,[7]) Heinricus de *Perneke*,[8]) Chůnradus de *Starchinberch*,[9]) Harthmannus *Tarandus*, Chůnradus de *Paizwile*,[10]) Pertholdus de *Ernsperch*, Sifridus plebanus de *Niwinburch*, Chůnradus plebanus de *Ebise*, Albertus et Ůlricus notarii et alii quam plures. Actum et datum in claustro Wilntin anno domini MCCLX tertio, sexto decimo kalendas Maii, septima indictione.*)

1) Seefeld im Ldg. Starnberg. Der Stammsitz der Edlen, welche sich davon zubenannten, ist wohl die Veste Schlossberg bei dem Dorfe Seefeld zwischen Mittenwald und Zierl in Tyrol.

2) Weilheim, Sitz eines Ldg. Die Edlen, welche hier ihren Sitz hatten, gehörten zu dem höheren Adel und sollen mit den Huosiern versippt gewesen seyn.

3) Schwangau, Ldg. Schongau.

4) Waal im Ldg. Buchloe.

5) Laubenberg bei Immenstadt.

6) S. Bd. I, 32 Note 1.

7) Rauhenlechsberg, Ldg. Schongau.

8) Bernekk im tyrol. Ldg. Landek.

9) Starkenberg im tyrol. Ldg. Imst.

10) Baisweil im Ldg. Kaufbeuern.

*) Nach dem Original im k. Hausarchive.

Vom Sigel ist nur die Figur des auf dem Throne sitzenden Königs gut erhalten.

Abdrücke: Aettenkhover S. 170; Ludewig Germ. princ. I, 874; Lory Lechrain nr. 9; Hormayr Beitr. zur Gesch. Tyrols II, 105; Mon. B. 30ª, nr. 804.

81. König Konrad vermacht dem Herzog Ludwig alle Güter, die sein Grossvater König Friedrich II. von dem Grafen Ulrich von Ulten erkauft hat.

Wilten am 17. April 1263.

Chv̊nradus secundus dei gratia Jerusalem et Sycilie rex, dux Sweuie vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris hanc paginam intuentibus salutem in uero fidelium saluatore. Quia diuturnitas temporis obliuionem ingerit rebus gestis, ne facta hominum dubietate vel varietate aliqua infirmentur, accurata debet sollicitudine prouideri. Presentis igitur priuilegii serie tam presens etas quam futura cognoscat, quod nos fidem puram et pietatis affectus, quibus nos karissimus auunculus noster *Lodwicus*, inclitus comes palatinus Rheni, dux Bawarie paterno more tamquam filium vnicum educauit, ante mentis nostre oculos iugitur preponentes, eidem omnem proprietatem nostram, quam diuus Augustus *Fridericus* imperator, auus noster memorie recolende aput virum nobilem comitem v̊lricum[1]) quondam de *Vltimis* emisse dinoscitur, et nobis nunc iure hereditario competentem videlicet nouum castrum in monte *sancti Petri* in *valle Eni* situm et omnem aliam proprietatem et bona ad progenitores nostros ex morte dicti comitis deuoluta infra nemus *Schœrnz* et montem *Vern*[2]) posita donauimus pleno iure proprietatis cum omnibus iuribus, honoribus, dignitatibus, necnon hominibus maioribus et minoribus et aliis rebus cultis et incultis, quesitis et inquirendis, pratis, agris, siluis, pascuis, viis et inviis, aquarum decursibus et omnibus aliis pertinentiis liberaliter et solute perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium et maioris roboris

1) Ulrich, Graf von Ulten, st. um d. J. 1247. S. Hormayr s. W. II, 118.

2) Die Güter, welche K. Friedrich erkaufte, lagen zwischen dem Berge Fern bei Nassenreut und dem Scharnitzer Hochwald.

firmitatem presens priuilegium cum subnotatis testibus sigilli nostri karactere iussimus communiri. Testes autem sunt: Volkmarus de *Keminatin* et Markwardus filius eius, Hermannus de *Hæginberch*, Gebhardus de *Velwwin*, V̊lricus de *Friwndisperch*,[1]) Heinricus de *Prisingen*, Heinricus de *Isoldisried*, Albertus et V̊lricus notarii et alii quamplures. Actum et datum aput claustrum Wilntin anno domini MCCLX tertio, XV kalendas Maii, septima indictione,*)

82. Bischof Egno von Trient belehnt den Herzog Ludwig mit den seiner Kirche durch den Tod des Grafen Siboto von Hadmarsberg eröffneten Lehen.

Trient am 21. April 1263.

In Christi nomine amen. Ut geste rei ueritas vniuersis et singulis clarius elucescat hominibus virorum prouidentia sapientum sic solet sua facta literarum testimonio commendare, quod inpetitoris litigio alicuius non facile poterunt infirmari, quia scriptura uiuax facit stabile, quod sine ipsa non fuit stabile, de mortalium quoque mente dubium remouens ueritatis testimonium perhibere in eternum. Nouerit igitur tam presens etas quam successura posteritas, quod nos Egno[1]) dei gracia tridentine ecclesie episcopus de consilio concanonicorum nostrorum et consilio ciuium tridentinorum, inspecta fidelitate seruitiorum sincera, quam illustris *Lodewicus* comes palatinus Reni, dux Bawarie nobis et ecclesie tridentine poterit

1) Nämlich Freundsberg. S. Hormayr a. a. O. 113.

*) Nach dem Original im k. Hausarchive.

Das an einer Schnur von rothen und grünen Seidenfäden hangende Maj. Sigel ist stark verletzt.

Abdrücke: Aettenkhover S. 168; Lory Lechrain nr. 8; Hormayr Beitr. II, nr. 51; Mon. B. 30ª, nr. 805.

1) Egno, aus dem Geschlechte der Grafen von Eppan, v. J. 1249—1273.

exibere annuente domino in futurum, cum in se et suos heredes licet absentem et venerabilem Chůnradum abbatem de *Rote* uice et nomine ipsius recipientem de omnibus feudis ex morte condam fidelis nostri Sibottonis comitis de *Hademarsperch* in nostram ecclesiam deuolutis cum omni iure, onere et honore et omnibus iurisdictionibus eisdem in integrum pertinentibus tam in castris quam in uillis et in territoriis, secundum quod ea prelibatus comes de Hademarsperch ubique locorum ab ecclesia nostra possidebat, inuestimus de gracia liberali ita, quod prelibatus comes palatinus Reni, dux Bawarie et eius heredes ipsa feuda imperpetuum habere et tenere debeant[1]) a supradicta ecclesia tridentina et a nobis et successoribus nostris secundum morem recti et honorabilis feudi sine nostra nostrorumque successorum seu alicuius alterius contradictione. In cuius rei testimonium et euidentiam pleniorem presentem paginam tam manu publica quam nostri sigilli munimine cum nominibus testium, qui presentes aderant, fecimus roborari. Actum Tridenti in pallatio nostro presentibus *Gotsalcho* decano, *Adelpretto*, *Bononio*, *Husone* canonicis tridentinis, Januario priore sancte *Marie coronate*, *Vigilio* capellano nostro, nobili uiro Beralo de *Wanga*, dilecto consanguineo nostro, nec non Gottofredo de *Porta*, Approwino, Mazorento de *burgo nouo*, Trintino rubeo, Trintino Gandi, Gisloldo iudice, Bonauentura iudice, Nicolao Vastenati, Rizardo de *Brixia*, Bonauero Bellenzani *ciuibus tridentinis* et aliis ceteris, anno millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, indictione sexta die sabbati decimo exeunte Aprili.*)

1) debeat. Orig.

2) Diese Lehen sind nicht bekannt, ein Bestandtheil derselben waren aber ohne Zweifel jene 400 Mansen, welche in dem Cod. Weyar. vermerkt sind. Mon. B. VII, 441.

*) Das etwas beschädigte Sigel hängt an.

Abdruck: Bibl. h. Gött. p. 188.

83. Der Erzbischof Wernher von Mainz und der Herzog Ludwig bestätigen den Schiedspruch, durch welchen Burg und Stadt Weinheim letzterem zugesprochen wird.

Hemsbach am 4. Juni 1264.

In nomine domini amen. Hec est forma conpositionis facte inter reuerendum patrem dominum Wernherum[1]) sancte maguntinensis sedis archiepiscopum, sacri imperii per Germaniam archicancellarium et dominum Lodewicum illustrem comitem palatinum Reni, ducem Bawarie. Dominus archiepiscopus pro parte sua submisit se arbitrio et diffinitioni uirorum nobilium Henrici comitis de *Wilnowe*,[2]) Reinhardi de *Hagenowe*,[3]) *Giselberti* vicedomini et Friderici de *Rudensheim*, Philippi marscalci de *Frowenstein* et Wolframmi sculteti de *Frankenfort*, et dominus palatinus Vlrici de *Wirtenberg*[4]) et Lodewici de *Odingen*[5]) comitum, Hermanni de *Hurnheim*, Alberti *Luzmanni*, Hadmari de *Labra* et Philippi de *Hohenuels* arbitrio et diffinitioni similiter se submisit duobus scilicet Friderico burgrauio de *Nürenberch* et Dietrico comite de *Kazzenelenbogen* de medio hinc et inde adiunctis tamquam superioribus, qui omnes prestiterunt corporaliter sacramentum, quod bona fide secundum suas consciencias omni dolo excluso diffinirent et deciderent quaslibet questiones, que dederant causam discordie inter dominos antedictos, qui etiam domini obligauerant se sub pena mille marcarum ad obseruandum inuiolabiliter, quidquid ipsi predicti arbitratores statuerent obseruandum. In

1) Wernher, v. J. 1259—1284, aus dem Hause Eppenstein, Bruderssohn des Erzbischofs Sifrit III.

2) Die Grafen von Weilnau (bei Usingen im Herzgth. Nassau), eines Stammes mit den Grafen von Dietz, erloschen i. J. 1476.

3) Hanau in Churhessen.

4) Ulrich st. am 25. Febr. 1265.

5) Oettingen, 3 St. von Nördlingen entfernt, der Stammsitz der davon zubenannten Grafen, nachmals Fürsten.

primis siquidem statuerunt, quod dominus archiepiscopus domino palatino prefato concederet feuda sua, sicut et fecit liberaliter et benigne. Item quia dominus palatinus et duo liberi secum, prout fuerat diffinitum, iuramento proprio probauerunt et etiam confirmarunt, castrum *Winheim*[1]) et nouum oppidum ibidem esse proprietatem palatini potiori iure, quam ecclesie *Laurissensis*, ipse palatinus potest ibi edificare licite, quidquid uolet absque iniuria alicuius. Item diffinitum est, quod dominus palatinus homines proprios ecclesie laurissensis, qui non sunt aduocaticii sui, non debet recipere intra novvm opidum suum Winheim sine uoluntate archiepiscopi, nec cogere ad manendum in ipso, sed si aliquis aduocaticius sponte se receperit in eodem, idem nichilominus tenetur archiepiscopo prestare debita iura sua et seruicia, que forinsecus manens ei teneretur prestare, et libere ac licite potest ibi manere. Item diffinitum est, quod super piscaria archiepiscopi in Winheim recurretur ad illud iudicium, ubi super ea discutiendum est de iure, et seruabitur, quod ibidem per sentenciam fuerit iudicatum. Item diffinitum est, quod si dominus palatinus est aduocatus super dotem et curias domini archiepiscopi in *Micheln-bach*,[2]) tunc libere potest ibi edificare sine iniuria ipsius archiepiscopi opidum, sicut uolet, si autem non est, edificare ibi non debet. Item diffinitum est, quod compositio facta olim inter pie memorie dominum *Sifridum* archiepiscopum et dominum *Ottonem* patrem domini palatini super opido *Walhusen* inuiolabiliter obseruetur utrimque, prout in priuilegiis super hoc confectis plenius continetur. Item diffinitum est, quod super uino banwin

1) Weinheim an der Bergstrasse in der Nähe von Heidelberg. Die alte Stadt gehörte zufolge dieser Urkunde damals noch dem Erzstifte, kam aber später (1308) ebenfalls in den Besitz der Herzoge von Bayern.

2) Wahrscheinlich Michelbach im bad. Amte Neckar-Gemünd.

recurretur ad consuetudinem inter abbatem laurissensem et palatinum antiquitus obseruatam. Nos Wernherus dei gracia sancte maguntinensis sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarii et nos Lodewicus eadem gracia comes palatinus Reni, dux Bawarie profitemur et recognoscimus, rem sic esse, ac inter nos conpositionem et concordiam ita factam, sicut superius continetur. Vt igitur predicta conposicio per nos ambos inuiolabiliter obseruetur, sigilla nostra presenti scripto cum testimonio predictorum arbitrorum et etiam mediatorum duximus appendenda. Actum et datum apud Hemmingesbach anno domini MCCLX quarto, pridie non. Junii.*)

84. Der Erzbischof Wernher von Mainz und der Herzog Ludwig errichten einen Landfrieden.

Hemsbach am 21. Juni 1264.

In nomine domini amen. Nos Wernherus dei gratia sancte maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii archicancellarius, et nos Lodewicus eadem gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie, recognoscimus et protestamur, quod ad bonum statum hominum et terrarum nostrarum prestitimus corporaliter sacramentum aput *Hemmingisbach*,[1]) quod a festo sancti Johanis Bapsiste, proximo nunc venturo, per biennium continuum pacem, que lantfrede vulgariter appellatur, fideliter conseruemus, et ita, quod vterque nostrum in omnibus suis iuribus, dignitatibus, libertatibus et honore permaneat, sicut fuit predecessorum ac progenitorum suorum temporibus usque modo. Religiosus, prelatvs, clericus, comes, liber, fas-

*) Abdrücke: Guden cod. dipl. II, 184; Oetter Versuch II, 340.

1) Hemsbach, schon im 8. Jhh. urkundlich bekannt, an der Bergstrasse bei Weinheim.

sallus, ministerialis, castrensis, miles, oppidanus, civis, rusticus gaudebunt pace eadem tempore medio iuxta ivs suum in terminis Palatii et in terminis ecclesie maguntine ab aqua dicta *Lôna*[1]) usque ad *Neckarum* et usque ad terminos *Hassie*, *Thoringie* et *Saxonie*, et usque ultra *Bissovisheim*,[2]) sicut extenduntur termini ecclesie memorate. Post festum autem sancte Margarete proximum neuter nostrum assumat aliquos uel aliquem ad societatem pacis istius sine alterius uoluntate. Ad hoc uterque nostrum de quolibet sibi subiecto iustitiam uel amicitiam conquerentibus exhibebit. Quilibet etiam comes uel iudex cuiuscumque conditionis habens iudiciariam potestatem faciat iustitiam cuilibet conquerenti, constituto infra terminos memoratos, et ad hoc commvniter sibi totis viribus nostris et cum omnibus, qui pacem iurauerunt seruare, cooperabimur bona fide, cum fuerimus requisiti. Quod si idem iudex obmiserit ex malitia, leuitate, gratia uel odio seu alia causa quacumque facere iustitiam conquerenti, nos etiam omnes communiter prosequimur hoc contra eum simili vltione, sicut puniendus esset malefactor, de quo iudex neglexit iudicium et iustitiam exhibere. Ad obtinendum etiam iura nostra et honores utrinque in terminis memoratis iuvabimus nos invicem fideliter et amice, domino nostro rege *Richardo* et imperio dumtaxat exceptis. Nos archiepiscopus excipimus dominum *treuerensem* archiepiscopum[3]) presidentem modo dictum de *Vinstdingen*, excipimus etiam *siluestres* comites, quia nostri inimici existunt, nec peccabimus in pacem istam, si fecerimus aliquid contra ipsos. Nos etiam palatinus comes pro parte nostra excipimus eosdem, nec etiam pecabimus in pacem, si ipsos iuvabimus contra archiepiscopum memoratum. Ceterum accipiemus thelonium nostrum aput *Vurstenberch* uel *Bach*-

1) Der Fluss Lahn.
2) Bischofsheim an der Brend, Ldg.-Sitz.
3) Heinrich von Vinstingen, v. J. 1260—1286.

arach,[1]) sicut progenitores nostri, auus et pater noster, pie momorie et nos usque ad hec tempora dinoscimur habuisse. Nos archiepiscopus non impediemus dominum ducem in accipiendo thelonium memoratum, sicut superius est expressum. Comes etiam *Ditherus*[2]) suum thelonium accipiet aput *sanctum Gowarum* eo iure, sicut pater suus dinoscitur accepisse. Preterea non peccabit in pacem, si fecerit aliquid contra ciuitates illas, que sibi inuicem existunt. Actum et datum aput Hemmingisbach anno domini MCC sexagesimo quarto, in die sancti Albani.*)

85. Herzog Ludwig überlässt im Einverständnisse mit dem Bischofe Bertholt von Bamberg einem Schiedsgerichte die Entscheidung über die Lehen, welche der Herzog Konrad von Schwaben von Seite des Hochstiftes Bamberg innehaben soll.

In campis apud lapideum pontem am 7. August 1264.

Nos Ludwicus comes palatinus Reni, dux Bauarie tenore presentium protestamur, quod cum reuerendo patre domino et amico nostro Bertoldo venerabili bambergensi episcopo super feodis, que ab ipso domino episcopo et ecclesia sua tenere debet dominus nepos noster *Chunradus* secundus, inclitus Jerusalem et Sicilie rex, dominus Sueuie, conuenimus in hunc modum, quod arbitrio dilecti et sangwinei et familiaris nostri, viri nobilis Friderici burggrauii de *Nurmberg* nos plene submisimus in hac parte, volentes ratum et firmum habere, quicquid idem inter nos et dictum dominum episcopum ordinauerit et arbitratus fuerit de premissis, hoc adiecto

5) Bacherach im preuss. Rggsbez. Koblenz.

6) Nämlich Graf Diether von Katzenellenbogen. Diese Grafen waren Schirmvögte des Stiftes St. Goar.

*) Nach dem Originale im k. Staatsarchive.

Das in Leinwand eingenähte Sigel des Herzogs ist zerbröckelt, von jenem des Erzbischofs fehlt die obere Hälfte.

quod de certificatione pecunie, si quam daturi sumus, nos similiter ordinationi et arbitrio domini Eberhardi maioris ecclesie in *Bamberg* decani, predicti burggrauii, Eberhardi de *Sluzzelberg*[1]) et Alberti *Luczmanni* plene submisimus, ratum seruare volentes, quicquid de certificatione predicte pecunie per fideiussores uel danda pignora inter nos duxerit ordinandum, super quibus terminandis diem videlicet beati Egidii proximam inter *Amberg* et *Vilsecke* promisimus obseruare. Si autem eundem diem seruare propter impedimenta legitima non possemus, die alio infra festum beati Michaelis proximum inter nos prefixo idem negotium terminabimus sine dolo et qualibet captione, et medio tempore nos invicem bona fide iuuabimus consilio, auxilio pariter et fauore. In cuis rei euidentiam presentem cartam[2]) nostri sigilli robore dedimus communitam. Datum et actum in campis apud lapideum pontem[3]) anno domini millesimo CCLXIIII, VII idus Augusti.*)

86. Beilegung der Irrungen zwischen den beiden Herzogen Ludwig und Heinrich.

Merching am 5. März 1265.

Nos Hainricus dei gracia comes palatinus Reni, dux Bawarie tenore presencium constare volumus vniuersis, quod cum a tempore concordie inter karissimum fratrem

1) Schlüsselberg im Ldg. Höchstadt, Stammsitz des davon zubenannten reichsfreiherrlichen Geschlechtes.

2) coram. Hdsch.

3) Es sind einige herzogliche Urkunden vorhanden, in welchen der Ausstellungsort also bezeichnet ist, er wird jedoch kaum zu ermitteln seyn. Trügt den Herausg. das Gedächtniss nicht, so fand er in einer noch ungedruckten, nicht herzoglichen, Urkunde die nämliche Bezeichnung mit dem Beisatze „iuxta Amberg.“

*) Aus dem Kopialb. des Hochst. Bamberg II, fol. 28.

nostrum et nos *Frisinge* contracte [1]) de diuersis causis controuersiarum quedam incentiua licium pullularent, nos eis cupientes sanioris consilii remedio subuenire, arbitrio dilectorum amicorum nostrorum, scilicet affinis nostri Gebhardi comitis de *Hirzperch* et consanguinei nostri Friderici comitis de *Truhendingen* et Friderici burgrauii de *Nurenberch* ac deinde fidelium nostrorum Sifridi de *Frauwenberch*, Arnoldi de *Messinhusin*, Hainrici et Winhardi de *Rorbach* submisimus, ratum et gratum, quicquid super iis [2]) arbitrati fuerint seruaturi. Dicti ergo amici nostri protulerunt arbitratoriam sententiam in hec verba. **1.** Ex quo dominus H. dux monetam ratisponensem hactenus in sua possessione tenuit, ipse cum duobus fassallis suis uel ministerialibus probare debeat, ipsam monetam corporali prestito iuramento parti sue cessisse, et sic eam tenebit accione fratris sui pro quinto denario cessante. **2.** Iidem sentenciando dixerunt, quod si dux Ludwicus cum duobus fasallis suis uel ministerialibus cum iuramento probauerit, quod primo tempore diuisionis eorum sic fuerit diffinitum, quod uterque eorum illos habere deberet iudiciorum terminos, quos illis diebus iudices singuli habuerunt, sic etiam debeat modo ipsorum terminorum certitudo inquiri, sin autem habebuntur utrimque termini, secundum quod pater eorum eos reliquit [3]) ultimo tempore vite sue. Quatuor autem consiliarii prenotati ediderunt sententias infra scriptas. **3.** Vterque dominorum dimittet alteri ministeriales suos, nisi de sua eos retineat voluntate, nec in futurum alios recipiet nisi ad tempus, quo possit eos reconciliare fratri suo, si graciam suam perdiderunt. **4.** Item si quis homicidium fecerit in curia vnius dominorum uel graue uulnus inflixerit, uel in via occiderit uel uulnerauerit

1) S. oben Nr. 76.

2) is das Orig.

3) reliquid das Orig.

uel captiuauerit aliquem ipso die egressum de curia, nullo modo debet ab altero recipi uel seruari. **5.** Item de foresto in *Honhaim*[1]) interrogabuntur vicini meliores, et si quod ius homines castro *Ritenburch*[2]) attinentes obtinuerint ex eodem, illo gaudeant, alioquin secundum gratiam utantur lignis ex eo uel eis omnino abstineant. **6.** Item iudex de *Kamb* non impediet uiam debitam a *Straubing* uersus *Swainkendorf* nec ipse in iure suo uel ciuitatis kambiensis impedietur. **7.** Item si dominus Weichnandus probare poterit, quod abbas de *sancto Emmerammo* ad annos duodecim commiserit ei aduocatiam prediorum suorum in *Ilsprunne*,[3]) eam habere debeat ipsis annis. **8.** De villa *Tegrenhaim*[4]) si dominus Ludwicus dux expresso nomine probauerit cum litteris diuisionis, eam sue parti in prima diuisione adiectam, post mortem Hermanni de *Lihtenberch* teneat eam solus, alioquin diuidetur equaliter inter fratres. **9.** Item dominus H. dux exhibebit iustitiam fratri suo de predicto Hermanno, si in sua remanserit potestate. **10.** Item si dominus H. dux cum septem viris fidedignis vicinis probabit, quod Berhtoldus de *Hannprehtstorf*[5]) tempore peracte Frisingensis concordie fuerit castellanus suus in *Chopfsperch*[6]) et residenciam fecerit ibidem, et cum duobus testibus probabit ipse dux H., quod fuerit seruiens suus, extunc remanebit duci H. **11.** De strata in *Rosenhaim* quicquid diffinitum fuit in *Wazzerburch* scilicet, ratum tenebitur, quod ex viginti vno denominatis septem dixerint iurati. **12.** Item H. de *Brandenberch*[7]) restitu-

1) Der Hienheimer Forst im Ldg. Kelheim, noch jetzt mehr als sechstausend Tagwerk umfassend.

2) Riedenburg, Ldg.-Sitz, Stammsitz der vormal. Burggrafen von Regensburg.

3) Eilsbrunn im Ldg. Kelheim.

4) Tegernheim unterhalb Regensburg links der Donau.

5) Hampersdorf im Ldg. Erding.

6) Kopfsburg im Ldg. Erding.

7) Brannenburg, Ldg. Rosenheim. S. oberbay. Arch. IV, 92.

etur possessioni sue in bonis et hominibus, quocumque hactenus habuit, quibus eum dux L. contra iustitiam priuauit, et ablata in eis restituentur eidem ac post hec de obiectis ei a domino L. duce stare debeat iuri, ubi de iure tenetur. **13.** Item si dux L. probabit, quod *Inrenuelden* cesserit ei expresso nomine in prima diuisione, inter redditus [1] attinentes Wazzerburch, soluet illud et solus habebit, si vero ex obliuione obmissum est, equaliter diuidetur. **14.** Item quecumque iura dux L. probauerit, se habere in comecia sua *Wazzerburch* per septem viros vicinos et meliores, illud habebit quiete. **15.** Item quicquid comites de *Plain* [2] habebant in feodo in villa *Heresing* ab episcopo *ratisponensi*, dux Hainricus tenebit, si autem fuerunt eodem infeodati ab ipsis ducibus, diuidetur inter eos soluta prius pensione domino H. duci, quam ad eius acquisitionem impendit, per uicinos autem septem meliores probabitur, a quo sit feodum predictorum. Reliqua vero, que ibidem dominus H. dux per litteras diuisionis probabit, sibi in partem cessisse, tenebit absolute. **16.** Item *Prandenbergario* non nocebit in iure suo, quod Eberhardus de *Porta* querimoniam fecit super bona sua, et ammodo conuenietur in iudicio, in quo residet. Vbi si fuerit ei iustitia denegata, mouebit querimoniam, vbi prius mouit. **17.** Item si dux H. probauerit, se violenter priuatum villa in *Evenhusin*, [3] restituetur possessioni eiusdem, et postmodum duci L. abinde iusticiam exhibebit. **18.** Item castellani de *Chlingen* [4] non offendent homines et bona obligata et commendata domino H. duci ab ecclesia *salzburgensi*. **19.** Item neuter impediet antiquum cursum strate. **20.** Si negante domino L. fratre suo dominus H. dux probauerit, quod Chunradus de *Schwarzenburch* fuerit castel-

1) redtitus das Orig.
2) S. Quellen Bd. I, 244, Note 3.
3) Evenhausen im Ldg. Wasserburg.
4) Kling im Ldg. Wasserburg.

lanus suus tempore concordie Frisinge celebrate, vxor et pueri sui domino Hainrico duci manebunt. **21.** Item si dux L. probauerit, quod pueri Berhtoldi de *Schiltperch* defuncti tempore predicte concordie in potestate sua fuerant, sibi cedent. **22.** Item ipse dominus dux L. iusticiam faciet *Prandenbergario* de ciuibus de *Æibling* pro dampnis illatis per *Stromair*. **23.** Item pro castro *Innekoven* faciet dux L., quicquid in litteris diffinicionis eorum Frisinge confectis continetur. **24.** Item iudex de *Wazzerburch* non impediet dominum H. ducem in bonis uel hominibus uel in strata sua. **25.** Item dominus L. dux non statuet auctorem bonorum illorum in *Ahloch* et *Moching*[1]) cedet a medietate eorum domino H. fratri suo. **26.** Item in ciuitatibus, in stratis, in pontibus neuter alterum impediet uel offendet. Quod si factum fuerit, debita satisfactione reuocabitur infra dies quatuordecim, si reus cum duobus suis comparibus id negare nequiuerit, et post hec actor tertius suorum comparium probauerit damnum suum. Super quo subscripti ministeriales partis vtriusque fideiussores, dum forte transgressum fuerit, loca intrabunt subnotata commoniti post dies quatuordecim, nec abinde recedent, nisi fuerit emendatum, uidelicet Ortlibus de *Walde*[2]) in *Wazzerburch*, Hainricus de *Prising* in *Oting*, Otto de *Frauwenberch* Monacum, Otto de *Paerprunne* in Landeshut, Hainricus et Winhardus de *Rorbach* in Pfaffenhoven, Dittricus de *Hesnacker* Ahbach, dapifer de *Eckinmvl* Ritenburch, Sifridus de *Siginhoven*[3]) Nappurch, Otto de *Curia* Kamb, singuli pro dampnis sue procurationis ibidem usque ad satisfactionem debitam remansuri. **27.** Item neuter hominum alterius pro causa quacumque pignus tollet in strata, sed in prediis tantum, si competit sibi de iure.

1) Allach und Feldmoching bei München.
2) Wald im Ldg. Burghausen.
3) Nabsigenhoven im Ldg. Burglengenfeld, Sitz des Edelgeschlechtes von Sigenhofen.

28. Item dominus H. dux habebit pontes in *Chraiburch* et in *Ahbach* sine omni dampno fratris sui. Si quod autem dampnum exinde sibi contingerit, dapifer de *Eckinmul* in Ahbach et Ortlibus de *Walde* in Chraiburch fideiussores existent et infra dies quatuordecim moniti plenarie emendabunt Omnia vero, que sine dampno domini ducis L. in predictis pontibus transierint, non impediet ullo modo. Si de dampno tali iudex de Ahbach tertius comparum suorum negare non poterit uel eo destituto seu mortuo vnus ex castellanis ibidem preter dapiferum, quem dux L eliget, cum duobus de genere militari, ex tunc iudex de Ritenburch cum duobus suis comparibus id probabit, et pro quolibet curru, qui sic indebite transiuit, soluetur duci L. dimidia libra denariorum. **29.** Adiecimus etiam supradictis, quod si fassalus uel ministerialis noster habet querimoniam contra fratrem nostrum, offerat se presentie sue petens ab eo iusticiam, quam si tunc ammonitus ei non exhibuerit, extunc coram iudice suo prouinciali mouebit eandem querelam tribus uicibus, ut est iustum, et iudex idem ipsi querelanti tantum assignabit ex bonis ipsius fratris nostri, quantum querimonie sue conpetit, et ea sibi defendet, quousque ab ipso conquerente absoluerit ea frater noster amore uel iustitia mediante. Jus idem sui fassalli et ministeriales erga nos habebunt e conuerso, omnino [1]) clerici et laici, cuiuscunque dignitatis aut conditionis eodem iure ab alterutro nostrum gaudebunt. **30.** Item si quis ministerialium uel hominum nostrorum pro culpa, quam habuerit contra fratrem nostrum uel aliquem de parte sua, iuri non steterit, sed iudicium subterfugerit, eiusdem bona querelanti tenebimur defensare, [2]) nec recipere fugitiuum, nisi primo de dampnis conquerenti fecerit cautionem. Si vero huiusmodi profugum sine

1) animo. Orig.
2) deffensare. Orig.

consensu actoris nobis reconciliauerimus, pro eo de nostra camera omne dampnum legitime probatum tenebimur conpensare. Eiusdem quoque iuris vigor a fratre nostro et suis tenebitur uice uersa. Omnia igitur antedicta, quemadmodum iureiurando in predictos arbitros a nobis fuerat conpromissum, rata et grata seruare volentes in eorum testimonium et cautelam, litteras presentes nostro sigillo fecimus conmuniri. Actum in campis aput Merching anno incarnacionis dominice millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, tertio nonas Marcii.*)

87. Herzog Ludwig stiftet das Kloster Fürstenfeld.

München am 22. Februar 1266.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Lodwicus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris hanc paginam inspecturis in perpetuum. Qvoniam labente tempore memoria plerumque labitur actionum, acta nostra memorie digna litterarum munimine duximus confirmanda. Recognoscentes itaque quod ciuitatem hic manentem non habemus, sed futuram non manufactam inquirimus eternaliter permansuram, amicos de bonis temporalibus et caducis, qui nos, cum defecerimus, in tabernacula eterna recipiant, fauente deo nobis facere cogitamus. Cum igitur pro remedio et salute nostrorum peccaminum atque progenitorum nostrorum ad honorem et reverentiam Jesu Christi eiusque gloriose genitricis semperque virginis Marie de prediis sev proprietatibus nostris abbatiam monachorum cisterciensis ordinis fundare iam ceperimus et consumare, auxiliante domino feliciter et efficaciter intendamus presentium memorie committendum, et futurorum noticie duximus de-

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Das Sigel mit dem Rautenschilde ist stark beschädigt.

clarandum, quod ipsum fundationis nostre locum, dictum *Fvrstenvelt*, possessionibus iam dotauimus hic subscriptis, necnon cum hominibus, qui proprii nostri sunt, eorumque posteritate in ipsis prediis residentibus, hiis eciam adiunctis, qui in dictis prediis nunc manentes iure advocatico nobis attinent, ita videlicet, ut ipsi aduocatici ab omni seruitio sev iure, quo nobis tenentur, liberi maneant et quieti, donec ipsi memorato monasterio de nostris propriis commutentur. Concedimus eciam, vt nostris ipsiusque ecclesie hominibus liceat vicissim contrahere matrimonia ita, vt eorundem contrahentium heredes nobis et ecclesie iam dicte equaliter diuidantur. Promittimus nichilominus de gratia speciali, vt si qui de nostris hominibus in prediis ecclesie prefate locati fuerint, illi ab omni seruitio et exactione nobis debita quieti permaneant, quamdiv in eisdem prediis fuerint residentes. Donauimus autem sepedicte ecclesie in villa *Geimbach* 1) V curias cum siluis, pratis, pascuis omnibusque attinentibus, cultis et incultis, quarum cvriarum vnam tenet iam adhuc Agnes vxor *Egenhovarii* 2) pro beneficio personali ad dies suos tantum, in villa *Bůch* 3) V curias cum decima et omnibus suis attinentiis, *Michilnove* 4) curiam vnam, *Burgadelshusen* 5) VI predia, *Vrsenhoven* 6) molendinum, *Hergolswisen* 7) IIII^or predia, *Hohenstraze* 8) II^o predia, *Obernburchain* I curiam, *Barre* prediolum, *Stuben* 9)

1) Gaimbach nach dem ält. Saalb. Mon. B. 36^a, 75, im Pflegg. Dachau.

2) Die Egenhofer hatten ihren Sitz zu Egenhofen an der Glon im Ldg. Bruck.

3) Buch im Ldg. Fürstenfeldbruck.

4) Michelau im Ldg. Aichach.

5) Burgadelzhausen im Ldg. Friedberg.

6) Irschenhofen im Ldg. Aichach.

7) Hergertswiesen im Ldg. Friedberg.

8) Hochtrazze, Obernpurcheim, Parre lagen im „officio Rein“. Cf. Mon. B. 36^a, p. 165, 167, 169.

9) Stuben im Ldg. Rain.

curiam et prediolum, *Hohenrieth* [1]) II^{o} predia, *Burgeck* [2]) curiam, *Berge* II^{as} curias et vorstlehen, *Linthach* [3]) curiam, *Stegen* [4]) curiam et predium, *Ettelshusen* [5]) curiam, *Nabov* [6]) II^{o} predia, *Hertshusen* [7]) prediolum, ivs patronatus ecclesie in *Holmbach* [8]) cum omnibus suis attinentibus, *Ingolsberge* [9]) II^{as} curias, *V̊blingen* IIII^{or} predia, *Strusdorf* [10]) II^{as} curias, *Rorsdorf* [11]) curiam, *Berchangen* [12]) curiam, *Pvren* in monte curiam, *Chvlbingen* [13]) hv̊bam, *Norderndorf* predium, *Tal* [14]) curiam et hv̊bam, *Snait* [15]) curiam, *Bvheln* [16]) ante nemus predium, *Praitemberge* [17]) IIII^{or} predia, *Wippenkirche* curiam et predium, *Gôthingen* [18]) II^{o} predia et prediolum, *Talheim* [19]) tres hv̊bas, *Berchach* [20]) II^{as} hv̊bas et prediolum, *Hainrichsdorf* [21]) hv̊bam, *Ode* hv̊bam, *Haimburch* [22]) II^{as} hv̊bas et prediolum, *Kyrchstige* [23]) prediolum, *Slathain* [24]) et *Nübv̊ch* II^{o} prediola, *Tothendorf* [25]) predium, *Harrôz* [26]) curiam, *Pozzenberge* [27]) cvriam, *Ried* curiam, *Stumphsbach* [28])

1) Hohenried im Ldg. Aichach.

2) Burgekk, bekannt als eine pfalzgräfliche Besitzung, ist nicht mehr auffindbar.

3) Lindach im Ldg. Bruck.

4) Stegen am Ammersee.

5) Edelshausen im Ldg. Schrobenhausen.

6) Nöhbach (?) im Ldg. Freysing.

7) Hörzbausen im Ldg. Schrobenhausen.

8) Hollenbach im Ldg. Aichach.

9—12) Ingelsberg, Straussdorf, Ruhesdorf u. Berganger im Ldg. Ebersberg.

13) Kolbing im Ldg. Erding.

14) Thal im Ldg. Bruck.

15) Schneitt im Ldg. Tölz.

16) Bühel im Ldg. Ebersberg.

17—21) Breitenberg, Götting, Thalheim, Bercha, Heinrichsdorf im Ldg. Miesbach.

22) Am Haimberg zerstreute Häuser im Ldg. Miesbach.

23—25) Kirchsteig, Schlachtham, Tödtendorf im Ldg. Miesbach.

26) Harrasser im Ldg. Miesbach.

27—28) Petzenberg und Stumbach im Ldg. Miesbach.

vaccariam, in *Tolnze*[1]) et *Hohenburch*[2]) decimam omnium prouentuum nostrorum, quos ibidem habemus nunc et habebimus in futurum. Hec et alia a nobis iam data et in posterum danda, prenominato monasterio et fratribus inibi deo deseruientibus salua et integra per nos et omnes heredes nostros volumus perpetuo conseruari. Preterea cum constet, cisterciensem ordinem a sede apostolica et munificentia imperiali specialis prerogatiue gratia pre ceteris religionum ordinibus dotatum sic et exemptum, vt super omnibus bonis et hominibus suis aduocatum omnino habere non debeant, nisi quem sponte sibi duxerint eligendum, qui eos sine omni emolumento et exactione qualibet protegat et deffendat simpliciter propter deum, nos eadem gratia prenominatum fundationis nostre locum frui volumus perpetuo et gaudere. Decernimus insuper, vt nvlli omnino iudicum nostrorum super bonis et hominibus antedicti monasterii, nisi casu tantum sanguinis hic expresso, videlicet furto, homicidio et violenta obpressione liceat aliquod iudicium exercere, quod tamen sic distingvimus, vt si de premissis excessibus quis reus in bonis ecclesie residens fuerit deprehensus, iudex non de monasterii rebus mobilibus, sed de persona rei tantum sui iuris iudicium prosequatur. Adicimus preterea, vt si quas possessiones a nobis infeodatas, quarum proprietas ad nos spectat, supradicti fratres sibi comparauerint aut pro deo in elemosinam datas acceperint, libere eas recipere liceat et deinceps titulo proprietatis easdem iure perpetuo pacifice possideant et quiete. Item volumus, vt de omnibus victualibus suis ducendis per aquas uel per terram in omni nostro dominio nullum omnino theloneum aut mutam soluant, sed de hiis omnibus liberi sint perpetuo et inmunes. In huius donationis nostre testimonium presens

1) Tölz, Ldg.-Sitz.
2) Hohenburg an der Isar oberhalb Tölz.

instrumentum exinde confectum cum testium subscriptione nostri sigilli munimine iussimus roborari. Testes autem sunt dominus *Cůnradus* venerabilis episcopus frisingensis, dominus *Harthmannus* venerabilis episcopus augustensis, *Cůnradus* dilectus awnculus noster secundus Jerusalem et Sicilie rex, dux Sveuie, Meinhardus comes *Goricie*, Gebhardus comes de *Hirsberch*, Albertus prothonotarius noster, prepositus de *Illenmunster*, *Eberhardus* vicedominus, *Dietricus* quondam vicedominus, Fridericus de *Truhendingen*, Albertus *Livzmannus*, Albero de *Prukberch*, Hadmarus de *Laber*, Bernhardus de *Wilheim* viri nobiles, Hermannus de *Hagniberch*, Cůnradus de *Haldemberch*,[1]) Bertholdus marscalcus de *Schilperch*, Ůlricus filius suus, Arnoldus de *Messenhusen*, Ůlricus de *Chamerberch*, Chůnradus de *Chamer*, Winhardus de *Rorbach*. Ůl. de *Samerdorf*, Gerungus de *Errembach*, Wignandus vicedominus, Bertholdus notarius, fideles nostri et alii quam plures viri prouidi et honesti. Datum Monaci anno dominice incarnationis MCCLXVI, indictione IX[a], mense Februarii, VIII kal. Marcii.*)

88. Der Bishof Konrat von Freysing enthebt den Herzog Ludwig aus Auftrag des Papstes Clemens von der übernommenen Verpflichtung, ein Kloster des Karthäuser Ordens zu stiften, nachdem er zu Fürstenfeld ein Kloster des Cistercienser Ordens gegründet.

Freysing am 14. Juni 1266.

Nos Chunradus dei gracia frisingensis episcopus omnibus patere uolumus tam presentibus quam futuris, ad quos peruenerit presens scriptum, quod nos litteras

1) Haltenberg im Ldg. Landsberg.

*) Das an rothseidenen Fäden hangende Reitersigel ist sehr beschädigt.

Abdruck: Mon. B. IX, 90.

reuerendi patris domini Clementis pape non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas recepimus in hec uerba.

Clemens [1]) episcopus, serus seruuorum venerabili fratri... episcopo frisingensi salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius nobilis vir *Lvdwicus* comes palatinus Rheni, dux Bawarie petitione monstrauit, quod bone memorie *Hugo* tituli s. Sabine presbyter cardinalis auctoritate felicis recordacionis *Alexandri* pape predecessoris nostri, cuius primarie curam gerebat, eidem nobili pro suorum satisfaccione peccaminum [2]) per suas litteras fecit iniungi, vt ad partes transmarinas in subsidium terre sancte cum decenti comitiua militum se transferret, uel si hoc sibi difficile videretur, monasterium cartusiensis dyocesis, in quo duodecim persone ipsius ordinis possent commode sustentari, de bonis propriis fundaret pariter et dotaret. Verum idem nobilis, cum ei esset difficile transire in subsidium dicte terre et in suis partibus nullum esset monasterium ordinis supra dicti, quoddam monasterium in loco videlicet de *Fůrstenuelde*, in quo desiderat fratres ordinis cystertiensis institui de bonis suis, propter hoc de nouo edificare incepit. Quare idem nobilis a nobis humiliter postulauit, sibi constrventi huiusmodi monasterium inceptum ipsumque de propriis bonis conuenienter dotanti ita, quod duodecim uel plures persone ipsius predicti ordinis cystertiensis possint ex ipsius redditibus commode sustentari, quod ad constrvctionem alterius monasterii prelibati ordinis cartusiensis minime teneatur, de benignitate apostolica concedere dignaremur. Nos igitur ipsius cystertiensis ordinis sanctitatem et puritatem affectus predicti nobilis attendentes, fraternitati tue per apostolica scripta

1) Erwählt d. 5. Febr. 1265, gest. d. 29. Nov. 1268.
2) Nämlich zur Sühne des von ihm an seiner Gemahlin verübten Mordes.

mandamus, quatinus eidem nobili adimplenti predicta postulata concedas, nisi forsitan ipse in construendum predicti ordinis cystertiensis monasterium sit ex causa alia obligatus. Datum Perusii V calendas Decembris pontificatus nostri anno primo.

Cum igitur mandato apostolico humiliter obedire teneamur et reuerenter super premissis inuestigauimus diligenter et inuenimus inquirendo, quod nobilis vir dux Ludwicus, comes palatinus Rheni, dux Bawarie pro suorum peccaminum satisfactione monasterium [1]) ordinis cystertiensis in loco, qui dicitur Fvrstenuelde nostre diocesis de propriis bonis fundauit pariter et dotauit adeo, quod in ipso monasterio duodecim persone ipsius ordinis de suis reditibus possunt commode sustentari et quod idem dominus L. ad constrvendum monasterium ordinis cystertiensis ex alia causa non extitit obligatus, nisi quod monasterium cartusiensis ordinis, quod ex iniuncta sibi penitencia per sedem apostolicam pro satisfactione suorum peccaminum ad sustentionem duodecim personarum construere debuit pariter et dotare in suis partibus non inuenit Quapropter auctoritate nobis commissa predicte sedis apostolice benignitate prefato domino L. concedimus ac indulgemus, vt ad constructionem alterius monasterii cartusiensis ordinis minime teneatur. Datum Frisinge anno domini millesimo CC°LX°VI°, XVIII kalendas Julii.*)

89. König Ottokar von Böhmen verbindet sich mit den Bürgern von Regensburg gegen die Herzoge von Bayern.

Taust am 24. Juli 1266.

Nos Ottakarus dei gratia Boemie rex, dux Austrie et Stirie ac marchio Moravie per presens scriptum constare volumus vniuersis, quod venientibus ad nostri pre-

1) monasterii. Orig.

*) Das bischöfliche Sigel ist stark beschädiget.

sentiam viris discretis Alberto[1]) magistro ciuium in *Ratispona*, Hainrico de *Awe*, Alhardo de *ampla platea*, Brunone de *Ahkirchen*, Rapotone et Vlrico notario ciuitatis ex parte vniuersitatis civium ratisponensium, nos requirentibus, ut cum eisdem fedus amicicie iniremus, quorum persvasionibus inclinati sub tali forma pactum vnionis pepigimus cum ipsis et per ipsos et cum dicta vniuersaliter ciuitate. Primo quidem promittimus, quod infra decem annorum cursum a festo beati Jacoby nunc instante eis astare volumus contra duces *Bawarie*[2]) et contra quoslibet invasores, exceptis domino *Bele* serennissimo Vngarorum rege, domino O. marchione *brandenburgensi*, domino H. marchione *myssnensi*, domino Al. lantgrauio *Duringorum* illustribus principibus, reuerendo in Christo patre et domino W.[3]) sancte sedis *salzburgensis* venerabili archielecto, domino Vlrico duce *Karinthie*, dominis Chunrado, Hainrico et Bolezlao ducibus *Slesie*, W. duce *Oppulie* et domino Petro[4]) venerabili episcopo *pataviensi*. Promittimus tamen, quod si ex ipsis ciuibus aliqui dampna in terris et districtibus dictorum dominorum receperint aliqualia, per litteras nostras bona fide tamquam pro nobis ipsis interpellabimus pro eisdem. Item promittimus specialiter, quod cum ducibus *Bawarie* numquam trevgas aliquales vel concordiam admittemus, nisi ciuitate ratisponensi de nomine interclusa. Et si trevge vel concordia medio tempore inter nos et duces Bawarie fuerint confirmate et per homines ipsorum, quorum iurisdictio plena ad ipsos spectauerit, aliquo modo fuerint violate, nisi per ipsos fuerit satisfactum, extunc trevgas vel concordiam decernimus violatas aut si per aliquos servitores eorum, qui iurisdicti-

1) Nämlich Albrecht Portner.

2) Ottokar stand, als diese Urkunde ausgefertigt wurde, im Lager bei Taust, bereit zum Einfallen in Bayern, wozu er sich des Beistandes der Stadt Regensburg versichern wollte.

3) Vladislaus, Herzog von Schlesien, v. J. 1265—1270.

4) Peter von Wratislaw, v. J. 1265—1280.

one ad alios respectum habuerint, procurauerint, eorum dampna, extunc ad suspicionem huiusmodi tollendam, quod nec facto nec consilio sev receptione ad castra vel ciuitates ipsorum vel homines dicti duces per quatuor consiliarios eorum se iuramento prestito de talibus expurgabunt. Quod si forte non possent se de facto huiusmodi expurgare, extunc per ipsas trevgas vel concordiam denuntiamus infirmatas. Item si dominus.... *ratisponensis* episcopus [1]) ipsam ciuitatem Ratisponam invadet hostiliter vel potenter, nos ipsis ad huiusmodi violentiam reprimendam auxilium prestabimus et iuuamen. Si autem per aliquam censuram ecclesiasticam processerit contra ipsos, pro absolutione ipsorum apud dominum papam vel apud dominum... archiepiscopum salzburgensem, quantum poterimus, sicut nostrum esset negotium, studebimus laborare. Item si propter prolixitatem gwerre deffectum forsan vel penuriam habuerint expensarum, admittemus, ut de terris nostris sub competenti foro et nostro conductu eis victualia traducantur. Item si homines nostros habebunt necessarios, et per ipsos ciues ad sex septimanas ante fuerimus requisiti, prout eorum exegerit necessitas et nostri honori competit, ipsis in hominibus nostris expensis propriis succurremus, etiam si oportuerit adiuuandum eos laborabimus in propria persona, adiecto tamen, si alias gwerris fuerimus occupati, tunc mittemus eis auxilium, quod possumus illa vice nostris propriis in expensis. Hiis etiam tractatibus dilectus nobis sororius, dictus dominus Al. lantgrauius *thvringensis* interfuit et sui consiliarii frater Hartmannus de *Hildrung* [2]) domus teutunice,... advocatus de *Gera*, Wolradus et Vlricus fratres de *Kolditz*, coram quibus fuerunt hec singula ordinata. Et vt singula premissa rata permaneant et inconwlsa presens instrumentum si-

1) Leo von Tundorf, v. J. 1262—1277.
2) Nachher (v. J. 1274—1283) Deutschordens-Meister.

gillorum nostrorum mvnimine fecimus commvniri. Actum in Tůst anno domini MCCLX sexto, IX indictione. Datum ibidem per manus magistri Petri venerabilis prepositi *Wissegradensis*, cancellarii nostri, in vigilia beati Jacobi, regni nostri anno quinto.*)

90. König Konrad vermacht den Herzogen Ludwig und Heinrich alle seine Besitzungen, im Falle er ohne Kinder zu hinterlassen sterben sollte.

Augsburg am 24. Oktober 1266.

Cvnradus secundus dei gratia Jerusalem et Sycilie rex, dux Sweuie per presens scriptum notum facimus vniuersis presentibus et futuris intuentibus seriem huivs scripti, quod nos considerato pio et sincero affectu, quo nos awnculi nostri karissimi *Lodwicus* et *Heinricus* illustres comites palatini Rheni, duces Bawarie fideliter educarunt et adhuc quasi patres vnicum filium suum vlnis gratuite benivolentie favorabiliter amplectuntur, ipsis vniuersa bona nostra siue patrimonialia siue feodalia cum omnibus hominibus nostris utriusque sexus, quocumque titulo ad nos pertinentibus tam in partibus germanicis quam latinis, si absque liberis legitimis decesserimus ex hac uita, donauimus pleno iure perpetuo libere possidenda. Ad huius itaque rei obseruantiam et stabilem predictorum omnium firmitatem presentem litteram nostro et venerabilium patrum domini Eberhardi[1]) *constantiensis* ecclesie episcopi et domini Pertoldi abbatis *sancti Galli* et dilectorum fidelium nostrorum Friderici comitis de *Truhendingen*, Friderici purgrauii de *Nvrenberch*, Heinrici

*) Das Maj.-Sigel des Königs ist sehr gut erhalten, weniger das Reitersigel des Landgrafen von Thüringen und das des Burggrafen von Teimberg.

1) Eberhart, aus dem Geschlechte der Truchsessen von Waldburg-Tan, v. J. 1248—1274

marchionis de *Bvrgawe*[1]) et Friderici comitis de *Zoler*[2]) sigillis cum subnotatis testibus iussimus conmuniri. Testes autem sunt: Fridericus dux *Avstrie* et *Styrie*, marchio de *Baden*, Meinhardus comes *Gorizie* tyrolensis, Pertoldus comes de *Graifspach*,[3]) Pertoldus comes de *Eschenloch*, Vlricus de *Gundolfingen*[4]) et Degenhardus filivs suus de *Heilenstain*, Fridericus de *Kafriach*, Hermannus, Rudolfus, Fridericus et Hermannus de *Hvrnhain*, Albertus *Levtzmannus*, Albero de *Prukkeberch*, Otto de *Pruhsel*,[5]) Brvno de *Risenspurch*,[6]) Cvnradus et Cvnradus comites de *Mosburch*, Gebhardus de *Wilhain*, Waltherus pincerna de

1) Burgau, im Mindelthale an einem Hügel, auf welchem das Schloss stand, kam durch Beerbung der Markgrafen von Ronsberg an die Grafen von Berg, deren einer, Heinrich III, zu Anfang des 13. Jhh. als Markgraf von Burgau erscheint, dessen Sohn Heinrich IV, der hier gemeint ist, starb um 1293, und mit dessen gleichnamigen Sohn erlosch i. J. 1310 diese markgräfliche Linie. Stälin II, 358.

2) Hohenzollern, ein Berg oberhalb Hechingen, worauf das Schloss, der Stammsitz der Grafen von Zollern, steht. Stälin II, 505.

3) Graisbach im Ldg. Monheim. Die Grafen, welche sich davon schrieben, sind identisch mit den Grafen von Lechsmünd, die als diese Burg zertört ward, sich von jener zubenannten. S. Reisach Gesch. der Gr. v. Lechsgemünd in den hist. Abh. der Akad. d. W. II, 349.

4) Gundelfingen im Ldg. Lauingen. Die Edlen, welche sich davon schrieben, nannten sich auch in der Folge noch, als ihr Stammsitz längst in fremden Händen sich befand, eben darnach. Sie sind nicht zu verwechseln mit den gleichnamigen Edlen, deren Stammsitz im wirtemb. OA. Münsingen liegt. Jene schrieben sich auch von Hellenstein bei Heidenheim, und diese bildeten eine eigene Linie, welche mit dem Bischof Degenhart von Augsburg i. J. 1307 erlosch.

5) Die Stadt Bruchsal in Baden. Die Edlen, welche hier ihren Sitz hatten kommen häufig vor.

6) Reisensburg bei Günzburg. Die Edlen, die hier ihren Sitz hatten, gingen zu Anfang des 14. Jhh. ab.

Limpurch, Hainricus camerarius de *Ravenspurch*,[1]) Volchmarus de *Komnata* et Marquardus filius suus, Hainricus et Cvnradus pincerne de *Wintersteten*, Eberhardus dapifer de *Walpurch*, Pertoldus de *Fronhoven*,[2]) Cvnradus Chropho de *Fluglingen*,[3]) Hermannus de *Haigniberch*, Arnoldus de *Messenhusen*, Grimoldvs, Hainricus et Cvnradus de *Prisingen*, Hainricus et Winhardus de *Rorbach*, Vlricus de *Chamerberch*, Otto de *Frawenberch*, Fridericus de *Stavffenekke*,[4]) Hainricus de *Isolsried* et alii quamplures. Datum aput Avgustam anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo LXVI[to], nono kalendas Novenbris.[*])

91. König Konrad verpfändet dem Herzog Ludwig die Burg Hohenstein nebst den Vogteien Hersbruck und Vilsekk, dann Erbendorf, Auerbach, Hahnbach und Plech.

Augsburg am 24. Oktober 1266.

Conradus secundus dei gratia Jerusalem et Sycilie rex, dux Sweuie, tenore presentium protestando publice profitemur et patere volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos awnculo nostro karissimo *Lodwico* illustri comiti palatino Rheni, duci Bawarie, castrum

1) Ravensburg, Stadt in Wirtemberg, erst welfisch, dann hohenstaufisch, erlangte i. J. 1286 die Reichsfreiheit. Die Burg stand auf einer Anhöhe oberhalb der Stadt.

2) Fronhofen, wirtemb. OA. Ravensburg. Von der Burg sind noch Ruinen sichtbar.

3) Flüglingen bei Ellingen, eine in Ruinen liegende Burg, Sitz des davon zubenannten Edelgeschlechtes.

4) Staufenekk, eine noch sehr gut erhaltene Burg auf einem Felsen im wirtemb. OA. Göppingen.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Die Sigel sind gut erhalten, das des Markgrafen fehlt.
Abdrücke: Aettenkhover S. 172; Lory Lechrain nr. 12; Mon. B. 30[a] nr. 814.

nostrum *Hohenstain*[1]) cum aduocatiis *Herspruck*, *Vilsekke*[2]) necnon bonis *Erbendorf*,[3]) *Vrbach*,[4]) *Hannenbach*[5]) et *Plech*[6]) ac universis pertinentiis eorundem in recompensationem expensarum, quas primo in acquisitione castri et ciuitatis *Nůrenberch* et postmodum pro consumatione matrimonii nostri[7]) aput Babenberch, Nůrenberch et alibi fecit, pro duobus milibus marcarum et ducentis marcis puri argenti obligauimus titulo pignoris possidenda. Ad huius itaque rei obseruantiam et stabilem predictorum omnium firmitatem presens scriptum nostro et venerabilium patrum domini Eberhardi *constantiensis* ecclesie episcopi et domini Perhtoldi abbatis *sancti Galli*, awnculi nostri predicti *Heinrici* illustris comitis palatini Rehni, ducis Bawarie, et dilectorum fidelium nostrorum Friderici comitis de *Truhendingen*, Friderici burgravii de *Nůrenberch*, Heinrici marchionis de *Burgawe* et Friderici comitis de *Zoller* sigillis cum subnotatis testibus iussimus communiri. Testes avtem sunt:[8]) etc. Actum et datum apud Augustam anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo LXVI^{to}, nono kalendas Novembris.*)

1) Die Burg Hohenstein bei dem gleichnamigen Dorfe im Ldg. Hersbruck.

2) Vilsekk im Ldg. Amberg.

3) Erbendorf an der Fichtelnab im Ldg. Kemnat.

4) Auerbach im Ldg. Eschenbach.

5) Hahnbach im Ldg. Amberg.

6) Plech im Ldg. Pegnitz.

7) Von einem Vollzuge der Ehe ist nichts bekannt, wohl aber, dass Einleitungen dazu getroffen wurden, doch ist nicht ermittelt, wen er als Braut sich ausersehen hatte. S. Stälin II, 216 Note 6.

8) Die Zeugen sind die nämlichen, wie in der vorhergehenden Urkunde, blieben daher hier weg.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Die anhangenden Sigel sind ziemlich gut erhalten, das des Markgrafen fehlt.

Abdrücke: Aettenkhover S. 178; Mon. B. 30^{a}, nr. 815.

92. König Konrat versetzt dem Herzog Ludwig für ein Darlehen von 1200 Mark Silber die Stadt Schongau und das Dorf Moringen.

Verona am 27. Dezember 1266

Conradus secundus dei gratia Jerusalem et Sycilie rex, dux Sweuie. Quia diuturnitas temporis obliuionem ingerit rebus gestis, ne facta hominum dubietate uel uarietate aliqua infirmentur, necesse est ad memoriam rerum gestarum optinendam scripture testimonium adhiberi. Tenore siquidem presentium protestando publice profitemur et notum facimus vniuersis intuentibus seriem huius scripti, quod *Lodwico* inclito comiti palatino Reni, duci Bawarie, auunculo nostro karissimo, pro mille quingentis marcis argenti coloniensis ponderis, de quibus aput karissimam matrem nostram *Elizabet* et Meinhardum comitem Goricie et tyrolensem, maritum eius, cum magna nobis aput Veronam necessitas incumberet, integre nos absoluit, opidum nostrum *Schongawe* et uillam nostram in *Moringen* cum toto *Hybisch*,[1]) necnon omnibus iudiciis, iuribus, aduocatiis et vniuersis aliis eorum pertinentiis, agris, pratis, pascuis, siluis, molendinis et aquarum decursibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis titulo pignoris obligauimus tamdiu possidenda, donec per nos uel pueros nostros, si quos habuerimus, sibi uel pueris suis predicte mille quingente marce fuerint integraliter persolute. Ad huius itaque rei memorialem obseruantiam et roboris firmitatem presens scriptum inde fieri fecimus et dicto auunculo nostro dari, cum subnotatis testibus, sigillo nostre celsitudinis insignitum. Testes autem sunt: Fridericus dux *Austrie*, consangwineus noster dilectus, Berhtoldus comes de *Marsteten*,[2]) Albertus *Livzmannus*,

1) Haibisch, Heibisch ist Eigenname einer Oertlichkeit. S. Schmeller II, 259.

2) Marstetten im wirtemb. OA. Leutkirch, wo die Grafen von Marstetten ihre Stammburg hatten, welche durch die

Berhtoldus comes de *Eschenloch*, Bonifacius de *Castlabark*,[1]) Bernhardus de *Wilhain*, Cv̊nradus de *Lvppurch*, Fridericus et Hermannus de *Hvrnhain*, Albertus iunior de *Niffen*, Conradus pincerna de *Limpurch*, Conradus Cropho de *Fluglingen*, Heinricus kamerarius de *Prisingen*, Conradus de *Pogen*, Conradus de *Frivndsperch*, Alrammus de *Rotauwe*[2]) et alii quamplures. Datum Verone anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, VI kalendas Januarii, decima indictione.*)

93. König Konrad versetzt dem Herzog Ludwig die Vogtei über die Stadt Augsburg und die Kirchengüter in Füssen, wie auch das Schloss Schwabeck.

Verona am 10. Jänner 1268.

Chonradus secundus dei gratia Jerusalem et Sycilie rex, dux Sveuie. Humana natura quia labilis est et breuis, necesse est ad memoriam rerum gestarum obtinendam scripture testimonium adhiberi. Tenore itaque presentium protestando publice profitemur et notum facimus vniuersis intuentibus seriem huius scripti, quod nos consideratis magnis laboribus et expensis, quas auunculus noster karissimus *Lodwicus* illustris comes palatinus

Erbtochter des letzten Grafen in der Mitte des 13. Jhh. an Berhtolt von Neuffen gelangte, der sich nun von demselben zubenannte. Dessen Nachkommen erhielten in der Folge (1326) auch Graisbach, und nannten sich sodann Grafen von Marstetten und Graisbach.

1) Castelbarco, im Kreise Roveredo, das Stammhaus der davon zubenannten Edlen.

2) Rottau im Ldg. Griesbach.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Das an rothen Seidenfäden hangende Sigel ist ziemlich gut erhalten.

Abdrücke: Aettenkhover S. 180; Lory Lechrain nr. 10; Mon. B. 30[a], nr. 820.

Rehni, dux Bawarie, procedendo nobiscum in Veronam cum honesta armatorum et militum comitiua et ibidem stando in nostris seruiciis fecit de certa nostra et consulum ac officialium nostrorum conscientia uidelicet Ruperti *Filmagerii* magistri expensarum nostrarum, magistri Petri de *Prece* prothonotarii curie nostre, *Friderici* notarii nostri, ac Vlrici de *Memmdorf*,[1]) qui ab officialibus ipsius auunculi nostri fuerunt de ipsis racionabiliter expensis expediti, eidem auunculo nostro in recompensam ipsarum expensarum, quas ipsi tunc temporis, licet pro se ac suis valde necessarias habuisset, soluere non potuimus, aduocatiam ciuitatis nostre in *Augusta*, castrum nostrum *Swabekk*[2]) cum omni aduocatia, quam aput stratam super homines et bona omnium ecclesiarum ciuitatis et dyocesis habemus, item aduocatiam super homines et bona ecclesie in *Fůzzen*[3]) et curiam nostram supra montem cum omnibus iuribus, dignitatibus, iudiciis, aduocatiis ac aliis quibuslibet pertinentiis eorundem, proprietatibus videlicet ac feodalibus bonis pro tribus milibus marcarum puri argenti. Cum tamen expense sue summam predictam longe transcenderent, titulo pignoris obligauimus tamdiu possidenda, donec sibi, pueris vel uxori sue per nos vel quoscumque eorundem bonorum successores dicta peccunia integraliter fuerit persoluta. Demum, vt eundem auunculum nostrum, quem propter fidei sue merita speciali dilectione inter ceteros amicos nostros vlnis patentioribus amplexamur, si, quod absit, ante solutionem dicte pecunie decedere nos contingat, indempnem de predictis expensis fideliter conseruemus, volumus et per scripta presentia protestamur, ut quicquit per ius de predictis pignoribus perdiderit, de omnibus proprietatibus, quas tam ipsi quam fratri suo post nostrum

1) Wahrscheinlich Mammendorf im Ldg. Bruck, wo ein Edelgeschlecht sass.

2) Schwabeck im Ldg. Türkheim.

3) Füssen an der Gränze Tyrols am Lech.

obitum, si sine liberis legittimis decesserimus, legauimus et donauimus de prefata pecunia sibi, pueris vel uxori sue, non obstante predicta donatione, recompensatio plena fiat, antequam inter predictos auunculos nostros *Lodwicum* et *Heinricum* aliqua diuisio de predictis proprietatibus habeatur. Ad huius itaque rei memoriam et obligationis predicte plenissimam firmitatem presens scriptum inde fieri fecimus, sigillo nostre celsitudinis communitum, cum subnotatis testibus, qui sunt: Fridericus dux *Austrie* auunculus noster, Albertus prepositus *Ilnmv̊nstrensis*, Albertus *Livzmannus*, Fridericus de *Hv̊rnheim*, Chonradus Chropfo de *Flv̊gling* marscalcus noster, Heinricus camerarius de *Prising*, predicti auditores rationum nostrarum, *Chonradus* notarius curie nostre ac alii quam plures. Actum et datum Verone aput sanctum Zenonem anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, decimo Januarii, vndecime indictionis.*)

94. Heurathsberedung zwischen Heinrich von Horbach und der Tochter Albrechts von Hals in Gegenwart und mit Einwilligung des Herzogs Heinrich.

Straubing am 12. Jänner 1268.

Nos Heinricus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie tenore presentium declaramus, quod fideles nostri videlicet Al. de *Halse* et Heinricus de *Horbach* in nostra presentia constituti de nostro inductu et bona voluntate tale matrimonium contraxerunt. Predictus H. de Horbach ducet in vxorem *Chvnegundem*, filiam predicti Al. de Halse, super ipso matrimonio efficiendo ex

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Das an rothen Seidenfäden hangende Sigel ist gut erhalten.

Abdrücke: Aettenkhover S. 181; Lory Lechrain nr. 14; Mon. B. 30[a], nr. 822.

utraque parte prestito sacramento, et idem Al. de Halse predicto H. de Horbach ducentas quinquaginta libras denariorum ratisponensis monete in subsidium sponsalium filie sue dabit. Ipse vero H. de Horbach legabit et donabit predicto Halsario et filie sue predicte omnia bona hereditatis sue, siue proprietates siue feoda hominum uel prediorum uel rerum quarumlibet aliarum. Et si qua feoda predictus H. de Horbach a nobis tenuit, ea nobis resignauit, et nos ipsa ob earundem nuptiarum firmitatem ipsi Halsario et eiusdem filie iure contulimus feodali. Si vero alia bona, que ab aliis dominis uel auctoribus in feodum possidet siue tenet, predicto Halsario et eiusdem filie predictus H. de Horbach non posset forsitan stabilire, pro maiori cautione Heinricus de *Mosdorf*, Chunradus de *Echartingen* et Fridericus de *Egelofsheim* ipsa bona receperunt ab eo titulo feodali, vt ea nomine feodi teneant, possideant pleno iure, ipsi Halsario et eius filie conseruanda, quousque predictus de Horbach ipsa feoda per manus veri domini et auctoris confirmare poterit predicto Halsario et sue filie conferenda. Et prenominati H. de Mosdorf, Chunradus de Echartingen, F. de Egellolfsheim ipsa feoda per manum predicti H. de Horbach pro quatuor milibus librarum ratisponensis monete stabiliuerunt ipsi Halsario et eiusdem filie supradicte. Si quas vero proprietates dictus de Horbach possidet siue tenet, per manum domini sui, quod in vulgari salman dicitur, predicto Halsario et eiusdem filie similiter confirmabit. In cuius rei firmitatem presentes litteras sigillo nostro et sigillis predictorum Al. de Halse et H. de Horbach placuit communiri cum testibus annotatis, qui sunt Heimmericus de *Rore*, Ortolfus de *Volchensdorf*, Heinricus de *Mosdorf*, Chunradus de *Echarting* et alii quam plures. Datum in Strůbingen anno domini millesimo CCLXVIII, pridie idus Januarii.*)

*) Von den Sigeln hängt nur noch das ziemlich gut erhaltene Weckensigel des Herzogs an.

95. Des Herzogs Heinrich Vorkehrungen gegen Verletzung des Landfriedens von Seite Alhards von Saulberg.

Regensburg am 7. Mai 1268.

Nos Hainricus dei gratia comes palatinus Reni dux Bawarie vniuersis presentia inspecturis volumus esse notum, quod, cum Alhardus de *Saulberch* propter iniurias et grauamina nobis et ecclesie *ratisponensi* ab ipso illata indignationem nostram et compatris nostri domini L. venerabilis episcopi ratisponensis mvltociens incurrisset, et ob id castrum suum Saulberch in nostra et dicti episcopi fuisset potestate positum vsque ad tempus date presentium litterarum, nos restituimus ei dictum castrum, receptis ab eo fideiussoribus pro ducentis libris denariorum ratisponensium, videlicet Vlrico dapifero de *Eckinmvl* pro X libris, Wimaro *Frumesel* pro X lib., Chunone de *Hofdorf* pro X lib., Gerhoho de *Freimlansperg* pro X lib., Ditrico de *Auwe* pro X lib., Ottone de *Straubinga* pro X lib., Alberto filio eiusdem pro X lib., Sighardo de *Eglofsheim* pro X lib., Wolfgango de *Schirling* pro X lib., Chunrado de *Schwarzenburch* pro X lib., Paldewino iuniori de *Perwingen* pro X lib., Chunrado iuniori *Wisintario* pro X lib., Eckeberto de *Weihse* pro X lib., Gozwino de *Weihs* pro X lib., Hermanno de *Seirching* pro X lib., Hainrico de *Paumgarten* pro X lib., Chunrado de *Satilpogen* pro X lib., Gebolfo iuniori de *Salah* pro X lib., Wirntone *Waller pro* X lib., Ottone de *Eglofshaim* pro X lib., qui fideiusserunt in hunc modum, vt, si dictus Alhardus stratam publicam nostri districtus vel episcopi spoliauerit, uel nos uel dictum episcopum, vel nostros homines contra iustitiam offenderit aut dampnificaverit in rebus aut personis, et super hos requisitus a nobis ambobus vel altero nostrum vel nostris procuratoribus non satisfecerit infra mensem dicti fideiussores, requisiti a nobis ambobus, vel altero nostrum vel nostris procuratoribus, intrabunt Straubingam, inde nullatenus exituri, sub conductu nostro, ibi morantes, usque de dampnis et iniuriis

illatis per Al. sepedictum fuerit satisfactum, alioquin CC lib. parti, que lesa fuerit, ipsi fideiussores soluent, et si dampnum et iniurie illate excedant estimationem CC lib., idem Al. obligauit nobis ambobus et nostris successoribus pro eo, quod excedit CC lib., partem castri Saulberch, quam in eodem dinoscitur obtinere, cum omnibus aliis bonis suis, predicta fideiussione a proximo festo penthecostes ad sex annos sequentes tantummodo perdurante. Si vero sepedictus Al. cum aliquo de nostris vel dicti episcopi ministerialibus vel hominibus ceperit discordare, et ex hoc dampna hinc inde illata fuerint et iniurie, de hiis satisfiet a partibus secundum formam inter nos et sepedictum episcopum, quo ad alios ministeriales nostros et homines conceptam in priuilegio super hoc confecto. Jurauit etiam idem Al., quod, si *Rutlandus* et *Meingotus* patrui sui redemerint infra biennium, prout inter eos est conventum, partem castri Saulberch, que ad ipsos dinoscitur pertinere, sepedictus Al. turrim castri Saulberch assignabit nobis ambobus vel cui fecerimus nostro nomine assignari conseruandam, quousque nobis ambobus cautio plena fiat per R. et M. predictos, quod nos ambos et nostros homines contra iusticiam non offendant vel stratam publicam spolient, que extenditur per nostros districtus et domini episcopi superius nominati. In cuius rei memoriam presentes litteras conscribi et sigillorum nostrorum, nostri videlicet ac dicti episcopi robore placuit communiri. Datum Ratispone anno domini MCCLX octauo, nonis Maii.

Denique est adiectum, ut, si aliquem vel aliquos ex predictis fideiussoribus infra predictum sexennium decedere contingerit, ipse Al. loco defuncti vel defunctorum sine mora fideiussores alium vel alios subrogabit.*)

*) Die beiden Sigel, das oblonge des Bischofs und das runde Weckensigel des Herzogs sind gut erhalten.

Abdruck: Ried cod. nr. 531.

96. Herzog Heinrich verzichtet auf Grund des Schiedspruchs seiner Gemahlin Elisabeth zu Gunsten des Stiftes Freysing auf das Patronatsrecht der Kirchen Diemannskirchen und Hermannskirchen.

— 1268.

Nos Heinricus dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie notum esse cupimus presentium inspectoribus vniuersis, quod, cum inter reuerendum in Christo patrem dominum et consanguineum nostrum Chunradum venerabilem episcopum *frisingensem* nomine frisingensis ecclesie ex vna parte et nos ex altera super iure patronatus *Termarschirchen*[1]) et *Hermarschirchen*[1]) eiusdem dyocesis ecclesiarum orta esset materia questionis, nos ad instantiam prelibati patris et voluntatem ad manus domine *Elyzabeth* dilectissime vxoris et consortis thori nostri eandem litem tradidimus sopiendam, promittentes, nos ratum et gratum habituros, quicquid in huiusmodi contentione inter nos et ecclesiam frisingensem per ipsam fuerit amicabiliter ordinatum. Verum prelibata domina et vxor nostra E. nobis annuentibus et consentientibus de prefato iure patronatus inter nos et ecclesiam frisingensem taliter ordinauit, quod in eisdem ecclesiis nec nos nec heredes nostri ius patronatus de cetero deberemus nobis aliquatinus usurpare nec ulterius super huiusmodi iure patronatus contendere cum ecclesia frisingensi. Et ut huiusmodi ordinationi nos uel heredes nostri non ualeamus in posterum contraire, presentem cedulam ecclesie frisingensi tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini millesimo CCLX octauo.*)

1) Diemannskircken und Hermannskirchen im Ldg. Vilsbiburg.

*) Abdruck: Hund metrop. I, 165; Meichelb. II^b, 61.

97. Bischof Berhtolt von Bamberg belehnt den Herzog Ludwig mit dem Erbtruchsessenamt und den dazugehörigen Gütern.

Neustadt am 19. Juni 1269.

Berhtoldus[1]) dei gracia episcopus ecclesie babinbergensis vniuersis hanc litteram inspecturis salutem in omnium saluatore. Quia divturnitas temporis obliuionem ingerit rebus gestis, ne facta hominum dubietate uel uarietate aliqua infirmentur, necesse est, ea scripturarum testimonio perhennari. Tenore siquidem presentium recognoscimus et notum facimus vniuersis presentibus et futuris, quod nos considerantes grata et laudabilia seruicia, que illustris princeps dominus *Lodwicus* comes palatinus Rheni, dux Bawarie, dilectus consanguineus noster, nobis et ecclesie nostre fecit et inantea est facturus, eidem et heredibus suis officium dapiferatus ecclesie nostre, quod ad nos est libere deuolutum,[2]) cum omnibus honoribus, dignitatibus et iuribus, sicut inclite recordationis *Fridericus* Romanorum imperator ab ecclesia nostra tempore quondam domini *Ekkeberti* babinbergensis episcopi, predecessoris nostri tenuit, cum omnibus feodis ipsi officio annexis feodali titulo duximus conferendum. Feoda autem sunt hec; castrvm *Hohinstayn*, aduocatia bonorum et hominum oppidi *Hærspruk*, *Vilsek*, *Aurbach*, *Pægenz*[3]) *Velden*[4]) et omnia attinentia eorundem. Ab hac autem collatione nostra aduocatiam ciuitatis *Vilsek* cum agris, pratis, pascuis et aquis, ipsam ciuitatem specialiter respicientibus, et seruicia, que tagdinst wlgariter nuncupantur, excipimus, ea deinceps pro nostris et ecclesie nostre seruiciis reseruantes. Includimus etiam, quod in omnibus possessionibus et iuribus nostris, ecclesiarum, monasteriorum ac ministerialium ecclesiam no-

1) Berhtolt, ein Graf von Leiningen, v. J. 1257—1285.
2) Nämlich durch den Tod des K. Konradin.
3) Das Städtchen Pegnitz an der Pegnitz.
4) Das Städtchen Velden im Ldg. Hersbruck.

stram respicientium, in posterum nos per se uel heredes suos ultra ius debitum non inpediat uel molestet. Vtetur etiam predicta aduocacia, sicut prefatus imperator ea tempore domini Ekperti episcopi usus fuit, nec mvnicionem uel castrvm aliquod eriget in bonis, que ipsi contulimus nunc de nouo. Ad huius itaque nostre collacionis robur perpetuo ualiturum, presens scriptum predicto duci cum subnotatis testibus dedimus, sigillis nostro et domini Heinrici[1]) venerabilis *spirensis* episcopi fratris nostri mvnimine roboratum. Testes autem sunt: dominus H. venerabilis spirensis episcopus, Walrabus prepositus maioris ecclesie *wormacensis*, Emcho comes de *Lyningen* fratres nostri, frater de *Bonlandia* prepositus sancti Stephani babinbergensis, Fridericus burcrauius de *Nv̊rmberch*, Reinhardus de *Hagnawe*, Hermannus et Rudolfus de *Hurnhaym*, Hadmarus de *Labir*, Meinhardus comes de *Rotenek*, Gebhardus de *Wilhaym*, Erchingerus de *Maginhaym*,[2]) Chvnradus et Otto de *Richenbach*,[3]) Gerlacus de *Brwberch*, Otto de *Bruhsela*, Engilhardus de *Winsperch*, Philippus et Gerhardus dapiferi de *Alzeia*, Wolframmus dapifer de *Niwanstorf*,[4]) Vlricus de *Niwanstorf*, Chonradus de *Alkerstorf*,[5]) Berhtoldus de *Vochinberge*, Antonius dapifer de *Chirwiler*, Chonradus et Eberhardus pincerne de *Ertpach*,[6]) Chvnradus de *Prisingen*, Heinricus de *Rorbach*, Livpoldus coquinarius de *Rotinburch*,[7]) Berhtoldus de *Geboltspach*, Wernherus de *Husen*, Fridericus notarius curie nostre et alii quam plures. Actum et datum in campis aput nouam ciuitatem anno

1) Heinrich II, ein Graf von Leiningen, v. J. 1245 —1272.
2) Magenheim im wirtemb. OA. Brackenheim.
3) Reichenbach im Ldg. Schwabach.
4) Neudorf im Ldg. Pegnitz.
5) Algersdorf im Ldg. Hersbruck.
6) Erbach in der hess. Provinz Starkenburg.
7) Rothenburg an der Tauber.

dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo nono, tertio decimo kalendas Julii duodecima indictione.*)

98. Revers des Herzogs Ludwig über die Stadt Amberg und die Vogtei über Nitenau, welch beide ihm der Bischof Berhtolt von Bamberg zu Lehen gegeben.

Zwischen Kestenburg und Neustadt am 19. Juni 1269.

Nos Ludewicus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie tenore presentium protestamur et notum facimus vniuersis, presentibus et futuris, quod cum reuerendus pater dominus Bertholdus,1) venerabilis episcopus babenbergensis, consanguineus noster dilectus, oppidum *Amberc* ac omnia alia feoda cum vniuersis eorum attinentiis, que ad ipsum et ecclesiam suam ex morte Bertholdi marchionis de *Hohenburc* et fratrum suorum sunt deuoluta, necnon aduocatiam bonorum et hominum in *Nitenawe*2) ac aliorum feodorum, que ab ipso domino episcopo babenbergensi et ecclesia sua quondam Albertus Lutzmannus de *Lapide* tenuit, nobis conferret titulo feodali, promisimus et promittimus bona fide, quod eundem dominum nostrum, canonicos et ministeriales babenbergenses, ecclesias et monasteria ecclesiam suam respicientia in possessionibus et iuribus ipsorum, que in eisdem bonis ipsis conpetere dinoscuntur, non impediamus aliquatenus aut grauemus. Promittimus insuper, quod aduocatiis dictorum feodorum alio modo non utamur, quam predicti marchio et fratres

*) Die zwei nicht gut erhaltenen Sigel hängen an.

Abdrücke: Tolner hist. Pal. nr. 117; Oetter Vers. II, 553; Burgermeister Bibl. eq. II, 887; Ludewig Germ. princ. II, 854; Scheid origg. guelf. III, praef. p. 83.

1) Berhtolt, v. J. 1257—1285.

2) Nittenau schenkte Kaiser Heinrich d. H. dem Bisthum Bamberg i. J. 1007.

eius necnon Lutzmannus tempore quondam domini *Ekkeberti* episcopi babenbergensis eis, dum adhuc uiuerent, utebantur. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsi domino episcopo babenbergensi damus nostri sigilli robore communitas. Datum inter Kestenburc et nouam ciuitatem anno domini millesimo CCLXVIIII, XIII kal. Julii.

99. Theilung der Güter des Königs Konrad zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich.

Aufhausen am 28. September 1269.

Nos Lodwicus et Heinricus dei gratia comites palatini Reni, duces Bawarie, tenore presentium notum facimus vniuersis, presentibus et futuris, quod cum super hereditate karissimi auunculi nostri *Chonradi* Jerusalem et Sÿcilie regis, ducis Sweuie diuidenda ac vniuersis hominibus et bonis ipsius inter nos esset materia questionis suborta, tandem post varios tractatus habitos hinc et inde, de consilio prudentum pro bono pacis ac tranquillo statu terre nostre in dilectos fideles nostros Alberonem de *Brukperch*, Albertum de *Halse*, Gebhardum de *Velben*, Grimoldum de *Prising*, Arnoldum de *Mœssenhusen*, Heinricum et Winhardum de *Rorbach*, et Sifridum de *Sigenhoven* compromisimus, ac etiam dilectos amicos nostros Gebhardum de *Hirzperch* et Fridericum de *Trůhending* comites eisdem adiunximus, firmante proprio iuramento, gratanter acceptare et firmiter obseruare, quicquid per octo predictos vel saltem per dictos comites arbitratum fuerit seu etiam ordinatum, in omnibus predictis et quolibet predictorum si predicti octo nequiuerint concordare. Prefati vero comites, cum alii octo concordare non possent ad omnem iurgiorum materiam in posterum amputandam, et ne exstincta actio vlterius reuiuiscat, discussis questionum meritis ac circumstantiis vniuersis arbitrati sunt taliter prestito iuramento,

quod nobis duci Heinrico castrum *Flozz*, *Parchstein*, *Widen*[1]) et *Adelnburch*[2]) cum omnibus adtinentiis eorundem, videlicet bonis et hominibus, pratis, agris, pascuis, piscariis, venationibus et forestis pleno iure perpetuo remanebunt, nobis vero duci Lodwico oppidum *Amberch*, castrum *Hohenstein*, aduocatie bonorum et hominum *Vilsekk*, *Avrbach*, *Plech* et *Hærsprukk*, *novum castrum*[3]) ac etiam *nouum forum*,[4]) *Perngav*,[5]) castrum *Swæbischwerd*[6]) et ciuitas ibidem, *Mőring* cum toto Heibisch, castrum *Swabekk*[7]) cum omnibus adtinentiis suis, oppidum *Schongæv* et etiam bona predicti auunculi nostri ante montes sita, et generaliter omnis proprietas inter flumen *Werta*, *montes* et *Danubium* sita cum omnibus bonis et hominibus ac vniuersis aliis adtinentiis eorundem, videlicet agris, pratis, pascuis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis pleno iure perpetuo remanebunt. Protulerunt etiam arbitrando, quod castrum et ciuitatem *Nűrenberch* et oppidum *Lauging* possidebimus et tenebimus pari iure, ciuitatem etiam *Nőrdeling*[8]) simul habebimus et persoluemus equaliter, quicquid ad acquisitionem eiusdem ciuitatis est impensum vel adhuc fuerit impendendum. Item vniuersa, quecumque euincere potuerimus deinceps de proprietatibus vel feodalibus bonis predicti auunculi nostri cum aduocatia augustensi equaliter diuidemus ita, quod unus alterum pari

1) Die Stadt Weiden in der oberen Pfalz.

2) Das Schloss Adelnburg im Ldg. Parsberg.

3) Wahrscheinlich Neuhaus im Ldg. Eschenbach.

4) Die Stadt Neumarkt in der oberen Pfalz.

5) Berngau im Ldg. Hemau.

6) Donauwörth in Schwaben.

7) Schwabekk, Stammburg der Herren von Schwabekk, im Ldg. Türkheim, jetzt Ruine.

8) In der Bestätigungsurkunde des Königs Rudolf (1274 27. Febr.) fehlen die Städte Nürnberg, Lauingen und Nördlingen, weil man sie als Reichsgut ansah, wesswegen sie auch von den Herzogen in gemeinschaftlichen Besitz genommen wurden.

auxilio expensarum et laborum fideliter adiuuabit, et si par auxilium non fuerit, stabimus arbitrio predictorum arbitrorum ad supplementum eiusdem defectus in vniuersis dampnis, laboribus et expensis. Porro si alter nostrum grauiores sumptus ammodo impenderit, predictis comitibus et consiliariis supradictis facultas reseruatur libera recompensandi ei, qui sic in sumptibus plus precellit. Verumtamen si quid in quibuscumque officiis in computatione ex obliuione est obmissum, huiusmodi diuisio inter nos equaliter facienda sub iuramento prestito predictorum duorum comitum arbitrio reseruatur. In cuius rei testimonium et euidentiam presentes litteras nostris ac predictorum comitum sigillis fecimus roborari. Actum et datum in *Avfhousen* anno domini millesimo nono, quarto kalendas Octobris.*)

100. Beilegung des Streites zwischen dem Bischof Hartmann von Augsburg und dem Herzog Ludwig wegen der Vogtei über die Güter des Stiftes Augsburg.

Augsburg am 31. März 1270.

Nouerint vniuersi presentium inspectores, quod discordia inter dominum Hartmannum, venerabilem episcopum augustensem et ecclesiam eandem et virum nobilem dominum, marchionem Heinricum de *Burgowe* ac ceteros eiusdem ecclesie fautores ex parte vna, et illustrem principem dominum *Ludewicum*, comitem palatinum Reni, ducem Bawarie, cum suis cooperatoribus ex altera, mediante illustri principe domino *Heinrico* palatino comite, duce Bawarie, deliberato consilio et spontanea voluntate partium taliter est sopita, quod videlicet idem

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Nur das stark verletzte Rautensigel des Herzogs Heinrich hängt an. Die Spuren am Pergament geben zu erkennen, dass schon ursprünglich nur drei Sigel angehangen.
Abdrücke: Aettenkhover S. 174; Lory Lechrain nr. 11.

episcopus, capitulum, ministeriales et ciuitas *augustensis* ac dominus Rvdolfus[1]) gubernator *ecclesie campidonensis*, Perhtoldus de *Hohenekke*,[2]) Perhtoldus de *Drouhpurk*,[3]) Albertus de *Wolchenpurch*,[4]) Swikerus de *Minnelberch* et filius suus *Swiker*, Heinricus camerarius de *Wellenburch*[5]) Chunradus *Spannagel*, Spæto de *Faiming*,[6]) Chunrad de *Matzensiez*, Arnoldus de *Porta*, Sifridus de *Hattenberg*,[7]) Vlricus de *Zv̊senecke*,[8]) Heinricus de *Liehtenowe*,[9]) Sifridus dapifer de *Donersperch*[10]) et filius suus *Sifridus*, Heinricus de *Höhsteten*,[11]) Heinricus *Gv̊so*[12]) dictus aureus, et frater suus, Albertus de *Villibach*,[13]) Conradus, Bartholomeus, Georius de *Schwanegœwe*, Swickerus de *V̊n-*

1) Rudolf von Hoheneck, Administrator des Stiftes, vom Jahre 1270—1275.

2) Hohenekk, Schlossruine im Ldg. Weiler.

3) Trauchburg, Stammburg der Truchsessen von Waldburg, bei Issery, längst zerstört. Ursprünglich gehörte sie den Grafen von Nellenburg-Veringen.

4) Wolkenberg, Ruine am Wagecker-See, Ldg. Kempten.

5) Wellenburg, nicht ferne von Augsburg.

6) Faimingen im Ldg Lauingen.

7) Hattenberg, eine verfallene Burg im Ldg. Zusmarshausen.

8) Zusameck, Stammhaus der Edlen dieses Namens im Ldg. Zusmarshausen, Ruine.

9) Lichtenau im Ldg. Ursperg, Stammsitz der davon zubenannten Edlen dieses Namens, jetzt Ruine.

10) Donnersberg bei Nordendorf, eine Ruine, deren Name sich noch erhalten hat, in dem naheliegenden Einödshofe Dornsberg. Die Edlen, welche hier ihren Sitz hatten und das hochstift. augsbg. Marschall- und Truchsessenamt begleiteten, sind mit den bayer. Edlen dieses Namens nicht zu verwechseln.

11) Die Stadt Höchstädt, nahe bei Dillingen.

12) Das Stammhaus der Güssen, die Güssenburg in Wirtenberg, OA. Heidenheim, ward i. J. 1448 zerstört. Die Güssen, ein reichbegütertes Edelgeschlecht, gingen zu Anfang des XVII Jhh. in Armuth unter.

13) Villenbach im Ldg. Wertingen.

ningen, Heinricus de *Erising*,[1]) Vlricus de *Holenbach*,[2]) dictus Geizso, Hainricus *Schongowerius*, et *Siboto* frater suus, Vlricus *Fundanus*, ac reliqui ciues augustenses et alii adiutores ecclesie supradicte cum prefato domino L. duce et amicis et fidelibus suis de *Hirzperg*, de *Trvhending*, de *Helfenstein*, de *Graifspach* comitibus, ac Alberone de *Prvkperch*, Brvnone de *Riseinspurch*, Heinrico, Sifrido et Heinrico marscalcis, et Heinrico dapifero de *Donnersperch*, Hermanno, Chvnrado et Chvnrado de *Heiginperch*, et Chvnrado de *Wildenrod*, Heinrico de *Turnekke*,[3]) Wernhero de *Hoehsteten*, Dieterico de *Altheim*[4]) et fratruele suo ivniore Spæt, Gebhardo de *Weilheim*, domino Bartholomeo de *Wal*[5]) et filio suo, omnibus de *Lechsperch*,[6]) Rudolfo de *Eselsburch*,[7]) Ottone de *Chaltenburch*,[8]) Vlrico de *Osthaim*[9]) et aliis fautoribus ipsius ducis, ad concordiam sinceram et reconciliationem amicabilem sunt plenarie reformati sic, ut omnis culpa dampnorum, eiusdem belli tempore commissorum, ab eisdem partibus vel altera earum vniversaliter uel sigillatim de cetero in vindictam aut actionem ecclesiastici vel secularis iudicii aut odii fomitem non trahatur. Si qua uero dampna capitulo augustensi ante inchoatum illum bellum per homines et fautores domini L. ducis irrogata dinoscuntur, de hiis omnibus inter ipsum capitulum et offensores ipsos plena compositio intercessit hoc pacto videlicet, vt huiusmodi dampnorum satisfactio in arbitrio domini episcopi augustensis predicti ac domini Heinrici ducis Ba-

1) Eresing im Ldg. Landsberg.
2) Hollenbach im Ldg. Neuburg.
3) Turnekk in der Nähe von Harburg.
4) Hohenaltheim, ebenfalls in der Nähe von Harburg.
5) Waal im Ldg. Buchloe.
6) Rauhenlechsberg im Ldg. Schongau.
7) Eselsburg im wirtemb. OA. Heidenheim.
8) Kaltenburg, Stammsitz der Edlen von Kaltenburg, im wirtemb. OA. Ulm, jetzt Ruine.
9) Ostheim im Ldg. Heidenheim.

warie de plano consistat. Dampna siquidem ecclesiis quibuscunque, per districtum eiusdem domini L. ducis Bawarie sitis, infra ipsam belli turbationem ex parte fautorum episcopi augustensis illata, predicte concordie contra actionem quamlibet includuntur. *Sane dominus L. dux predictus prefatum dominum episcopum in aduocatia prediorum ipsius ecclesie augustensis, qua olim bone recordationis dominus *Chvnradus* dux Swevie ab eadem ecclesia infeodatus extiterat, non impediet iniuriose vel etiam violenter non eam sibi de cetero sine consensu predicti episcopi vendicabit, et renuntiavit omni iuri, quod in eadem aduocatia sibi hactenus competiit vel competere videbatur.[1] * Insuper de predicto Al. de Prvkperch, H. de Hæginberch, Ar. de Mæssenhousen, C. de Wildenrod ac reliquis hominibus partis sue dux prefatus eidem episcopo super questionibus rationabiliter motis exhibebit iustitiam vel amorem, et similiter dominus episcopus de se ipso et sue partis hominibus et fautoribus eandem rependet formam iustitie uel amoris, hiis dumtaxat vtrinque sopitis dampnis, que belli tempore sunt patrata, propter actiones prediorum et feodorum, que salve vtrisque partibus remanebunt. Ad hec ciues augustenses, videlicet Fridericus et Johannes dicti *Burkgrauii*, Siboto et Lvpoldus *Stoltzhirz*, Heinricus *Prewo*, Heinricus de *Iglingen* et alii consocii eorundem, qui eiusdem episcopi et ciuitatis indignationem, licet sine merito, incurrerant, in plene reformationis gratia in integrum domorum, honoris, iurium et quarumcunque possessionum suarum recuperatione de cetero permanebunt, siue in ipsa ciuitate seu alibi residentiam duxerint faciendam, nec ab ipso episcopo uel vniuersitate ciuium trahentur in causam inuidie vel iudiciarie potestatis pro

1) Die Vogtei über die Güter des Stiftes Augsburg, welche Ludwig, dem sie Konradin versetzt hatte, beanspruchte, war Anlass dieser Fede, von der sonst nichts bekannt ist.

occisione conciuium suorum apud *Hamel*[1]) perpetrata vel offensis ipsius episcopi, capituli, ministerialium, ciuitatis, marchionis et quorumlibet fautorum augustensium in locis quibuscumque predicte dissensionis tempore perpetratis, nisi forte a proximis occisorum consanguineis capitales inimicitias[2]) ex culpa sustineant speciali, illi scilicet ex eis, qui de tali obiectione culparum se nequiuerint expurgare. De iuramento quoque, quod eidem episcopo et ciuibus coacti prestiterant, et infamia, cui se ipsos in penam transgressionis addixerant, erunt liberi et inmunes. Preterea ciues augustenses ex depositione salis apud *Fridberch* non sustinebunt per predictum ducem impedimentum aliquod uel grauamen, nec etiam alibi in stratis, aquis vel aliis locis captiose, quicquam inpedimenti seu grauaminum patientur, sicut nec alii mercatores vel hospites ipsius ducis terminos transeuntes, et similiter homines ducis aput Augustam et alios districtus episcopi nullo impedimento vel preiudicio grauabuntur. Porro omnes, qui ab alterutra partium ad presens in vinculis detinentur, indempnes et liberi debent continuo a cohertione qualibet relaxari, nisi forte ante diem compositionis celebrate aliqui ex captiuis de absolutione sua expressum fecerint laudamentum ad manus aliorum, quam eorum, in quorum vinculis tenebantur. Demum sicubi in ipsa ciuitate videlicet augustensi vel aliis locis eiusdem ecclesie quecumque res vel debita hominum ducis predicti, quocumque detenta fuerint interdicto, hec omnia relaxentur, et similiter ex parte ipsius ducis et suorum de rebus augustensium omne cessabit obstaculum interdicti. Vniuersa itaque supradicta date alternatim pacis osculo, a partibus publice confirmata presentis pagine testimonio et sigillis videlicet domini

1) Hammel im Ldg. Göggingen.

2) Beispiele geübter Blutrache finden sich auch noch in viel späterer Zeit.

QE 5

augustensis episcopi ac amborum dominorum ducum Bawarie predictorum, necnon domini Rudolfi gubernatoris ecclesie campidonensis, ac domini H. marchionis de Burgowe et ciuitatis augustensis placuit communiri. Actum et datum apud Augustam anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo septuagesimo pridie kal. Aprilis.*)

101. Die Grafen von Murach verkaufen ihre Besitzungen auf dem Nordgau an den Herzog Ludwig.

Lengenfeld am 23. April 1271.

Nos Gebhardus, Rapoto et Diepoldus fratres comites de *Mvhra*,[1]) ne obliuionis morbo facta temporalia ex diutino processu tempòris tollantur, uel forte aliqua fallacia hominum valeant permutari, discretionis et prouidentie debet remedium adhiberi. Scripto igitur presentis pagine profitemur et notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod serenissimo domino nostro *Lodwico* inclito comiti palatino Rheni, duci Bawarie, necnon heredibus suis vniuersa bona nostra cum omnibus hominibus nostris, videlicet rusticis et mercatoribus, exceptis nobilibus et feodis infeodatis inter villam *Swainkendorf* et ciuitatem *Nappvrch*, *Lengenvelt*, *Æmberch* ac *Hirzowe* et inter fluuios *Nabe*, *Vils* et *Ehenbach*, principaliter quoque villam *Drv̊schingen*,[2]) in qua nichil feodali titulo concessum est, villam *Etsdorf*[3]) sub eodem

*) Es hängen nur noch die Sigel des Bischofs und der beiden Herzoge an.

Abdruck: Mon. B. 33^{a}, 118. Vgl. Braun Gesch. der Bisch. v. Augsb. II, 293.

1) Murach, im Ldg. Neunburg v. W., kam nebst anderen Gütern durch Elisabeth, eine geborne Gräfin von Sulzbach, an die Grafen von Ortenburg. S. Moritz Gesch. der Grafen v. Sulzbach S. 341 flg.

2—3) Drüsching und Etzdorf im Ldg. Nabburg.

iure, vnam curiam in *Ascha*,[1] et vnam in *Průle*,[2] item aduocatiam in *Poxrucke*[3]) et *Swant*[4]) cum omnibus suis pertinentiis, item unam curiam in *Polenwinden*,[5]) item quicquid habemus in villis dictis *Obernsneitenbach* et *Nidernsneitenbach*,[6]) item villam *Siezzenbůch*,[7]) item in villa *Mirtemberge*[8]) quatuor curias, necnon omnia iura nostra ibidem, item totam villam in *Deswitz*,[9]) item in villa *Triechenrivte*[10]) unam curiam, duo feoda, item quicquid habemus in villa *Wolffbach*[11]) et villam totam in *Livtenhovin*,[12]) item in villa *Důseltschinden*[13]) quatuor feoda, item montes dictos *Chvlme*[14]) et *Haldenrode*,[15]) item montem *Půchberch*,[16]) et omne ius nostrum, quod habemus in monte dicto *Hiligenberge*[17]) cum omnibus ipsorum attinentiis, videlicet iudiciis, iuribus, hominibus, paschuis, pratis, siluis, forestis, aquarum decursibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis pro sexcentis septuaginta quinque libris denariorum ratisponensium vendidimus et donamus iure proprietatis perpetuo possidenda. Certificauimus etiam ipsum dominum nostrum et heredes suos, quod in eisdem bonis libere ac solute necnon integraliter singulis annis in certis redditibus habebit qvinquaginta libras denariorum ratisponensium septuaginta quinque denarios, quelibet scafa tritici et siliginis vna alteri cooperante pro tribus solidis ratispon. et avene unum metz nappvrgær pro triginta denariis

1) Aschach, Pfarrd. im Ldg. Amberg.

2) Nämlich im Prül bei Aschach.

3—4) Bursruck und Schwant im Ldg. Amberg.

5) Dieser Ort ist eingegangen oder hat einen andern Namen erhalten.

6) Ober- und Unterschnaitenbach im Ldg. Amberg.

7—13) Sitzenbuch (Sitz am Buch), Mertenberg, Deswitz, Trichenricht, Wolfsbach, Littenhof, Deiselkint im Ldg. Nabburg.

14—15) Wahrscheinlich Waldberge bei Etzdorf.

16) Waldberg bei Sitzenbuch, wo noch Burgruinen sichtbar sind.

17) Ein Waldberg, der sich an den Puchberg angrenzt.

computatis. Promittentes insuper, quod auctores, quod vulgo gewer vocatur, sui et heredum suorum existere volumus et debemus contra omnem hominem, qui actionem habuerit in bona memorata, alioquin quicquid dictus dominus noster et heredes ipsius dampni forma iuris mediante in eisdem bonis senserint, pro eo omnes homines nostri et uniuersa bona nostra ipsi domino L. et heredibus suis sunt firmiter obligata, quousque cum aliis bonis nostris sibi deperditis plenam fecerimus recompensam vel in denariis videlicet tredecim libris denariorum ratispon. pro una libra in certis redditibus conputatis, sicut a nobis predictus dominus noster prefata bona comparauit, eidem et heredibus suis per nos integraliter fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmitatem presentem paginam sepedicto domino nostro et heredibus suis dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam testibus subnotatis, qui sunt: vir nobilis Chvnradus de *Lvppvrch*, Chv̊nradus de *Pavlstorf*, Chv̊nradus de *Erenvelse*,[1]) Wichnandus de *Iringesbvrch*,[2]) Rabeno de *Ǽderthvsen*,[3]) Fridericus de *Dvrrenloh*, Gerungus et Hainricus de *Pv̊ltzheim*,[4]) Hvgo de *Chalmv̊ntze*,[5]) Chv̊nradus de *Solbach*,[6]) Hainricus et Otto dicti *Zengœr*[7]) milites, Chv̊nradus filius *Pavlstorfarii*, Eberhardus de *Chemnat*,[8]) Rvdigerus de *Einolstorf*,[9]) Perihtoldus iudex noster, Hiltbrandus de *Chamerdorf*,[10]) Hain-

1) Von dem Schlosse Ehrenfels (Ldg. Hemau), dem Stammsitze der davon zubenannten Edlen, sind nur noch Ruinen vorhanden.

2) Eurasburg im Ldg. Wolfratshausen.

3) Etterzhausen im Ldg. Hemau.

4—5) Pilsheim und Kallmüntz im Ldg. Burglengenfeld.

6) Solbach im Ldg. Roding.

7) Die Zenger, ein weitverzweigtes und auf dem Nordgaue reichbegütertes Dienstmannsgeschlecht.

8) Kemnath im Ldg. Nabburg.

9) Endorf im Ldg. Hemau.

10) Kammerdorf im Ldg. Cham.

ricus de *Pômflinge*,[1]) Wichmannus de *Stralenvelt*,[2]) Hærtwicus de *Fronoŵ*, Rvdigerus frater suus, Rvdigerus de *Wartberch*,[3]) Rvpertus et Hainricus de *Dahsôlr*,[4]) V̊lricus iunior de *Schônprv̊nne*,[5]) Fridericus de *Harde*, Otto de *Niwenbvrch*, Syboto de *Pvltzheim*, Hainricus de *Sinzenhoven*, Otto de *Solbach*, Hainricus de *Pleich*,[6]) Diepoldus officialis de *Drvschingen*, Perhtoldus de *Nivsæzze*,[7]) Albertus dictus *Chebsûn*, Hermannus et Waltherus de *Curia*, Hartradus, Fridericus et Perhtoldus notarii domini nostri ducis, V̊lricus marscalcus ipsius et Hainricus de *Sæhsenhvsen*[8]) magister curie inclite domine ducisse ac alii quam plures. Actum aput Lengenvelt anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, nono kalendas Maii.*)

102. Vergleich zwischen dem Bischofe Leo von Regensburg und dem Herzoge Ludwig.

Regensburg am 7. Februar 1272.

Nos Leo[1]) miseratione diuina ratisponensis episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum inter nos et ecclesiam nostram ac ministeriales nostros ex vna parte et dominum *Lodwicum*, illustrem palatinum comitem Rheni, ducem Bawarie, nostrum compatrem predilectum et ministeriales suos ex altera

1) Pempfling im Ldg. Cham.
2) Strahlfeld im Ldg. Roding.
3) Zerfallene Burg bei Neunburg.
4) Taxoldern im Ldg. Neunburg.
5) Schönbrunn im Ldg. Neustadt.
6) Bleich im Ldg. Nittenau.
7) Niesass im Ldg. Neunburg.
8) Sachsenhausen im Ldg. Wolfrathshausen.

*) Es hängt nur das Sigel des Grafen Rapoto an. Das Pergament zeigt keine Spur, dass auch die anderen jemals angelegt wurden.

1) Aus dem regensb. Patriziergeschlechte der Tundorfer, v. J. 1262—1277.

altera dudum fuisset exorta materia questionis super diuersis rapinis, incendiis, captiuacionibus, depeccuniacionibus, iniuriis et dampnis[1]) aliis hinc inde commissis tandem communi consilio et assensu in arbitros fuit compromissum fide prestita hinc et inde, videlicet ex parte nostra in dilectum in Christo fratrem Vlricum de *Dormberch* nostrum vicedominum, prepositum *spaldensem*, Chvnradum de *Erenuels* et Baldwinum de *Bœrbing* ecclesie nostre ministeriales, ex parte vero domini L. ducis in Winhardum de *Rorbach*, Heinricum de *Prisingen*, camerarium et Wichnandum vicedominum, et si predicti sex arbitri non possent in arbitrio concordare, nos et predictus dominus dux mediatorem elegimus, qui v̊berman uulgariter nominatur, virum discretum Gebhardum de *Velwen* ministerialem nostrum, vt in quamcunque partem idem G. per se uel cum aliis declinaret, quod ipse statueret, ratum esset, et deinceps a partibus inuiolabiliter seruaretur. **1.** Qui tandem sunt concorditer arbitrati, quod incendia, rapine, captiuaciones, depeccuniaciones, iniurie et dampna, quocunque nomine censeantur, hincinde contracta vel etiam perpetrata sint abolita et remissa vtrimque simpliciter et precise, et vterque nostrum,nos uidelicet et dominus dux prefatus compensabimus nostris ministerialibus et seruitoribus predicta dampna, vbicumque et quocumque modo acciderint inter nos et nostros. **2.** De Chvnrado de *Hohenuels* pronunciauerunt specialiter arbitrando, quod ipse et nichilominus alii ministeriales ratisponensis ecclesie satisfaciant per iusticiam uel amorem coram nobis monasteriis in *Walrbach* et in *Richenbach* et aliis ecclesiis, que super dampnis et iniuriis illatis ipsis mouerint questionem. Si vero nos a prelatis ecclesiarum offensarum deliberacione prouida fuerimus requisiti et eisdem amicabilem composicionem uel iusticiam facere distulerimus sine causa rationabili, recursum habebunt prelati huiusmodi ad septem arbitros

1) dapnis. Orig.

eligendos, quorum tres a prelato, qui questionem mouerit, eligentur et tres alii a Hohenvelsario uel a ministeriali alio, qui conuentus fuerit, assumentur, et procurator vel iudex, in cuius districtu mouetur questio, bona fide sine captione qualibet vnacum procuratore vel iudice ministerialis, qui conuenitur, mediatorem eliget pro septimo, qui vͦberman uulgariter nominatur, et quod predicti VII uel maior pars ex ipsis statuerint arbitrando, iudicando, sententiando uel componendo amicabiliter, a partibus inuiolabiliter obseruetur, et hoc vtrimque tam ex parte nostra, quam etiam ministerialium nostrorum quam dicti domini ducis et suorum ministerialium seruabitur equa lance. Fuit etiam arbitrorum prudenti consilio arbitratum, quod nos et dominus dux sex arbitros eligemus, nos tres videlicet, ex parte nostra et nostrorum et idem dux ex parte sua et suorum tres a partibus litigantibus nominandos in nostris et domini ducis districtibus, qui super questionibus exortis deinceps hinc et inde arbitrabuntur compositione amicabili uel sententia, quod secundum deum et iusticiam viderint expedire. Et si predicti sex nequiuerint concordare, in montanis eligent septimum. **3.** Gebhardus de *Velwen* et Chvnradus de *Haslange*,[1]) citra montes vero circa *Enum* usque ad *Iseram*, Heinricus de *Prisingen* et Vlricus de *Pvͦnnechoven*[2]) noster vicedominus, vltra *Iseram* et circa *Danubium* et vltra in *Norico* et alibi, vbicumque dilectus fidelis noster Chvnradus de Erenuels et W. vicedominus mediatorem pro septimo deputabunt, et quod a maiori parte dictorum VII iudicio, arbitrio uel compositione amicabili statuetur, hoc partes firmiter obseruabunt, siue super prediorum proprietatibus, feudis, iudiciis, districtibus, terminis et iustis debitis vel quibuscumque aliis questio fuerit suscitata. **4.** Fuit etiam a predictis arbitris arbitratum, quod dominus dux satisfaciat C. de Hohenuels de peccunia,

1) Haslang im Ldg. Miesbach.
2) Pinkofen im Ldg. Mallersdorf. (?)

quam sibi dicitur promisisse, H. de Prisinge et W. vicedomino super hoc fideiussoribus deputatis, et C. de Hohenuels adimplebit fideliter cum effectu, quicquid domino duci pro pollicita sibi peccunia repromisit, et hoc secundum sententiam uel compositionem amicabilem ad effectum debitum perducetur ex utraque parte secundum sententiam uel arbitrium VI arbitrorum, trium ex parte domini ducis per ipsum ducem vel W. vicedominum, et trium ex parte C. de Hohenuels electorum et per mediatorem pro septimo, per C. de Erenuels et dictum W. vicedominum deputatum, quorum etiam VII arbitrorum vel maioris partis arbitrio stabitur in hac parte. **5.** Adiectum est etiam ab arbitris arbitrando, quod neuter nostrum, nos videlicet et dominus dux predictus in sua[1]) recipiat ministeriales uel homines alterius in futurum, et recepti usque ad octavas[2]) pentecostes proximas, sicut hactenus remanebunt, et extunc se, quocumque voluerint, transferant liberati et finaliter absoluti ab omnibus laudamentis, promissis, fideiussionibus et caucionibus quibuscumque factis eorum receptoribus, super matrimoniis contrahendis vel quibuscumque causis aliis ipso facto, et super hiis, que in preterito commiserunt, nostram et domini ducis gratiam deinceps habebunt ita, quod occasione transitus ab vno domino ad alterum ab ambobus dominis nullum eis dampnum siue dispendium generetur. **6.** Adiectum est etiam ab arbitris ad cautelam, ut quicumque de nostris uel domini ducis ministerialibus uel seruitoribus electorum arbitrorum ordinationi non steterint, prout superius est expressum, per nos et dominum ducem ad obseruationem ordinationis arbitrorum efficaciter compellatur, et nos in hac parte mutuo nobis cooperabimur sine qualibet captione. **7.** Fuit etiam arbitratum, ut si nos uel ministeriales nostri vel dominus dux aut ministeriales sui mercatores uel ru-

1) Es ist hier wohl „servitia“ zu ergänzen.
2) octabas. Orig.

sticos, censuales vel alios homines, qui militaris conditionis non extiterint in nostris municionibus vel possessionibus habeamus, reuocentur ad suum dominum per formam arbitrii superius iam expressam, alioquin in loco suo, prout fuerunt hactenus, remanebunt. **8.** Arbitrati sunt etiam arbitri constituti, quod ad conseruandam amicitie vnionem, quod nec nostri vel domini ducis ratione vel ministerialium aut seruitorum nostrorum, quisquam impignorabitur vel captiuabitur vel alias detinebitur, nisi nos vel dominus dux vel procuratores nostri superius nominati, prout requirit districtuum vel iudiciorum diuersitas, fuerimus cum maturitate debita requisiti, et si iuxta formam constitutam conquerentibus satisfactum non fuerit actor suam iusticiam prosequatur, vbi uiderit expedire. **9.** Adiectum est etiam ab arbitris pro nostra et domini ducis familia propaganda et iure mutuo conseruando, quod quicumque ministerialium nostrorum vel domini ducis matrimonium hactenus contraxerunt vel contraxerint in futurum, senior filius vel filia conditionem patris sequatur et alii inter nos et nostram ecclesiam et dominum ducem diuidantur equaliter infra annum. **10.** Ordinatum est etiam ab arbitris sepefatis pro iusticia debita conseruanda, quod nullus nos et nostros homines et hominum nostrorum possessiones uel iura impetat in iudicio uel extra iudicium seu perturbet ex quacumque causa vel dominum ducem vel ministeriales suos aut seruitores et possessiones et iura eorundem in nos, si nostri uel ducis copia haberi commode poterit vel nostri procuratores iuxta formam superius traditam fuerimus requisiti et iusticiam conquerenti denegauerimus indiscrete. **11.** Et ut nichil pretermitterent arbitri sepefati, quod posset mutuam concordiam impedire, statuerunt firmiter obseruari formam, que nobis et nostris ministerialibus et seruitoribus et domino duci et suis rationabiliter est prescripta, vt in hominibus ministerialium et seruitorum vtriusque partis equaliter obseruetur. **12.** Captiui etiam

ab utraque parte detenti indempnes omnimodis absoluentur. **13.** Svnt etiam predicto arbitrio specialiter interclusi videlicet domini ducis ministeriales seu etiam seruitores Winhardus de *Rorbach*, Chvnradus de *Camera*,[1] Heinricus de *Prisinge*, Heinricus senior de *Wildenstein*[2] cum filiis suis Ditrico scilicet et Heinrico, Hermannus de *Liehtenberch*, Eberhardus et Waltherus de *Curia*, Karolus et Dietricus de *Tômelinge*,[3] Bertoldus de *Ettenhart*, Ræhwinus et Rv̊tlandus fratres de *Valchenstein*, Ditricus cum filiis suis de *Peilstein*,[4] Chvnradus *Hœimsacherœr*, ac ex parte nostra ministeriales et seruitores Baldwinus de *Bœrbinge* et filii sui, Alhardus et Albertus de *Sv̊lberch*, Alrammus senior et Alrammus filius suus de *Hofdorf*,[5] Heinricus de *Pfaffenswant*,[6] Chvnradus de *Tômelinge* et Fridericus de *Tanhv̊sen*,[7] et quicumque alii vbicumque et quocumque nomine censeantur de parte amborum nostrum. Sed quia sex arbitri a nobis et a domino duce deputati super castris, aduocatiis et possessionibus videlicet *Rorbach*, *Smidmv̊len*, *Liehtenberch*, *Abtesrœvt*, fevdis *Livtzamanni* et *Hohensteinarii* et que Heinricus de *Prandenberch* in montanis noscitur obtinere, et de quibus nos domino duci mouimus questionem, non poterant dicti arbitrii concordare, de ipsis, sicut ex potestate sibi tradita potuit, G. de *Velwen* superius nominatus est taliter arbitratus, quod nos infeudaremus dominum ducem sepius nominatum de castro *Liehtenberch*, de aduocatia in *Abtsrœvt*, de *Livtzmanni* et *Hohensteinarii* feudis et de hiis, que titulo feudi Heinricus de Prandenberch in montanis noscitur hactenus tenuisse cum pertinentiis omnium predictorum. **14.** Arbitratus est etiam G. predictus, quod

1) Hohenkamer im Ldg. Freysing.
2) Wildenstein im Ldg. Riedenburg.
3) Demling im Ldg. Wörth.
4) Beilstein im Ldg. Hemau.
5—6) Hofdorf und Pfaffenschwand im Ldg. Mitterfels.
7) Thonhausen im Ldg. Riedenburg.

dictus dux proprietatem *Smidmv̊len* et curie *Etstorf* cum suis pertinentiis daret ratisponensi ecclesie, et a nobis reciperet titulo feudali predicta bona omnia cum aliis ibidem, de quibus nos moueramus dicto domino duci questionem. Nos vero de predictis omnibus, que in arbitrio G. de Velwen superius continentur, ipsum ducem infeudauimus presentibus testibus infra scriptis. **15.** Fuit et adiectum in arbitrio G. de Velwen, quod dux nobis et ecclesie nostre traderet proprietatem *Rorbach* cum pertinentiis suis, sicut ea marchio de *Hohenburch* noscitur tenuisse, ita quod deinceps nec per nos nec per successores nostros vel quoscumque alios ibidem munitio aliqua construatur, et si quid forte de eisdem possessionibus ex parte ducis vel suorum est alienatum vel etiam obligatum, post mortem marchionis nobis debet plenarie resarciri et absolui nichilominus obligata. **16.** Et dominus dux renunciauit actioni, quam super duabus carratis vini latini, dicti pælmelinch, habuit contra nos et ecclesiam nostram, et ipse, sicut in G. de Velwen arbitrio continetur, traditionem huiusmodi adimpleuit et renunciationem fecit cum sollempnitate debita, que consueuit in talibus adhiberi. **17.** Pronuntiauit nichilominus G. de Velwen arbiter sepedictus, quod nos vel episcopus, qui pro tempore fuerit, infeudabimus dominum ducem de feudis proximo vacaturis ad redditus XV librarum ratisponensis monete, vbicumque vacare ceperint ratisponensi ecclesie, dum tamen per ipsum vel heredes suos fuerint acceptata. Nec infeudabimus aliquem de feudis exnunc nobis et ecclesie nostre vacaturis, quousque sibi vel heredibus suis de redditibus XV librarum fuerit satisfactum, ad quod etiam antecessores nostri et ecclesia nostra ex antiqua compositione specialiter tenebantur. Si vero domino duci oblata fuerint feuda vacantia in futurum per nos, et ipse dux oblata huiusmodi non duxerit acceptare, ea, cui voluerimus, conferemus, et per refutationem huiusmodi nullum ei pre-

iudicium generabitur in feudis vacantibus in futurum. 18. Declaratum est etiam circa hunc articulum per dictum arbitrum ad cautelam, quod de feudis, que in hofmarchiis vel locis munitis vel bvrchstallis nobis et ecclesie nostre vacare ceperint, nos vel successores nostri infeudare dominum ducem aliquatenus non tenemur, nisi de nostra vel successorum nostrorum fuerit voluntate. In testimonium omnium predictorum presentes litteras hinc inde confici placuit, et sigillorum nostrorum munimine roborari, testibus, qui presentes fuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: Gebhardus comes de *Hirzperch*, Fridericus burccrauius de *Nv̊remberch*, Rapoto et Diepoldus comites de *Ortenberch*, Chunradus de *Hohenuels*, Heinricus de *Perge*, Chunradus de *Camera*, Chvnradus de *Povlstorf*, Chvnradus de *Partsperch*, Albertus *Schilhwatz*, Fridericus de *Pv̊ch*, Reiwinus de *Valchenstein*, Hugo *inter latinos*, Sigehardus de *Eglofsheim*, Heinricus de *Wildenstein* et Ditricus filius suus, Vlricus marscalcus de *Perge*, Heinricus de *Sæhsenhv̊sen* et alii quam plures. Actum et datum Ratispone anno domini M°CC°LXX° secundo, VII idus Februarii.*)

103. Die Grafen von Murach überlassen dem Herzog Ludwig ihre Burg Murach, sie gegen eine jährliche Summe von 30 Pfunden auf seine Lebensdauer mit Burgmannen zu besetzen.

Regensburg am 11. Juni 1272.

Wir Gebhart, Rapot vnd Dipolt, die græven von Mvra tv̊n chvnt allen den, die disen brief gehorent vnd gesehent, daz wir vnsers herren herzogen *Lvdwiges* von Bairen hvld also gewonen haben, daz wir im vnser bvrch ze *Mvra* geantwrt haben vnd hat er die besetzet

*) Die zwei anhangenden Sigel sind nicht gut erhalten. Abdruck: Biblioth. Gött. p. 196.

nach graven Frideriches von *Trvhending* vnd hern Chvnrades von *Erenvels* vnd hern Wichnandes sines viztvms rat, mit Heinrichen vnd Otten den *Zengern*, Havgen von *Chalmvntz*,[1]) dem Heinrichsrivter vnd Chvnraden von *Nivmbvrch*, vnd wert der satz vnd daz gelvͦbd von hinnen vnz an sanct Johans tac ze Svnwenden vnd dann vber fvmf iar. Ist ovch daz der bvrchmann deheiner stirbet in dem zil, so sol vnser herre herzog Lvdwich einen andern an des selben stat setzen nach der drier rat. Swenn ovch die fvͦmf iar vͦz gent, so sol vnser herre der herzog aber die bvrch besetzen nach der drier rat ze andern zilen, vnd sol gein vns dar vmb tvͦn, swaz in die drie vor genanten haizzent tvn, vnd swenn daz selb zil vͦzget, so sol er si abersa ze zilen besetzen, vnd sol daz weren, die wiͥl vnser herre herzog Lvdwich lebt, herzogen Otten svn, also, daz er die bvrch besetzen sol nach der drier vor genanten rat. Ist ovch, daz der bvrchmann einer den drin missvellet, den svln dieselben drie ab tvn vnd svͦln einen andern an desselben stat setzen. Wir haben ovch alle dri ze den heiligen gesworn, daz wir die bvrch ze Mvra noch dehein vnser lævt, noch dehein vnser gvt, daz ze Mvra gehoͤrt wider niman anwerden svlen, danne wider vnsern herren herzogen Lvdwigen, vnd swenn wir in die bvrch oder lævt oder gvͦt anbieten, so sol er vns gelten nach der drier vorgenanten rat. Versprichet aber vnser herre daz, daz in die dri heizzent tvn, vnd daz er vns vnsers gvͦtes vnd vnser lævt niht abchvͦffen wil, so svln wir vnsers gelvbdes gein im ledich sin. Ist aber, daz wir mit der bvrch, mit den lævten oder mit dem gvͦt wider vnsers herren herzogen Lvdwiges willen iht tvͦn mit versetzen, mit verchovffen oder mit deheinerlei dingen, damit er werren an der bvrch gewinnen moͤht, oder damit si im enpfroͤmdet moͤht werden, so haben

1) Kallmünz im Ldg. Burglengenfeld.

wir im die bvrch ze Mvra ze rehtem eigen frilich vnd ledechlich gegeben, vnd sol er die immer ine haben an ansprach. Ist aber daz vnser einer sinen teil verchovffet oder verchvmbert wider sinen eit, der hat sinen teil verlorn gein vnserm herren dem herzogen, vnd svln des die andern niht enkelten an ir teil. Werd wir v̊h vnserr lævt oder vnsers gv̊tes iht an, daz sv̊ln wir im nach der drier rat bezzern, die da vor genant sint, ez en si danne als vil, daz wir dvrch got oder einem vnserm frivnd ich geben wellen an geværd vnd an all vbel list. Stirbt v̊ch graf Friderich von Trvhending in dem zil, des got niht engeb, so sol v̊nser ôheim graf Gebhard von *Hyrzperch* an sin stat sten. Wer ovch der niht, so svln die zwen, her Chvnrat von Ernvels vnd her Wichnant einen andern v̊berman v̊f ir eit nemen. Stirbt v̊h her Wichnant, so sol vnser herre der herzog einen andern an sin stat geben. Stirbt aber der von Erenvels, so svlen wir einen andern geben an sin stat an gevær. Vns hat v̊ch vnser herre gelobt, div fv̊mf iar alle iar drizzec pfvnt regenspvrgær ze sanct Martins messe ze geben, vnd tv̊t er des niht, pfenden wir in darvmb, daz sol er an zorn lazen. Wir sv̊len v̊ch allen vnsers herren lævten vnd die er versprechen sol, nach der drier rat, minne vnd reht tv̊n, swenn daz vnser herre an vns sv̊chet. Swa v̊ch die vorgenanten dri alle bi einander niht mv̊gen sin vmb rovb, vmb prant vnd vmb gv̊lt, swelh zwen dar zv chomen mv̊gen, die sv̊len den dritten v̊f ir eit nemen vnd sv̊len rihten alle die chlag, die man da fv̊r leget, nach minne oder nach reht. Ovch hat vns vnser herre der herzoge in sin genad vnd in sinen scherm also genomen, daz er vns wider allermænnechlich v̊f reht versprechen sol, an wider vnsern herren herzogen *Heinrichen*, sinen brvder. Ist v̊ch, daz wir alle dri in den zilen niht ensin, so sol vnser herre der herzog hern Friderichen dem lantgrafen von *Levkenberg* vnd hern Chvnraden von Eren-

vels alles des rehts veriehen, des wir des tages daran heten, vnd svln si herwider in allem dem gelvbd sin gebvnden vnserm herren dem herzogen, als wir waren. Ovch hat vnser herre der herzog allen vnsern lævten, die bi vns in dem vrlivg[1]) waren, sin hvld geben, ovch haben wir gegeben vnser frivntschaft allen sinen lævten, an alten haz, der sol sten an den drien vorgenanten. Ze vrchvnd vnd ze stælicheit dirre teiding haben wir disen brief versigelt mit vnsern insigeln.[2]) Vnd daz daz also getaidinget si, des sint[3]) gezivg: her Vlrich von *Dormberch* chorherre von Regenspvrch, her Albreht der probst von *Ilmvnster*, Perthold vnd Friderich vnsers herren des herzogen schriber, graf Pertholt von *Eschenloh*, graf Minhard von *Rotenek*, Chunrad von *Lupvrch*, Chunrad von *Wildenrod*, Gebhart von *Wilheim*, Chvnrat von *Haldenberch*, Rvdger *bi der Chappel* ze Regenspvrch, Wernher von *Hvsen*, Hovc von *Chalmvnz*, Ditrich von *Wildenstein*, Heinrich der *Ower*[4]) von Regenspvrch, Friderich der *Veslær*, Heinrich von *Bvlzheim*,[5]) vnd Sibot sin bruder, Chvnrat von *Hôhenwanc*, der *Dvrrenloher*, Friderich von *Raitenbvch*, Chvnrat von *Rotenvels*,[6]) Chvnrat von *Parsperch* vnd sin svn Heinrich, Rupreht von *Lechsperch*, Hiltprant von *Chamerdorf*,[7]) Heinrich der *Pômflinger*, Friderich von *Stovff*, Karel der *Prager*, Chvnrat vnd Friderich die *Dovmen*,[8]) Heinrich der *Svzz*, Albreht

1) Von der Fehde der Grafen mit dem Herzog Ludwig ist nichts bekannt.

2) insingeln. Orig.

3) sintt. Orig.

4) Die Auer waren eines der vornehmsten und reichsten Patriziergeschlechter zu Regensburg.

5) Pilsheim im Ldg. Burglengenfeld, Sitz eines alten Edelgeschlechtes.

6) Rottenfels im Ldg. Neumarkt.

7) Chamerdorf im Ldg. Mitterfels.

8) Die Daumen (Pollices) waren ein sehr ansehnliches Regensburger Patriziergeschlecht.

von *Mvra*, Herman von *Lihtenberch*, der *Stvmpf*, Philip von *Waldek*, Herman von dem hof, Kalhoh von der *Chvren*,[1]) Herman von *Stovff* vnd ander, der genvg ist, die an dem taiding sint gewesen. Dirre brif ist geschriben vnd gegeben ze Regenspvrch datz sant Magn, do von Christ pvrt was tvsent iar zwai hvndert vnd zwai vnd sibenzch iar an dem pfingest abent.*)

104. Herzog Heinrich bestimmt, in welcher Weise seine Pfleger zu Ellenbach und Ahbach über die Leute des Klosters Niedermünster und des Domkapitels in Regensburg zu richten haben.

Regensburg am 4. August 1272.

Nos Hainricus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie, tenore presencium declaramus, quod habita longa contencione inter iudices nostros de *Elnpach*[1]) et de *Ahbach* super forma iudicii nostri in *Pfaffenperg*[2]) de hominibus ecclesie inferioris monasterii ratisponensis et etiam de hominibus capituli maioris ecclesie ratisponensis, tandem ad consilium et beneplacitum Ottonis de *Straubing*, nostri vicedomini, et Gebolfi de *Metenpach* et predictorum iudicum nostrorum ac ministerialium quamplurium ipsarum ecclesiarum ipsa contencio in hunc modum extitit diffinita, quod videlicet iudex de Ahbach vel preco inferioris monasterii cum iudice de Elnpach, et in latere suo apud Pfaffenperg debent vlterius iudicio presidere, iudicaturi omnibus et de omnibus hominibus, hoc est actoribus siue reis, in sua residentibus hofmarchia de omnibus oppositis et obiectis, preter hoc solum, si homines ecclesie inferioris monasterii in die vel in hora

1) Kürn im Ldg. Regenstauf.

*) Von den drei Sigeln ist nur das des Grafen Rapoto vorhanden, jedoch nicht gut erhalten.

1) Oberellenbach, Ldg. Mallersdorf. S. Mon. B. 36ª, 105.

2) Pfaffenberg im Ldg. Mallersdorf.

iudicii aliquem excessum fecerint, ipsam culpam iudex de Elnpach iudicabit. Si vero excessor ipsa die vel hora non fuerit detentus, uel infra forum Pfaffenperg, districtione iudicii mancipatus, sed subterfugerit ex fortuna, iudex vel preco predictus iuxta priorem formam eundem excessum iudicabunt. Si vero iudex de Ahbach vel preco aliquo die iudicii in Pfaffenperg presentes non fuerint, et si contra aliquem de hominibus ecclesie inferioris monasterii supradicte agitur, qui homo certam habuerit mansionem, quod vulgariter ein ansezech man dicitur, preconi iudex de Elnpach insinuabit, vt eundem hominem citare et compellere debeat ad proximum placitum secuturum ad respondendum de omnibus, que contra ipsum proponuntur, cui iudicio iudex de Ahbach et preco cum iudice de Elnpach super eadem causa pariter presidebunt. Item si homo inferioris monasterii coram iudice de Elnpach contra hominem capituli ratisponensis mouerit actionem, idem homo similiter eidem coram eodem iudice de Elnpach tenebitur iuri stare et non alii, nisi illi, per quem tractus est in causam. Etiam vice versa talis modus siue institutio iudicialis hominibus capituli contra homines inferioris monasterii pari iure et consuetudine est seruandus, preter extraneas personas, que non resident in eadem hofmarchia, de quibus ille iudex, in cuius iudicio resident, iudicabit. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis dari fecimus nostri sigilli robore communitas. Datum Ratispone pridie nonas Augusti anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.*)

*) Das an Pergamentstreifen hangende Reitersigel ist mit Ausnahme der Umschrift gut erhalten.

105. Bischof Konrat von Freysing verleiht dem Herzog Ludwig die durch den Tod der Grafen von Neuburg erledigten Lehen.

Derbolving am 11. Oktober 1272.

Chvnradus dei gratia frisingensis ecclesie episcopus vniuersis, ad quos presentes peruenerint, salutem imperpetuum. Cum ex officii nostri debito non minus possessiones ecclesie nostre dispersas recolligere per excogitatam prouidentiam teneamur, quam quesita fideliter conseruare, nos attendentes fidem et sinceritatem karissimi consanguinei nostri domini *Lodwici* illustris comitis palatini Rehni, ducis Bawarie, quibus nos et ecclesiam nostram prosequitur et est hactenus fauorabiliter prosecutus, considerantes etiam vtilitatem, que ex hoc nostre poterit ecclesie prouenire, vniuersa feoda[1]) uacantia ecclesie nostre per mortem nobilium virorum Sibotonis et Chvnradi comitum de *Newembvrch*, que ad nostram per consequens sunt donationem legittime deuoluta, sed ab illicitis detentoribus occupata, predicto domino Lodwico consanguineo nostro contulimus titulo feodali sibi suisque legittimis heredibus perpetuo possidenda hoc incluso, quod idem dominus dux ac sui heredes facient erga nos vel successorem nostrum, si superstites non fuerimus de feodis euictis et in suam potestatem reuocatis iuxta euictorum feodorum quantitatem singulis annis, prout quatuor viri inferius subscripti et ad hoc communiter electi fuerint arbitrati, videlicet Albertus prepositus *Ilimunstrensis* et Wichnandus de *Eyreinspvrch* ex parte domini ducis, Lodwicus de *P̊vtelpach*[2]) nunc iudex frisingensis et *Sighardus* dapifer de parte nostra, quorum si unus decesserit vel interesse non potuerit legittime prepeditus, dominus eiusdem in locum absentis alterum, quem voluerit, subrogabit sine doli qualibet captione,

1) Die Lehensobjekte sind nicht bekannt.

2) Pietelbach in der ehem. freysing. Herrsch. Burgrain, jetzt im Ldg. Erding.

ad prefatum arbitrium promulgandum. In cuius rei testimonium presens scriptum prefato domino Lodwico duci tradidimus nostri sigilli munimine roboratum cum testibus subnotatis, qui sunt: H. marchio de *Bvrgawe*, Meinhardus comes de *Rottenekke*, Albertus prepositus *Ilimv̊nstrensis*, *Sifridus* capellanus curie nostre, magister *Hermannus* prothonotarius noster, Albero de *Prvkkeperch*, Gebhardus de *Weilheim*, Hermannus de *Hœgenberch*, Winhardus de *Rorbach*, Heinricus de *Preisingen*, Lodwicus de *Pv̊telpach* iudex frisingensis, *Sighardus* dapifer, *Gv̊ntherus* marscalcus, ministeriales ecclesie nostre, Wichnandus de *Eyrenspvrch*, *Vlricus* marscalcus ducis, Heinricus de *Sœchsenhausen*, Diepoldus de *Pernpach*, [1]) *Eberhardus* et *Heinricus* notarii curie domini ducis et *Wernhardus* canonicus frisingensis et alii quam plures fide digni. Actum et datum apud Derboluingen anno domini M°CC°LXXII°, quinto idus Octobris.*)

106. Herzog Ludwig verspricht, die Augsburger Bürger und die, welche in Handelsgeschäften nach Bayern kommen, zu beschirmen, gegen Entrichtung von 400 Pfund Pfenningen.

Augsburg am 17. Oktober 1272.

Nos Lodwicus dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie, notum facimus vniuersis presentem litteram inspecturis, quod cum honorandi ciues de *Augusta* fideles nostri in suis indigerent negotiis nostris auxiliis promoueri, nos ad arbitrium Alberti venerabilis prepositi de *Ilmvnster*, Hermanni de *Hœgenberch*, Winhardi de *Rorbach* et Arnoldi de *Messenhvsen*, nostrorum fidelium, quibus in ipsa causa terminanda comisimus vicem nostram cum eisdem ciuibus inclinatis beniuole ad nostra seruitia, conuenimus in hanc formam, videlicet quod

3) Bernbach im Ldg. Aichach.

*) Das stark verletzte Sigel hängt an.

eosdem ciues abhinc usque ad festum beati Martini et abinde per duos annos continuos in nostram tuitionem recepimus et gratiam specialem, et eosdem ubique in nostro dominio, ubi nostra potestas extenditur, cum suis mercimoniis uel in negotiis aliis processerint in aquis et in stratis nostris, debemus defendere et tueri, ac ipsorum iura conseruare sic fideliter, sic sincere contra quoscumque ipsorum offensores nobis subiectos, quemadmodum de *Monaco* et alios nostrarum in *Bawaria* ciues pretueri consueuimus ciuitatum, nec etiam consentire, quod per nostros fideles siue ministeriales ratione pignoris in bonis suis dampnificentur ob aliquam causam seu impetitionem, si quam forte ipsi nostri fideles et ministeriales contra ipsorum dominum episcopum habent proponere aut habebunt. Insuper si quid dampni uel grauaminis extra dominium nostrum ipsis ciuibus in persona illatum fuerit uel in rebus, id secundum, quod ipsorum iuri competit, emendare promisimus bona fide et ad emendam eorundem dampnorum sic sollicite intendere, ac si nobis inferrentur dampna eadem siue nostris. Ipsi quoque ciues in recuperationem dampnorum huiusmodi nobis cum omni sua possibilitate auxilio, consilio et fauore cooperari et assistere firmiter promiserunt. Adiectum est etiam, quod si forte per nostros emulos qualescumque in terra uel in hominibus nostris atque bonis inpugnationem aliquam uel dampnum sustinuerimus, dicti ciues in hoc nobis cooperari debebunt, secundum quod ipsorum honestatem ac sue fidei condecet puritatem, et in quocumque casu introitum et exitum sue ciuitatis nobis pandere et disponere, quod ad educendum et emendum nobis dentur in ipsa ciuitate absque impedimento quolibet res venales. Factum est etiam, quod si aliquis ciuis super quacumque causa actionem aliquam habeat contra hominem uel homines nobis attinentes idem ciuis prius eundem hominem uel eosdem coram iudice nostro debeat conuenire et iudi-

cium expetere consuetum et debitum ab eodem. Quod si eidem denegatum fuerit et id probauerit per testes ydoneos et discretos, extunc eidem ciui licebit, de eodem ciue super ius ratione pignoris res, si quas detinere poterit, occupare. Si autem principalis debitor alicuius rei wlgo dictus selpschol, cui facultas non fuerit ad soluendum sub forma iuris detinebitur, violari huiusmodi nostri tractatus ordinatio non debebit. Et hoc idem nostris obseruari volumus hominibus e conuerso. Ad hec ut defensionibus, honoribus et promotionibus predictorum ciuium gratiosius et diligentius intendamus, ipsi ciues de sua liberalitate et voto communi nobis quadringentas libras denariorum vsualium sue monete persoluere promiserunt, quorum ducentas libras nunc in festo beati Martini et ducentas libras ab eodem festo per annum nobis sunt finaliter soluturi, quod si facere neglexerint, quidquid dampni inde nobis accreuerit, idem nobis ipsi ciues debent in integrum resarcire. Ut autem predicta in vniuerso et in toto pro supradictis annis firmiter conseruentur, presens priuilegium inde fieri iussimus et sigilli nostri munimine cum subscriptione testium communiri, qui sunt hii: dominus *Hartmannus* venerabilis episcopus augustensis, dominus Sifridus de *Algershvsen*, archidiaconus ibidem, Fridericus burcgrauius de *Nvͦrnberch*, Bertholdus comes de *Greifspach*, Heinricus comes iunior de *Burgawe*, Bertholdus comes de *Marsteten*, Meinhardus comes de *Roteneck*, Bertholdus comes de *Eschenloch*, Chvnradus de *Lvpurch*, Chvnradus de *Haldenberch*,[1] Chvnradus de *Wildenrôd*, Bartholomeus pincerna de *Wal*, Ulricus de *Zusmeck* et alii quamplvres. Datum et actum in Augusta anno domini MCC septuagesimo secundo, XVI kalend. Novembris.*)

1) Haldenberg im Ldg. Landsberg.

*) Das an grünen und rothen Seidenfäden hangende Reitersigel ist stark verletzt.

107. Herzog Heinrich setzt die Rechte der Münzer in Regensburg fest.

Abbach am 24. November 1272.

Nos Heinricus dei gratia palatinus comes Reni, dux Bawarie vniuersis presentia inspecturis uolumus esse notum, quod cum inter nos ex vna parte et monetarios ratisponenses, qui ius habent, quod vulgariter dicitur housgenozschaft,[1]) ex altera, esset questio diutius agitata, super quibusdam iuribus monete et monetariorum, et propter hoc etiam indignationem nostram grauius incurrissent, tandem ipsos ad nostram gratiam recepimus et cum eisdem de scientia et assensu domini *Leonis* venerabilis domini episcopi ratisponensis, qui ius habet similiter in eodem officio monetariorum, prehabito maturiori consilio, concordauimus in hunc modum, quod ipsis concessimus et permisimus, ut vtantur eo iure, quod aput nostros predecessores hactenus habuerunt, videlicet quod ipsorum liberi per eos ad officium huiusmodi eligantur et per nos similiter admittantur. Nullam enim eis damus potestatem, preterquam de liberis suis masculis aliquem in monetarium assumendi, nisi hoc a nobis obtineant de gratia speciali. Promisimus etiam, quod ipsos monetarios ad recipiendum aliquem ad officium monetariorum et eorum consortium inuitos nullatenus conpellemus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri robore placuit conmuniri, testibus, qui hiis interfuerunt, nichilominus subnotatis, et sunt hii: dominus Ulricus de *Dorenberch* vicedominus, *Albertus* ca-

1) Der Ausdruck Hausgenossenschaft, welcher bis in das 13. Jahrh. hinein alle bischöflichen Dienstmannen umfasste, beschränkte sich in dieser Zeit auf die Münzer, d. h. jene Geschlechter, welche die Münze lehenweise besassen und eine eigene Korporation bilden, daher auch die Zulassung neuer Genossen von ihrer Zustimmung abhängig machten. Nicht dem Bischofe und dem Herzoge, sondern ihnen gehörten die Erträgnisse der Münze.

pellanus domini episcopi, fideles nostri Albertus de *Hals*, Chvnradus de *Erenvels*, Chvnradus de *Hohenuels*, Wimarus *Frvmesel*, Sifridus de *Sigenhouen*, Waltherus notarius, Albero *Waller*, Otto de *Stroubing* et alii quam plures. Datum in Achbach anno domini millesimo CC LXXII, VIII kal. Decembris.*)

108. Der Erzbischof Wernher von Mainz leitet den Vergleich der Streitigkeiten zwischen dem Erzbischof Engelbert und dem Herzog Ludwig ein.

Sprendeling am 6. Jänner 1273.

Wernherus dei gratia sancte maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius. Quia compositio inter venerabilem patrem dominum E.[1]) *coloniensem* archiepiscopum et illustrem principem *Ludwicum* comitem palatinum Reni, ducem Bawarie, olim inita non extitit consummata, nos pro bono pacis et concordie interposuimus partes nostras, et sic tandem coram nobis in hunc modum hinc inde a partibus est tractatum. Dominus dux tam possessionem bonorum in vallibus *Diepach*[2]) et *Bacheraco*, quam ea, que recepit de bonis eisdem, postquam dominum... archiepiscopum coloniensem a possessione dictorum bonorum eiecit post compositionem inter ipsos ordinatam primitus et conscriptam, sibi et ecclesiis suis restituet data super hoc fideiussoria cautione, que nobis uidebitur expedire. Super eo uero, quod ciues maguntini receperunt in bonis eisdem, eligentur duo uiri fidedigni, qui iuramento super hoc prestito corporali diffinient, utrum idem dominus archiepiscopus ad ipsum ducem uel ad ciues eosdem respectum

*) Das an Pergamentstreifen hangende Reitersigel ist stark beschädiget.

1) Engelbert, v. J. 1261—1275.

2) Das Thal Diepach, südlich von Bacharach.

habere debeat de recepto. Hec quidem terminari debent ante omnem tractatum apud uillam *Rense* feria secunda post octauam epiphanie domini nunc proxima, loco ad hoc et termino constitutis, quibus peractis tam dominus coloniensis quam dominus dux mutuam cautionem prestabunt, quod compositionem inter ipsos primitus initam et conscriptam in termino tunc statuendo a nobis, sine ulterioris more dispendio fideliter consummabunt. Quod si aliqui arbitrorum, in litteris in priori compositione expressi, decisioni questionum inter eos uersantium non potuerint interesse, dominus, cuius arbiter absens fuerit, alium substituat loco sui. Si autem illi sex arbitri dominorum ipsorum non poterint concordare, nobiles uiri Philippus de *Hohenuels* senior, et Gerhardus de *Landescrone,* [1]) iuramento super hoc prestito, eligent mediatorem cum plenitudine potestatis, qui omnia, super quibus arbitri concordare non potuerint, in animam suam sub debito sacramenti discutiet et decidet ita tamen, quod, si nobis uidebitur, quod idem Philippus de Hohenuels propter debilitatem seu alium modum quemcumque decisioni huiusmodi uel tractatui non potuerit interesse, nos alium subrogabimus loco sui, qui potestatem eandem super premissis habebit, quam idem Philippus habere deberet, si personaliter interesset. Quod si dominus... coloniensis, quod absit, ad terminum predictum causa legitima prepeditus uenire non poterit, ipse nuntios mittet sollempnes cum mandato ac plenitudine potestatis, qui tam omnia supradicta, quam ea, que de statu imperii sunt tractanda, suo nomine fideliter exequantur, tamquam si personaliter presens esset. Demum si ipse omnia prenotata non curauerit adimplere, fideiussores per ipsum dominum ducem dati extunc super premissis sunt penitus absoluti. Acta sunt hec apud Sprendelingen pre-

1) Die längst zerfallene Burg Landescron lag auf einem Berge oberhalb der Stadt Oppenheim.

sentibus Eberwino preposito *pinguensi*, canonico maguntino, Alberto preposito *ilmunstrensi*, et nobilibus uiris Friderico burgrauio de *Nurenberc*, Emmichone comite *Siluestri*, Reinhardo de *Hagenowe*, Gerhardo de *Landescrone*, Winrico de *Bacheim*, Philippo marscalco nostro de *Vrowenstein*, Willehelmo de *Winterowe*, Billungo de *Ingelnheim*, Hermanno de *Hegeneberc* et Winhardo de *Rorbach*, militibus, anno domini millesimo CCLXXIII in festo Epiphanie.*)

109. Der Erzbischof Wernher von Mainz und der Herzog Ludwig schliessen ein Schutzbündniss, in das sie auch die Bischöfe von Worms und Speyer aufnehmen, und übertragen den Austrag ihrer noch bestehenden Streitigkeiten einem Schieds-Gerichte.

Loynstein am 17. Jänner 1273.

Nouerint vniuersi presentium inspectores, quod nos Wernherus dei gratia sancte maguntinensis sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius et *Ludewicus* comes palatinus Reni, dux Bawarie, in castro *Loynstein* existentes, ut amicitia et uera compositio inter nos prius litteris expressa necnon concepta, magis solidaretur, fide data, pure ac amice alternatim promisimus temporibus uite nostre inuicem contra quoslibet iniuriatores nostros prestare auxilium, consilium efficax et iuuamen.[1]) Hec pro dominis... wormatiensi et... spirensi episcopis, ac aliis nostris fidelibus, consanguineis similiter promisimus et amicis, includentes, quod si forsitan aliquis ipsorum ab altero nostrum contra ipsum mouens actionem, iustitiam uel amorem noluerit acceptare, eundem neuter nostrum in preiudicium alterius tenebitur defen-

*) Nach dem Originale im k. Staatsarchive.

Das in Leinwand eingenähte Sigel scheint gut erhalten zu seyn.

1) Dieser Vertrag ist die Einleitung zu einem Verständnisse bezüglich der bevorstehenden Königswahl.

sare. Priuilegia etiam inter nos antea data, rata et firma seruabimus super vniuersis articulis et questionibus olim inter nos et nostros subortis, sicut in ipsis lucidius est expressum, volentes de utriusque nostrorum consensu, ut uiri nobiles Fridericus burgrauius de *Nurenberc* et Reinhardus de *Hagenowe* plenariam habeant potestatem, vniversos articulos terminandi, qui per predicta instrumenta non poterunt consummari, ratam et firman utrimque tenentes, quamcumque formam iidem nobiles pro confirmanda inter nos maiori et firmiori amicitia ac etiam consilio et auxilio inuicem prestando poterunt inuenire. Et si unus ipsorum, quod absit, decesserit uel interesse non potuerit eisdem tractatibus, alter ad complendum predicta substituatur loco sui. Nos etiam Ludewicus comes palatinus Reni, dux Bawarie, reuerendi in Christo patris domini nostri Wernheri archiepiscopi maguntini submittimus arbitrio, ut idem pro bono pacis et concordie potestatem habeat, vniuersas questiones inter nos et venerabiles dominos... coloniensem et... treuerensem archiepiscopos subortas, et que adhuc suboriri poterunt, decidendi secundum iustitiam uel amorem. In huius rei memoriam presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum et datum apud Loynstein anno domini MCCLXXIII, XVI kal. Februarii.*)

110. Der Erzbischof Engelbert von Köln überträgt den Austrag seiner Streitigkeiten mit dem Herzog Ludwig einem Schiedsgerichte und schliesst mit demselben ein Schutzbündtniss.

Rense am 20. Juli 1273. 40.

Nos Engelbertus dei gratia sancte coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archi-

*) Nach dem Orig. im k. Staatsarchive.

Das in Leinwand eingenähte erzbischöfliche Sigel scheint gut erhalten, das herzogliche Reitersigel ist stark verletzt.

Abdruck: Acta Palat. VI, 322.

cancellarius, tenore presentium protestando publice profitemur, vniuersorum presentium et futurorum notitie declarantes, quod cum illustri principe domino *Ludewico* comite palatino Reni, duce Bauuarie, consanguineo nostro, super omnibus causis et questionibus, que inter nos et ecclesiam nostram ac antecessores nostros ex vna parte et ipsum ducem ac progenitores suos ex altera hactenus mouebantur, dato alternatim pacis osculo in pleni fauoris et amicitie convenimus vnionem ita videlicet, quod pro parte nostra venerabilis pater dominus Symon *paderburnensis*[1]) episcopus, Gerardus de *Wldenberg*,[2]) ex parte vero ducis Otto prepositus sancti *Widonis spirensis*, et Fridericus burgrauius de *Nurenberg* arbitri sunt electi, quibus consanguineus et fidelis noster Emecho comes *Siluester* pro mediatore est adiunctus de nostro et dicti domini... ducis consanguinei nostri consensu ac etiam voluntate, quibus plenam dedimus potestatem, predictas questiones et causas conplanandi per amicabilem compositionem uel iustitia mediante. Si vero predicti quatuor arbitri cum mediatore predicto nos per amorem non poterunt concordare, extunc pars, cui Wildegrauius antedictus in dicendo et pronunciando iure adheserit, preualebit, et tam nos, quam predictus dux consanguineus noster pronuntiationem eiusdem partis inuiolabiliter tenebimur obseruare. Cautionem etiam, si quam predicti quinque uel duo cum mediatore antedicto faciendam statuerint super obseruandis omnibus, que pronunciata siue dicta fuerint, prestabimur et etiam faciemus. Si autem de predictis quatuor arbitris vnus absens fuerit, uel quod absit, decesserit, antequam dictum arbitrium promulgetur, dominus absentis alium sine captione qualibet subrogabit. Porro ut inter nos deinceps sincere dilectionis constantia perseueret, promisimus, predictum

1) Simon, v. J. 1246—1277.
2) Wildenburg, Schlossruine, nicht ferne von Amorbach.

nostrum consanguineum contra quoslibet inuasores iurium et honoris sui in terminis comitatus palatii sui defendere et fouere, consilio, auxilio et fauore, et idipsum prefatus consanguineus noster nobis faciet vice uersa, hiis dumtaxat exceptis, qui ante compositionem presentem nobiscum confederationis vinculo fuerant colligati. Si autem aliquem consanguineorum vel fidelium nostrorum cum predicto duce contigerit discordare, eundem gratie sue reformabimus per iustitiam uel amorem. Et si aliquis in hoc nostris contrairet consiliis et mandatis, extunc dictum ducem contra eundem tenebimur adiuuare, ad obseruationem omnium predictorum nos obligantes fide prestita corporali. Ad huius itaque rei memoriam et predictorum omnium firmitatem presens scriptum dicto domino duci sigillo nostro dedimus communitum. Actum et datum apud Rense anno domini MCCLXX tertio, XIII kalend. Augusti.*)

111. Der Erzbischof Wernher von Mainz kommt mit dem Herzog Ludwig also überein, dass sie, im Falle es nicht gelingt, den letzteren zum Könige zu erheben, den Grafen Sifrit von Anhalt oder den Grafen Rudolf von Habsburg erwählen.

Mainz am 1. September 1273.

Nos Wernherus dei gratia sancte maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius tenore presentium notum facimus uniuersis, intuentibus seriem huius scripti, quod cum illustri principe domino *Ludewico* comite palatino Reni, duce Bawarie, taliter vniti sumus, quod fide data vice sacramenti ad hoc nos astrinximus, quod in electione romani regis, quam proxime celebrare intendimus et debemus, si in personam suam non poterimus concordare, ad quod

*) Nach dem Orig. im k. Staatsarchive.

tamen tenemur et promisimus omni fide et diligentia laborare cum eodem palatino uel in personam viri nobilis Sifridi comitis de *Anehald*, uel Rudolfi comitis de *Habespurch* promisimus et tenebimur concordare ita, quod predictum dominum palatinum et comitem Rudolfum plene primitus concordemus et tollamus de medio, si quid inter ipsos odii fuerit seu rancoris. Promisimus etiam dominum... archiepiscopum *treuerensem* prefate includere unioni, quod si facere non poterimus, nos duo nichilominus cum domino *Engelberto* coloniensi archiepiscopo in predicta electione erimus sub fide prestita et pretacta unanimes et concordes. Si uero de altero predictorum comitum processum nostrum propositum non haberet, nichilominus vota nostra in alium, quem expedire uiderimus, unanimiter, uel quo maior inter nos numerus declinauerit conuertemus, hoc tamen incluso, quod, si quem elegerimus, gratiosum, fauorabilem et conformem ei, cui inter nos contrarius et molestus extitit, primitus faciamus. In cuius rei testimonium presentem litteram dicto domino palatino dedimus nostri sigilli robore communitam. Actum et datum Maguntie anno domini MCC LXXIII, kal. Septembris.*)

112. Der Erzbischof Engelbert von Köln trifft mit dem Herzog Ludwig bezüglich der bevorstehenden Königswahl eine Uebereinkunft.

Bopard am 11. September 1273.

Nos Engelbertus dei gratia sancte coloniensis ecclesie archiepiscopus sa[cri imperii per] Ytaliam archicancellarius vniuersorum notitie presentibus declaramus,

*) Nach dem Orig. im k. Staatsarchive.
Abdrücke: Fink die geöff. Arch. I. Heft 10, S. 106; Oester Archiv f. gesch. Jhr. 1828, S. 124.

quod, cum reuerendis patribus domino... *moguntino* et domino... *treuerense* archiepiscopis nunc presidentibus, et cum domino... duce *Bawarie*, comite palatino Reni, taliter uniti sumus fide data uice sacramenti, ad hoc nos nichilominus astringentes, quod in electione Romanorum regis, quam proxime celebrare intendimus et debemus, sine captione qualibet erimus vnanimes et concordes, ita tamen, quod, in quemcumque tres ex nobis concordauerint, quartus sine contradictione qualibet sequetur eosdem, cuius vtique commodum et honorem tamquam proprium apud eum, quem elegerimus, tenebimur procurare, et indemnitati sue, secundum quod nostre fidei congruit et honori, sicut nostre, fideliter precauere. Dominus etiam moguntinus archiepiscopus pro domino treuerense promisit, quod in societate predicte vnionis debeat remanere, quod si facere recusauerit, nos cum predictis duobus, uidelicet domino moguntino et... comite palatino Reni, duce Bawarie concordes secundum formam remanebimus prenotatam. In cuius rei testimonium et roboris firmitatem presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum Bopardie III idus Septembris anno domini MCCLXX tertio.*)

113. König Rudolf bestätiget dem Herzog Ludwig die ihm vom König Konradin gemachten Schankungen.

Hagenau am 1. März 1274.

Rvdolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus vniuersis romani imperii fidelibus in perpetuum. Longinquitate temporis plerumque accidit, vt et gesta hominum et contractuum efficacia in obliuionem veniant, licet merito vttiliter et necessario forent memorie

*) Nach dem Orig. im k. Staatsarchive.
Abdruck: Fink a. a. O. S. 107.

commendanda, propter quod scripturarum apices dubietatis scrupulos et obtenebrate reminiscentie caliginem sui claritate luminis repellentes in erroris palpitantes inuio ad directionis semitas dirigunt obcecatosque ignorantie nubilo ad contemplandam veritatem actorum in preteritis et gerendorum a posteris illuminant et serenant, ea propter ne in posterum reuocari ualeat in dubium cuiusdam contractus donationis ab inclite memorie *Chvnrado*, illustris regis *Chvnradi* filio, quondam diui imperatoris *Friderici* nepote, facte suo auunculo illustri principi *Lodewico* comiti palatino Rheni, duci Bawarie presentem paginam conscribi precepimus ad dicte donationis memoriam sempiternam. Donatio autem talis est. Primo donauit et tradidit ipse Chvnradus predicto auunculo suo memorato duci Lodewico omnia bona patrimonialia, videlicet oppidum *Schongaẘ*, castrum *Peittengeẘ*,[1] *Ambergeẘ*,[2] curiam super montem,[3] curiam *Stauffe*,[4] villam *Iglingen*,[5] villam *Dvrincheim*,[6] villam *Mŏringen* cum toto heibische, castrum *Swabekke*, castrum et oppidum *Werde*, castrum *Tapheim*,[7] *nouum forum* cum toto officio *Perngeẘ* et *nouo castro*, castrum *Schŏnnenberch*,[8] que pro dote et in dotem quondam sue matri *Elizabet*, sorori illustrium principum predicti Lodewici et Heinrici ducum Bawarie a patre suo rege *Chvnrado* fuerant assignata, deinde omnia alia bona sua siue essent patrimonialia siue alia quecumque, que ad ipsum proprietatis titulo pertinebant, insuper omnia bona feodalia, videlicet aduocatiam *Hœrsprukke* et *Vilsekke*, *Amberch*, *Aurbach* cum castro *Hohenstein* et omnibus pertinentiis

1) Peiting im Ldg. Schongau.
2) Ammergau im Ldg. Werdenfels.
3) Berghof im Ldg. Schongau.
4—5) Stoffen und Igling im Ldg. Landsberg.
6) Türkheim, Ldg.-Sitz an der Wertach.
7) Tapfheim im Ldg. Höchstätt.
8) Schönberg im Ldg. Hersbruck.

omnium predictorum tam in bonis quam hominibus, que quondam pater suus predictus rex Chvnradus a *babenbergense* ecclesia habuit infeodata, cessit, donauit et tradidit supradicto suo auunculo pleno iure. Nos itaque de fauoris et gratie plenitudine, quibus ipsum palatinum comitem Rheni et ducem Bawarie Lodewicum prosequimur iuris beneficio sibi nichilominus suffragante omnem donationem, traditionem de predictis omnibus in ipsum factam ratam et gratam habentes ipsamque approbantes auctoritate regia presentibus confirmamus in euidens et efficax testimonium rei geste nostreque confirmationis superaddite presens scriptum nostri sigilli munimine roborantes. Datum Hagenaugie anno domini millesimo CCLXXIII,[1]) in[2]) kalendis Martii, indictione secunda, anno regni nostri primo.*)

114. Des Herzogs Heinrich Vergleich mit seinem Bruder Ludwig.

Regensburg am 13. Mai 1274.

Nos Heinricus dei gracia comes palatinus Reni, dux Bawarie, presentibus protestamur, quod inter karissimum fratrem nostrum L. comitem palatinum Reni, ducem Bawarie et homines suos ex parte vna et nos et homines nostros ex parte altera quibusdam subortis questionibus eedem per nobiles viros F. comitem de *Tru-*

1) Diese Jahrzahl, welche von einer anderen Hand auf einer Rasur eingetragen wurde, ist offenbar falsch. S. Lang Jahrb. S. 207.

2) Nicht III kal., wie fast alle Abdrücke haben, sondern „in kalendis“ hat das Orig.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Der wesentliche Theil des Majestäts-Sigels ist gut erhalten.

Abdrücke: Aettenkhover S. 184; Finsterwald II, 863; Lory Lechrain S. 12; Lambacher Interr. nr. 66; Scheid origg. III, praef. p. 84.

hending et Gotfridum de *Brûnekke*[1]) ac Volchmarum de *Chemnaten* sub hac forma ad conposicionem seu concordiam amicabilem sunt deducte. **1.** Videlicet quod Chunradus de *Lvpurch*[2]) ex parte una pro CCC libris, ex parte altera[3]) pro CC libris Saulbergerius a sue captiuitatis vinculis absoluentur. Fiet etiam fratri nostro et Vlrico marschalco suo ac aliis hominibus suis de Al. de Saulberch et nobis ac fideli nostro Vlrico de Abensperch ac ceteris hominibus nostris[4]) cautio sufficiens ab ipsis ac ipsorum amicis pro perpetua concordia obseruanda. **2.** Item[5]) per sententiam concordatum fuit ex parte consulum partis vtriusque, quod frater noster nobis iniuriatus fuerit in moneta, quam fabricauerat aput *Æmberch.* Consules autem erant Albero de *Prukperch,* Hermannus de *Hœgenberch,* Winhardus de *Rorbach,* Wichnandus [de] *Eiremspurch,* Grimoldus de *Prising,* Ortlibus de *Walde,* Otto de *Stroubing,* Heinricus de *Mosdorf.* **3.** Item statutum fuit secundum pacta laudamenti prestiti inter nos et fratrem nostrum in festo beate Agnetis transacto, vt vtrimque captiui antea uel postmodum captiuati aut laudamentis uel fideiussionibus obligati sine dampno penitus absoluantur preterquam de conpositione pacis, quam ad inuicem promiserunt perpetuo obser-

1) Der Weiler Brauneck im wirtemb. OA. Mergentheim, in dessen Nähe die gleichnamige Burg stand, von welcher sich eine Linie der Herren von Hohenlohe schrieb, die im Jahre 1390 erlosch.

2) Lukpurch. Orig. II.

3) Nach altera steht im Orig. II: Alhardus de Saulberch.

4) Nach nostris folgt im Orig. II: de predicto Lukkpergario.

5) Dieser Satz ist im Orig. II so gefasst: Item sententiatum fuit per consules utriusque partis, videlicet pro parte nostra Grimoldum de Prising, Ortlibum de Wald, Heinricum de Mosdorf et Ottonem de Struubing, pro parte vero fratris nostri Alberonem de Prvkperch etc., quod frater noster nobis iniuriatus fuerit in moneta, quam fabricauerat apud Aemberch.

uanda, illo etiam nominatim conditionis adhibito moderamine de factis *Græflini* et *Pesingerii* ciuium *chambensium*, vt videlicet Græflinus pro sorte XXX librarum a fratribus de *Dahshulær* exnunc per ipsum fratrem nostrum sine dampno quolibet absoluatur,[1]) et de dampno sumptuum, quod accreuerat, XL libre sibi usque ad festum beati Michahelis proximum absoluantur,[2]) de Pesingerii vero sorte tres equi Ratispone pro XXX libris absoluentur exnunc absque omni dampno et vsque Bartholomei[3]) XVIII libre sumptuum, que accreuerant, dabuntur eidem induciis per fratrem nostrum sine dampno Pesingerii procurandis. **4.** Item O. de *Lapide* a laudamento nobis pro dampnis in *Pefenhvsen*[4]) facto erit penitus absolutus, et castrum *Eschelbach*,[5]) quod iam frater noster munire ceperat, restituetur heredibus sine mora. **5.** De dampnis vero spoliorum et incendiorum datis hinc inde hactenus vsque modo mutua conpensatione sublatis vtrimque, talium dampnorum auctores aut cooperatores tam nostre quam fratris nostri sunt gratie reformati,[6]) et vterque nostrum de hiis homines suos aut seruitores indempnes faciet pro sue beneplacito voluntatis. **6.** De hiis vero, que facta sunt durante placito[7]) inter nos aput *Harlant*[8]) inchoato et *Ratispone* finito dati sunt fideiussores ex parte fratris nostri Chunradus de *Parsperch*, Ditricus de *Wildenstein*, ex parte nostra Vlricus de *Ekkenmul*, Rupertus iudex de *Heidowe*, qui[9]) Ratispone feria secunda post

1) Orig. I hat: absoluantur.
2) Statt absoluantur hat das Orig. II: persoluantur.
3) Orig. II: usque ad festum beati Bartholomei.
4) Pfeffenhausen im Ldg. Rottenburg.
5) Vielleicht Eschenbach im Ldg. Pfaffenhofen.
6) restituti. Orig. II.
7) Ueber dieses placitum ist keine Aufzeichnung vorhanden.
8) Vielleicht Harlanden im Ldg. Abensberg.
9) qui a proxima secunda feria ad tres septimanas Ratispone conuenient, numquam abinde ante satisfactionem plenariam exituri, satisfacient autem in hanc formam quicumque. Orig. II.

diem sanctum pentecostes proxima per dies XIIII^{or} conuenient, ante satisfactionem plenariam numquam abinde exituri, et satisfacient in hanc formam, vt quicumque pro rapina, incendio vel causa simili impetitus fuerit reus iuramento suo et aliorum duorum, qui nec maleficio interfuerunt nec malefactori titulo seruitutis attinent et bone fame ac opinionis existunt, se debeat expurgare. Quod si talis raptor vel inuasor non fecerit, actor cum duobus aliis bone estimationis viris nec sibi seruili condicione obnoxiis nec dampnum perpessum participantibus illatum ei dampnum et iniuriam conprobabit. **7.** De actionibus vero feodorum et proprietatum ac debitorum emersis neutra pars quicquam violenter attemptabit, sed iusticia petetur a dominis vel iudicibus conpetentibus, que sine dispendio et prorogatione captiosa exhibebitur, dum fuerit requisita. **8.** De possessionibus vero quondam *Brandenbergerii* ordinatum est ita, vt ex parte fratris nostri Al. de Prukperch et Wich. de Eirenspurch, pro parte vero nostra G. de Prising et Or. de Walde accedere debeant personaliter secunda feria post octauam pentecostes viciniam ipsam circa *Brandenberch* et inquisitione prehabita[1]) de consilio vicinorum, si quid inter nos amicabile super eisdem bonis concorditer diffinire poterunt, ratum tenebimus et acceptum. Si vero viam amicabilem non inuenerint, extunc assumptis quatuor aliis, videlicet ex parte fratris nostri Hermanno de Hægenberch et Winhardo de Rorbach, ex parte vero nostra Al. de Hals et Vlrico de Abensperch vel in locum absentis altero vocato de familia sui domini fidedigno, qui inspecto statu et qualitate iuris, in quo ad presens bona eadem consistunt, ipsam questionem per iusticiam terminabunt vsque ad festum beati Mychahelis proximo aduenturum. **9.** Et similiter de questionibus propietatum ac feodorum mutuo iusticiam eisdem diffinitoribus me-

1) Nach prehabita steht im Orig. II: diligenti.

diantibus exhibebimus termino prenotato. Et si predicti diffinitores non poterunt concordare, aduocabunt communem mediatorem, in quem conuenire poterunt ut sic per maiorem partem, quod iustum fuerit, decernatur. **10.** Predictis etiam tractatibus est annexum, ut uterque nostrum seruitores cuiuscumque condicionis, quos ad presens habere noscitur, absque inpedimento alterius vsque ad proximum festum pentecostes et abinde per annum habere debeat nec attrahere sibi quemquam de parte altera medio tempore seruitorem nec offendere quocumque preiudicio siue dampno. **11.** Statutum est etiam pro tempore termini prenotati, vt strate publice nec per occupationem pignorum nec spoliorum vel alio quocumque modo per nos vel nostros debeant inpediri. **12.** Item si quis prior in predicto termino non petita prius iusticia propria temeritate bona vel homines alterius inuaserit et sic alterum ad vltionem prouocauerit, qui taliter fuerit prouocatus non tenebitur satisfaccionem dampnorum, que vice illa (sibi) per eundem suo aduersario[1]) fuerint irrogata et nichilominus inuasor[2]) tenebitur ad emendam. **13.** Et si alicui hominum nostrorum aduersus alterum actio cuiuscumque iuris competit, super ea tenebitur vterque nostrum ius reddere generosum.[3]) **14.** Item statutum fuit, vt quicumque ex attinentibus parti vni, parti alteri dampnum fecerit, dominus suus emendare maleficium predonem et quemcumque malefactorem conpellet, uel satisfacere tenebitur pro eodem.[4]) **15.** Fidelis noster Vlricus de Abensperch et[5]) H. de *Otlingen*[6]) plenam et firmam inter se tenebunt

1) Orig. II hat: suum aduersarium.
2) inuasor fehlt im Orig II.
3) gratiosum. Orig. II.
4) dominus suus predonem vel quemcumque malefactorem compellat maleficium emendare, vel etc..... Orig. II.
5) et fidelis fratris nostri de Otlingen. Orig. II.
6) Ettling im Ldg. Ingolstat.

concordiam pro dampnis, que sibi inuicem intulerunt, salva predicto Vlrico de Abensperch actione super dampnis, que sibi dictus H. de Ůtlingen ad munitiones domini *eistetensis* episcopi intulit remanente, que similiter actio dampnorum salua erit Heinrico de Rorbach contra prefatum episcopum eistetensem sine omni preiudicio Heinrici de Ůtlingen memorati. In cuius rei testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas. Actum et datum Ratispone anno domini MCC LXXIIII, III idus Maii.*)

115. Die Herzoge Heinrich und Ludwig kommen überein, dass je sechs ihrer Edlen Einlager halten sollen, bis sie für die sich gegenseitig zugefügten Schäden Entschädigung geleistet haben werden.

Regensburg am 22. Dezember 1274.

Nos Heinricus et Ludwicus dei gracia comites palatini Reni, duces Bawarie per presentia declaramus, quod tractatibus inter nos mutuo habitis in crastino beati Thome apostoli Ratispone super uariis causis et precipue super dampnis mutuo vtriusque hominibus illatis, tandem talis inter nos super vniuersis dampnis seu grauaminibus ex utraque parte a colloquio habito Ratispone circa dies rogationum eiusdem anni perpessis ordinatio intercessit, quod sex nobiles seu ministeriales ex parte fratris nostri pro dampno nostro apud *Monacum* prope Yseram in festo purificationis beate Marie virginis in obstagio se recipient, et sex de parte nostra eodem tempore pro dampnis fratri nostro illatis apud

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive. Die bemerkenswerthen Abweichungen des im k. Reichsarchive befindlichen Exemplars wurden in den Noten angegeben.

An beiden Exemplaren hängt das stark beschädigte Reitersigel.

Lantshût, nunquam a predictis opidis seu ciuitatibus exituri, donec plenarie de dampnis ante purificationem probatis coram nobis ambobus uel altero nostrum offense parti fuerit satisfactum. Receperunt siquidem ex parte nostra in se predictum obstagium Albertus de *Halse*, Vlricus de *Abensperch*, Heinricus de *Rorbach*, receperunt etiam ex parte fratris nostri in se predictum obstagium Otto de *Lapide*, Winhardus de *Rorbach*, Heinricus de *Prisingen*. Procurabit etiam ipse frater noster, quod tres ex subscriptis quinque videlicet Albero de *Prukperch*, Hermanus de *Hœginberch* uel Otto de *Pairbrunne*, Eberhardus de *Porta* uel Wichnandus de *Irinspurch* in predicto tempore et loco et supratactis conditionibus in se recipient obstagium memoratum. Et nos procurabimus similiter, quod tres ex subscriptis quinque scilicet Chunradus comes de *Mosburch* uel Ortliebus de *Walde*, Alhardus de *Frawenhouen*, Berhtoldus de *Frawenberch* uel Wimarus *Asinus* in predicto similiter termino et loco et supratactis conditionibus in se recipient obstagium memoratum. Item qui iam in se receperunt obstagium ex utraque parte protestati sunt, quod obligacioni seu promissioni obstagii non tenebuntur, si promissi ex utraque parte tres ex quinque eligendis ab alterutra partium obstagium, quemadmodum promissum extitit, non intrabunt. Item neutra partium tenebitur ad aliquam satisfactionem dampnorum, que ante festum predicte purificationis proxime secundum formam priuilegii inter nos iam dudum concepti non fuerint approbata. Ceterum Winhardo de Rorbach ex gracia concessimus speciali, ut ipse non apud Monacum, sed apud *Ingoltstat* in obstagio in predicto festo se recipere debeat et tunc tandem, quando ab obstagio, quod circa idem tempus ex aliis causis apud *Augustam* persoluere habet, uel pro tempore induciatus fuerit uel in totum forte fuerit absolutus, tunc sine monitione uel uocatione qualibet apud Ingoltstat nostrum obstagium subintrabit. Item si alia

partium predictorum ministerialium se absentauerit, nichilominus pars presens probationes dampnorum audiet et firmitatem iuris tamquam vtraque parte presente facta fuerit, talis audicio obtinebit. Datum Ratispone anno domini MCCLXXIIII, X kalendas Januarii.*)

116. König Rudolf entscheidet den Streit der Herzoge Ludwig und Heinrich und des Königs Ottokar von Böhmen wegen der Churstimme.

Augsburg am 15. Mai 1275.

Rvdolfus dei gratia Romanorum rex, semper augustus vniuersis presentia inspecturis in perpetuum declaramus, quod presidentibus nobis curie *apud Augustam* idibus Maii sollempniter celebrate et constitutis ibidem in presentia nostra illustrium principum *Ottakari* regis Bohemie nuntiis et *Heinrici* ducis Bawarie procuratoribus, subortaque inter eos questione super quasipossessione iuris eligendi Romanorum regem, per procuratores dicti H. ducis et illustrem *Lodwicum* comitem palatinum Reni et ducem Bawarie, filium nostrum karissimum fuit propositum ratione ducatus Bawarie, hoc eis competere ex antiquo, idemque noster filius L. coram nobis cunctisque principibus, prelatis, baronibus, militibus et vniuerso populo, qui eidem curie assidebant, extitit publice protestatus, quod predictus dux H. frater ipsius, olim electioni incliti Richardi Romanorum regis nostri predecessoris unacum ipso presentialiter cum ceteris principibus coelectoribus interfuit et in eum uterque direxit legaliter votum suum, eundem in Romanorum regem unacum aliis conprincipibus ius in hoc habentibus eligendo, de-

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Abdruck: Fischer Erbfolgegesch. S. 239.

inde vero electionis tempore apud Franchenfurtte de nobis ab omnibus principibus ius in electione habentibus concorditer celebrate per nuntios et procuratores eiusdem ducis H. videlicet Heinricum prepositum *ŏtingensem* et Fridericum rectorem ecclesie de *Lantshût* ipsius absentiam propter impedimenta legitima legitime excusantes presente venerabili *Berhtoldo* babenbergensi episcopo, procuratore predicti regis Bohemie et contradicente quidem ipsis procuratoribus, sed ipsius contradictione a principibus electoribus omnibus, tam ecclesiasticis quam secularibus non admissa, in dictum L. comitem palatinum, nostrum filium, una cum aliis principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota, prout iam dicti procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromissum, qui commissum huiusmodi in se recipiens suo et dicti H. ducis, fratris sui ac omnium aliorum principum ius in electione habentium, auctoritate et nomine in Romanorum regem sollempniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum, ducum Bawarie, comitum palatinorum Reni, ratione ducatus pro una in septem principum ius in electione regis Romanorum habentium numero computatis, prout etiam in predicta curia augustensi viue nostre uocis eloquio uterque ipsorum in presentia nuntiorum prefati regis Bohemie, videlicet venerabili Wernhardo [1]) *sekouiensi* episcopo, magistro Heinrico preposito *werdensi* commendatore *domus theutonice* per Austriam, et Wlfingo magistro hospitalis sancti Johannis de *Mevrperge* [2]) ac omnium ibidem presentium principum prelatorum ac baronum recognouimus et recognoscimus manifeste. In cuius rei testimonium et perennem memoriam predictorum presentes ei litteras donauimus nostro regali sigillo, necnon subscriptorum testium sigillis munitas, qui sunt Hart-

1) Wernhart, v. J. 1268—1282.

2) Mailberg, Johanniter-Ordenskommende im niederöster. Kr. unter dem Mannhartsberg.

mannus *augustensis* episcopus, Hiltprandus 1) *eistetensis*, Heinricus 2) *tridentinus* episcopi,... de sancto *Gallo*, de *Augea* abbates, *Rudolfus* cancellarius noster, ex laicis vero filius noster *Lodwicus* comes palatinus Reni, dux Bawarie, Phylippus dux *Karinthie*, *Meinhardus* comes tyrolensis, Fridericus burgrauius de *Nürenberch*, Heinricus marchio de *Burgawe*, Vlricus de *Hælfenstein*, Lodwicus de *Ötingen*, Albertus et Burchardus de *Hohenberch*, 3) Heinricus de *Furstenberch*, Tybaldus de *Pirreto* 4) et Lodwicus de *Honberch* comites, Heinricus et Berhtoldus de *Niffen*, Albero de *Prukperch*, Hermannus de *Hæginberch*, Volkmarus de *Chemnaten* et Marquardus filius suus, Winhardus de *Rorbach*, Heinricus de *Prisingen* et alii quam plures. Actum et datum Auguste anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, regni vero nostri anno secundo.*)

1) Hiltbrant von Möhren, v. J. 1261—1271.

2) Heinrich, Bischof, v. J. 1273—1289.

3) Hohenberg, nicht ferne von Rottweil, zerstörtes Stammschloss der davon zubenannten Grafen.

4) Pfirt, ein zerstörtes Bergschloss im franz. Departement Oberrhein.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Folgende Sigel hängen noch an: Das des Königs, welches mitten entzweigebrochen, das des Abtes von St. Gallen, und die Reitersigel des Herzogs von Kärnthen und des Grafen von Tyrol. Zwei Sigel, wahrscheinlich die der Bischöfe von Eistet und Trient sind in Leinwand eingenäht, jedoch ganz zerbröckelt.

Abdrücke: Tolner hist. palat. nr. 107; Hund metr. I, 80; Olenschläger Erläut. der gold. B. S. 38; Oetter Gesch. der Burggr. III, 117 und sonst noch öfter.

117. Vergleich der Streitigkeiten zwischen dem Erzbischof Friedrich von Salzburg und dem Herzog Heinrich von Bayern.

Eharting am 20. Juli 1275.

Nos Adolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presencium scire volumus vniuersos presencium inspectores, venerabilem *Chunradum* [1]) salzburgensis ecclesie archiepiscopum nobis humiliter supplicasse, ut quasdam litteras super concordia inter felicis recordationis *Fridericum* predecessorem ipsius et *Heinricum* quondam illustrem ducem Bawarie celebrata confectas, videlicet ipsamque concordiam, confirmare aucctoritate regia dignaremur. Quarum tenor talis est.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Heinricus dei gracia, comes palatinus Reni, dux Bawarie vniuersis presentia inspecturis imperpetuum. Fructum iustitie seminatum in pace facientibus pacem canonica simul amplectitur sapientia et ciuilis. Ad eliminandam enim sapientiam terrenam, animalem dyabolicam, in qua zelus et contentio, in qua inconstancia et omne opus prauum, velut fluminis inpetus ciuitatem dei letificans ex diuine inspirationis gracia succedit, ea, que desursum est sapientia, pudica primum, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consenciens, plena misericordia et bonis fructibus, iudicans sine simulatione, comitem habens iustitiam, que nisi efrenate cupiditatis conatus sua virtute reprimeret, et questiones ipsius implicitas explicaret, ius humani federis littigatorum abusus extingueret, et dato libello repudii, concordia extra mundi terminos exularet. Porro predictorum attenta consideratio non immerito conscientiam nostram artabat, vt ad exulantis iam dudum a prouincia salzburgensi concordie reuocationem nostre sollicitudinis vigor exurgeret, nec tam salutaris cogitacionis effectum

1) Konrad von Breitenfurt, vorher Bischof von Lavant, v. J. 1284 bis 25. März 1312.

vlterius prorogaret. Vt inhabitet igitur pax in terra nostra, misericordia et veritas obuiauerunt sibi, iustitia et pax osculum promiserunt, dum post longa litium et guerrarum discrimina conuenientibus nobiscum nuper apud *Purchusen* reuerendo in Christo patre, domino Friderico, archiepiscopo *salzburgensi*, apostolice sedis legato, necnon domino Johanne [1]) *chimensi* episcopo, immo et domino *Ottone* preposito et dominis *Gebolfo* et *Starchando* canonicis procuratoribus capituli *salzburgensis*, ac ceteris eiusdem ecclesie fidelibus sano consilio vtriusque partis et deliberatione prehabita diligenti super decidendis questionibus ac omni materia discordie funditus exstirpanda, in viros deum timentes nostrique honoris zelo feruidos et bonorum hominum sentenciam reuerentes, videlicet Heinricum prepositum *O̊tingensem*, Grimoldum de *Preisinge*, Gebhardum de *Velwen* et Chunradum de *Wartenvels* [2]) tamquam in arbitros vel arbitratores fidei sue prestationem vice sacramenti nobis astrictos conpromittendum duximus tali pacto, quod videlicet iidem quatuor viri tactis nostris manibus promiserunt, quod in huiusmodi arbitrio finiendo fideliter, legaliter et equaliter se haberent. Qui demum assumtis de nostra conscientia et mandato domino Chunrado venerabili abbate de *Raitenhaslach* ac Chunrado plebano de *Muldorf* [3]) propter maiorem circumstanciarum et cause notitiam predictis tractatibus per octo dies continuos inmorantes protulerunt arbitrium sub hac forma, quam auditam acceptauimus, sicut expressē inferius continetur. **1.** Primo scilicet, quod nos cum predicto archiepiscopo, capitulo quoque et ministerialibus omnique populo ecclesie salzburgensis mediante pacis osculo concordauimus in hunc modum, quod relegato totius pristini rancoris aut odii fomite, qui turbatas ex dampnis hinc inde datis per

1) Johann von Ensthal v. J. 1274—1279.

2) Wartenfels im Oberösterreich. Salzachkreis.

3) Mühldorf. Ldg.-Sitz.

incendia, rapinas et alia quelibet guerrarum et molestiarum genera mentes occupauerat, pacem perpetuam et sinceram amicitiam eidem domino archiepiscopo et ecclesie supradicte pro nobis et heredibus nostris spopondimus, statuimus et ordinamus inuiolabiliter obseruare. **2.** Ad hec possessiones eiusdem ecclesie in pago, qui dicitur *Ysenkev* sitas, que per dominum *Philippum* eiusdem ecclesie electum sev per dominum *Vlricum* eiusdem sedis quondam archiepiscopum de consilio et consensu domini Ottonis quondam prepositi et ministerialium ecclesie supradicte nobis in restaurationem quorundam dampnorum seu conpensationem multiplicium obsequiorum et auxilii per nos eis non sine graui bonorum et hominum nostrorum iactura diuersis necessitatum temporibus inpensorum sicut instrumenta super hoc confecta continent, assignatas eidem archiepiscopo restituimus et spontanee resignamus, inter que specialiter forum in *Pŭchpach* 1) cum omni iure fori et mercatus eiusdem sine quolibet inpedimento reuertitur ad ecclesiam supradictam. **3.** Ipse vero nobis antiqua feoda, que ab ipsa ecclesia nostri progenitores tenuerant, recto feodi titulo contulit, adiciens 2) etiam eidem collationi feodali nobis ac nostris heredibus aduocaciam monasterii de *Nvnnenberde* 3) suarumque 4) pertinenciarum et aduocaciam prediorum capituli *Salzburgensis* in pago, qui dicitur *Chiemkev* cum aduocacia et iudicio apud *Misenpach* 5), in *Celle* 6) *Frosche* 7) *Wagenowe* 8), *Vogelwalt* 9) totumque districtum iudicii, quod ab eadem ecclesia salzburgensi *Rapoto* quondam palatinus Bawarie vel de *Playin* comites in eisdem partibus possidebant,

1) Buchbach im Ldg. Mühldorf.
2) addiciens. Orig.
3) Das Frauenkloster Chiemsee.
4) suorumque. Orig.
5) Miesenbach im Ldg. Traunstein.
6—9) Wahrscheinl. Innzell, Hohenfröschen, Wagenau, Vogelwald im Ldg. Traunstein.

quorum tamen ad maiorem partium tranquillitatem subscripti limites declarantur, videlicet a *Perenpuhel* [1]) sursum directo tramite vsque in montem *Swerzenperch*, item a Perenpuhel ex transuerso usque ad locum saltus super montem [2]) *Surberch* [3]), qui dicitur *Schachen* et abinde per transuersum vsque ad domum proximam apud *Lauter* [4]), que dicitur *Cholpuhel* [5]) ita videlicet, vt Cholpuhel nobis remaneat, Lauter vero ecclesie salzburgensi saluo nobis tamen iure thelonei, quod hactenus apud Lauter recipi consueuerat, quod utique a Sibotone quondam de *Tetelheim* [6]) et Libhardo et Heinrico fratribus de *Percheim* nostra pecunia comparauimus et a domino archiepiscopo in feodo recepimus, mandantes recipi de cetero idem theloneum apud *Trovnstein* [7]); item de Cholpuhel vsque in *Wibhůsen* [8]) et *Haldinge* [9]) limes noster protenditur, ipsa vero loca iam dicta, videlicet Wibhusen et Haldinge cedent ecclesie memorate; item de Haldingen vsque in *Holnpach* [10]) directe fines nostri transibunt, et abinde usque ad alueum fluminis apud *Ænninge* [11]) et abinde vsque in montem, qui dicitur *Jochperch* [12]) et inclusiue omnes ville siue predia, que infra eosdem limites in iudicio quondam palatini Bawarie et comitum de Playn hactenus sunt contenta. Termini vero salzburgensis ecclesie a supradictis limitibus vsque in *Staufenbruke* ex eisdem partibus protendentur et abinde vsque ultra *Newenchirichen* [13]) ad proximam domum, que

1) Bernbüchel im Ldg. Traunstein.
2) Monten. Orig.
3) Surberg im Ldg. Traunstein.
4) Lauter im Ldg. Laufen.
5) Kohlbüchel im Ldg. Traunstein.
6) Tetelheim im Ldgr. Laufen.
7) Traunstein. Ldg.-Sitz.
8—10) Weibhausen, Halling u. Höllenbach, Ldgs. Laufen.
11) Anning im Ldg. Trostberg. (?)
12) Jochberg im Ldg. Reichenhall.
13) Neukirchen im Ldg. Laufen.

Perpuhel dicitur, que domus nobis, Newenchirichen vero cedet ecclesie salzburgensi. **4.** Nos quoque predicte ecclesie salzburgensi, capitulo et ministerialibus nullam de cetero detentionem aut iniuriam faciemus [1]) in suis iuribus apud *Halle* siue in coccione salium, sev in aliqua parte iudicii vel thelonei, siue hominibus ibi residentibus, in prediis, molendinis, vel pratis, aquis, vel aquarum decursibus inter *Halle* et *Vager*, que sibi declarauerint attinere. **5.** Si qua vero ex hiis in lite fuerint a quocunque nostrorum hominum, hucusque possessa, de hiis quatuor arbitri vel alii quatuor in locum eorum subrogati a proximo festo beati Michahelis vsque ad vnius anni spatium, requisito aliorum discretorum et legalium predicti loci ciuium consilio iustitiam exhibebunt. **6.** Sane super iure proprietatis aut feodi, quod in castris *Playn* et *Raschenberch* [2]) ceterisque bonis et hominibus olim a consanguineis nostris comitibus de Playn vtrolibet iure possessis ac post eorum obitum ad nos certo feodi titulo deriuatis, que ad presens ipsa ecclesia extra limites nostros dinoscitur possidere, talis ordinatio intercessit, quod videlicet eidem iuri siue actioni cessimus, et si quod ius nobis in eisdem conpeciit, eidem ecclesie concessimus libera et spontanea voluntate. **7.** Predictus vero dominus archiepiscopus vel successores ipsius, qui pro tempore fuerint, nobis et heredibus nostris quadraginta librarum redditus ratisponensis aut salzburgensis monete in locis inter *Danubium* et *Anasum* fluuios extra montana situatis in feodum conferet, quamprimum ad id obtulerit se facultas. **8.** Ad hec de munitione constructa in *Grotte* et muro, quo cingitur opidum predictum in Halle, vtrum de iure munitiones eedem facte sint, an de iure sic debeant remanere vel etiam demoliri per arbitros nichil diffinitum

1) ficiemus. Orig.
2) Eine Schlossruine im Ldg. Laufen bei Teisendorf.

est, sed hec questio tam nobis quam domino archiepiscopo salua remanet tractanda, quando placuerit coram iudice conpetenti. **9.** Sane super depositione salium, an potius in *Purchhusen* vel in *Titmaningen* fieri debeat, ac etiam de theloneo in *Aufheim* [1]) vel in *Tevsendorf* [2]) accipiendo venerabilium patrum domini Leonis *ratisponensis* et domini Johannis *chiemensis* ecclesiarum episcoporum ordinationi et arbitrio nos submisimus, ratum habituri, quicquid per eos usque ad proximum festum beati Michahelis et abinde per annum fuerit ordinatum. Si vero super hiis infra idem tempus per ipsos non fuerit arbitrium promulgatum, ex tunc salua vtrique nostrum erit actio super eis videlicet depositione salium et theloneo coram iudice competenti. **10.** Ad firmiorem quippe tranquillitatem partium promittimus bona fide, quod si quam habuerint actionem contra ministeriales nostros aut personas militares vel aliquem ex eis dominus archiepiscopus memoratus, de qua scilicet actione iudicium nostre conpetat ditioni, super illa sibi plenam exhibebimus iusticiam isto modo, vt videlicet per sententiam nouem virorum proborum communiter electorum questiones huiusmodi dirimantur et hoc idem nobis dominus archiepiscopus de suis ministerialibus et hominibus exhibebit. Quod statutum durare volumus a festo beati Jacobi per tres annos. Si quis vero hominum alterius, partis sententie contra eum sic late parere noluerit, extunc pars vtraque manus ad conpescendam talem contumaciam eleuabit sic, vt talis rebellio per vtrumque nostrum pariter conprimatur. Si quis vero ex hominibus aut ministerialibus alterutrius nostrum in offensa graui dominum suum turbauerit, et ad partem alteram duxerit declinandum, poterit ab eadem in spe reconciliacionis per vnius mensis spatium et non am-

1) Aufheim im Ldg. Traunstein.
2) Teisendorf im Ldg. Laufen.

plius retineri, abinde vero nullo modo fouebitur ab eadem, sed omnino ingratus et displicitus relinquetur, et si dominus turbatoris alterum requisiuerit, contra talem sibi tenebitur subsidium inpertiri. Si quis vero talium ab alterutra partium a sua contumacia humiliatus fuerit et ad parendum domino conpulsus dominus eiusdem ipsum de cetero debebit sine qualibet molestia partis alterius detinere. **11.** Preterea licebit domino archiepiscopo salisburgensi in prediis ecclesie sue municiones erigere sine dampno et preiudicio terre nostre, et similiter nobis reseruauimus ad edificandas munitiones in bonis nostris licentiam et ius idem. **12.** In pagis quoque Ysenkev et super Eslerwalde conseruabimus ecclesie salzburgensi iura sua in iudicio et iudicabimus omnia respicientia comiciam. **13.** Ceterum si que questiones sunt inter nos et dominum archiepiscopum et ecclesiam salzburgensem, que superius non sunt tacte, de hiis vtrique partium salua iusticia maneat, quando super eis in foro suo voluerit experiri. Hec autem omnia et singula tactis sacrosanctis ewangeliis promisimus fideliter attendere et seruare, et in eorum perpetuam notitiam presentes litteras sigillo nostro mandauimus conmuniri. Actum in Ehartinge anno domini $M^{o}CC^{mo}$ septuagesimo quinto, XIII kalendas augusti.

Predicti itaque Chunradi salzburgensis ecclesie archiepiscopi, cuius fidem et fidelitatem, qua nos et sacrum imperium prosequitur inconcusse per effectum cognouimus precibus inclinati, attendentes eciam, quod salzburgensis ecclesia deuocionis ac obediencie promptitudine nullo vmquam tempore mandatis imperii se subtraxit, et quod in obseruacione predicte concordie vtriusque principum et principatuum honor et vtilitas procuratur, ipsam concordiam in singulis suis articulis, sicut iuste et legittime celebrata dinoscitur, tenore presentium confirmamus et presentis scripti testimonio conmunimus. Datum in Frankenfurt XV kalendas aprilis indictione oc-

taua, anno domini M°CC° nonagesimo quinto, regni vero nostri anno tercio.*)

118. Der Erzbischof Friederich von Salzburg verspricht seinem Kapitel dafür, dass er ohne dessen Einwilligung dem Herzog Heinrich die Vogtei über die Güter desselben im Chiemgau verliehen, Entschädigung.

Mühldorf am 23. Juli 1275.

Fridericus [1]) dei gratia sancte salzburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Uniuersitati vestre notum fieri cupimus per presentes, quod cum olim inter illustrem principem dominum *Heinricum* comitem palatinum Reni, ducem Bawarie ex vna parte et nostram ecclesiam ex altera questiones graues quam plurimum veterentur, a quibus propter vtilitatem ecclesie nostre discedere transactionis placito captabamus, nos inter alia, quibus predictum principem nobis ecclesie salzburgensi reddidimus graciosum, eidem aduocatiam pagi in *Kyemkev* in bonis capituli nostri contulimus iure fevdi. Et quia hoc ipsum sine fratrvm et canonicorum nostrorum expresso consensu fieri non ualebat, romanorum pontificum, inperatorum et predecessorum nostrorum vetantibus publicis instrumentis, ad ipsorum optinendum consensum eisdem promisimus, ipsis aliquam gratiam facere de consilio venerabilium fratrum nostrorum dominorum Johannis *Chymensis* episcopi, Dytmari abbatis *sancti Petri*, fidelium nostrorum Gebhardi de *Velvven*, Chunonis de *Gůtrat*, Churadi de *Wartenuels* [2]), per

*) Abdruck: Geschichte und Anzeige, was dem Erzst. Salzburg auf erfolgten Todfall Kurf. Max. III. für Forderungen ausstehen. Beyl. Nr. 10.

1) Friedrich v. J. 1270—1284.

2) Wartenfels, Schlossruine, im Salzburger Pfleggerichte Thalgau.

quam eis permissionem infeudationis huiusmodi gratiosa beniuolentia restauremus. Ad hec ipsis promisimus, quod infra duorum annorum spatium eorum priuilegia, de quibus supra fecimus mentionem, procurabimus eatenus renouari nostris sumptibus, vt articulis in reliquis et gratiis inibi conprehensis nullum ex permissione infeudationis predicte futurum preiudicium generetur, sed salua remaneant et seruentur. Nos etiam eadem priuilegia seruabimus, nec aduersus ipsa quicquam de cetero faciemus sine fratrvm et canonicorum nostrorum liberali consilio et expresso consensu. In cuius rei testimonium euidens presentem litteram nostro et venerabilis fratris nostri predicti *chymensis* episcopi sigillis fecimus communiri. Et sunt testes superius nominati, item Chunradus plebanus de *Muldorf*, frater *Andreas* vicedominus, Vlricus de *Wispach* et Gotschalcus milites nostri et plures alii fide digni. Datum in Muldorf anno domini millesimo CC^mo^ septuagesimo quinto, X kalendas Augusti.*)

119. Bischof Leo von Regensburg, der Probst Heinrich von Oettingen, Ulrich von Abensberg und Heinrich von Rorbach übernehmen die ihnen vom Herzoge Heinrich übertragene Vollmacht (ggb. Straubing 22. Jän. 1276) denselben mit seinem Bruder Herzog Ludwig auszusöhnen.

Nürnberg am 2. Februar 1276.

Nos Leo miseracione diuina ratisponensis episcopus, Heinricus prepositus otingensis, Vlricus de Abensperch et Heinricus de Rorbach procuratores ab illustri principe domino H. palatino comite Reni, duce Bawarie constituti ad tractandum pacem et concordiam siue treu-

*) Auf dem Rücken steht von einer etwas späteren Hand die Note: infeodatio maledicta advocatie in Chyemkaße.

Abdruck: Hormayr Archiv f. Südd. II, 286.

gas inter ipsum et dominum *L.* illustrem principem comitem palatinum Reni, ducem Bawarie, germanum suum, mandatum recepimus in hec uerba.

Nos Heinricus dei gracia palatinus comes Reni, dux Bawarie, presentibus profitemur, quod affectantes iam dudum, immo semper et continuo cum fratre nostro in fraterne unionis dulcedine permanere, quemadmodum semper acquieuimus omnibus partes suas ad nos concordandum interponentibus, nisi ad resistendum primum grauibus oppressionibus fuerimus prouocati. Sane omnem dissensionis materiam inter nos et fratrem nostrum pro parte nostra conpromittimus ex rapinis, incendiis, captiuitatibus hominum et mortibus et controuersiis possessionum et aliis quibuscunque causis exortam in reuerendum patrem et dominum L. venerabilem episcopum *ratisponensem*, necnon dilectos nobis Heinricum venerabilem prepositum *otingensem*, Vlricum virum nobilem de *Abensperch* et Heinricum de *Rorbach* ad intreugandum, uel de omnibus simpliciter concordandum, secundum quod uiderint expedire. Quare et prefatum dominum ratisponensem episcopum et prefatos fideles nostros, procuratores nostros constituimus coram quibuscunque iudicibus, ordinariis seu delegatis, quocunque nomine uel officio censeantur, dantes eisdem potestatem generalem et mandatum speciale super premissis materiis discordiarum et aliis quibuscumque proponendi, petendi, recipiendi, impetrandi, contradicendi, in arbitros uel in arbitrum conueniendi, restitutionem in integrum postulandi et si necesse fuerit, appellandi, nos obligandi, componendi, transigendi, paciscendi, ratum et gratum habituri, quicquid in premissis fecerint uel quolibet premissorum. In cuius rei testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum in Strubing anno domini MCCLXXVI, XI kal. Februarii.

In cuius uere translationis testimonium et cautelam treugarum auctoritate ipsius mandati per nos inter illu-

stres principes dominos Lvdwicum et Heinricum palatinos comites Reni, duces Bawarie germanos ordinatarum, sicut instrumenta exinde confecta expresius continent, presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas promittentes nichilominus fide data in animam domini H. ducis predicti, quod sigillum suum apponet instrumentis supradictis, et quod ratum habebit, quicquid in eisdem litteris continetur. Datum apud Nůrnberch anno domini MCCLXXVI, quarto nonas Februarii.*)

120. Die Herzoge Ludwig und Heinrich verlängern den zwischen ihnen geschlossenen Waffenstillstand bis zum Feste Johannis.

Regensburg am 15. Mai 1276.

Nos Lvdwicus et Heinricus dei gracia comites palatini Reni, duces Bawarie, vniuersis constare uolumus per presentes, quod super omnibus questionibus, que inter nos et nostros homines, capitaneos, iudices, seruitores, cuiuscumque condicionis fuerint siue status, in manibus reuerendi patris domini L. venerabilis episcopi *ratisponensis* treugas statuimus usque ad festum beati Johannis Baptiste proximo uenturum pure et firmiter obseruandas, et hoc in manus eiusdem domini episcopi tam pro treugis quam pro omnibus articulis infra scriptis firmauimus fide data, et si medio tempore ab alterutra partium dampnum aliquod fuerit irrogatum, dampnum passus id sibi resarciri petet a domino dampnum inferentis, quod et ipse manu tertia declarabit uel suam innocentiam met[1]) tertius comprobabit. Si uero neutrum

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Von den Sigeln ist nur das bischöfliche und das Ulrichs von Abensberg, welches einen links springenden Reiter darstellt, vorhanden.

1) Wahrscheinlich für metipse.

illorum facere uoluerit, tunc is, qui dampnum passus est, suum dampnum manu tertia potest, si uoluerit, declarare, qua declaracione facta dampnum inferens ammonicione premissa id infra octo dies tenebitur resarcire. Si uero ex parte nostrorum hominum seu seruitorum videlicet ducis L. fuerit dampnum datum, nec hoc ut predictum est, infra octo dies per eum, qui fecit, fuerit emendatum, nos apud *Monacum* nomine obstagii recipiemus premissa tamen nobis ammonicione aliorum octo dierum, inde non exituri, quousque de illatis durantibus predictis treugis fuerit satisfactio. Nos quoque dux H. uice uersa, si nostri homines seu seruitores dampnum intulerint, nec satisfecerint ut est dictum, modo et conditione predicta nomine obstagii intrabimus apud *Lantshůt* non recessuri abinde, quousque dampnum illatum fuerit restitutum, nec per dampna taliter irrogata treuge debent aliquatenus infirmari. Homines quoque nostri et seruitores treugas firmas usque in crastinum beati Johannis Baptiste inclusiue inter se super suis questionibus et etiam inimicitiis capitalibus obseruabunt, quod et nos procurabimus bona fide. Strate etiam publice, pontes et uie secundum nostram discretionem patebunt, transeuntibus, prout uiderimus expedire. Item detentis obstagio seu captiuitate expense nulle current siue dampna durantibus ipsis treugis preter expensas, quas fideiussores talium fecerunt hactenus, comedendo. Ceterum si inter nos siue nostros debitum aliquod indubitatum fuerit siue clarum, nec is, cui debitum est, ulterius differe uoluerit, postquam suum debitorem requisierit super eo, honesto modo et urbano ipsum impignorabit sine qualibet captione, et si impignoratus eximere uoluerit pignus suum, is qui impignorauit, annuere sibi tenebitur in hac parte nec per hoc treuge aliquatenus infirmantur. Nos quoque super uinculo fraterni amoris reformando et etiam confirmando et sedandis discordiis, que inter nos et nostros hinc et inde

hactenus pullularunt,[1]) proxima sexta feria post octavam pentecostes apud *Frisingam* diem placiti tenemur personaliter obseruare, ad quam uocabimus pro bono pacis et concordie dominos et amicos, consiliarios nostros et alios, quos uiderimus expedire. Hec tamên ita acceptauimus et stabiliuimus, quod neutri nostrum[2]) in suo iure in aliis quicquam debeat deperire. In cuius rei testimonium presentes litteras nostrorum sigillorum robore iussimus communiri. Datum Ratispone anno domini MCCLXX sexto, idus Maii.*)

121. Die Herzoge Ludwig und Heinrich übertragen den Austrag ihrer Streitigkeiten einem Schiedsgerichte.

Regensburg am 21. Mai 1276.

Nos Lvdwicus et Heinricus dei gracia comites palatini Reni, duces Bawarie, vniuersis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod super omnibus questionibus et discordiis, que inter nos et nostros homines, capitaneos, iudices, procuratores, seruitores, cuiuscumque conditionis fuerint siue status, hactenus fuerunt, videlicet dampnis, incendiis, rapinis, depecuniationibus, proprietatibus, feudis, castris, debitis et captiuis precise compromisimus et de plano principatibus nostris dumtaxat exceptis[1]) in octo arbitros seu arbitratores uel

1) pullurarunt. Orig.
2) neustrum. Orig.
*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Nur ein Fragment von dem Sigel des Herzogs Heinrich hängt noch an.

1) Nach Heinrichs Ansicht sollte Ludwig nur Pfalzgraf seyn und heissen, er aber Herzog, daher auch die Nachricht: Hainricus Bawariam accepit, Ludwicus senior fit comes palat. Reni. Ann. Rud. bei Pertz XI, 793. Auch anderwärts wird Heinrich dux, Ludwig dagegen nur comes palat. R. genannt. Contin. Lamb. ebd. S. 560. Da sich jedoch beide Brüder desfalls nicht einigen konnten, nannte sich jeder dux Bawarie et comes palat. Reni.

etiam amicabiles compositores, et nos dux Lvdwicus pro nobis elegimus nobilem virum Ottonem de *Lapide*, Chunradum de *Erenuels*, Heinricum de *Preising* et Wichnandum de *Eirenspurch*, nos uero dux Heinricus elegimus pro nobis nobilem virum Vlricum de *Abensperch*, Ortlibum de *Walde*, Heinricum de *Mosdorf* et Ottonem de *Strubinga*, qui octo in manibus reuerendi patris domini Leonis *ratisponensis* episcopi promiserunt fide data, corporali etiam prestito iuramento, quod non exibunt ciuitatem ratisponensem, quousque arbitrati fuerint super omnibus questionibus, que ex sui natura discuti et terminari poterunt ista uice iusticia uel amore, ex quibus octo, si fortassis vnum uel plures abesse contigerit, alius uel alii in [loco] [1]) absentis uel absencium substituetur secundum consilium predictorum arbitrorum in eodem uinculo prestande fidei ac publici iuramenti. Si uero predicti octo [arbitri] ceperint discordare, prefatus dominus episcopus et nobilis uir burgrauius de *Nůrnberch* ex parte nostra vnanimi uoluntate tamquam communes arbi[tri] electi, quod predictas questiones inter nos et nostros homines et seruitores sine qualibet captione decidant et determinent per iusticiam uel amorem, quod et ipsi data fide similiter promiserunt prestito nichilominus iuramento, nisi tales fuerint, que ex sui natura ad discutiendum et terminandum necesse habeant recipere dilationem. Super quibus terminandis et discutiendis formam tempus et locum eligent, prout uiderint expedire. Nos quoque et nostri homines et seruitores, cuiuscumque fuerint condicionis, reconciliati sumus super omnibus questionibus et discordiis puro corde, corporali etiam per nos in manibus predicti domini L. ratisponensis episcopi prestito iuramento, quod ratum habebimus atque firmum, quicquid per predictos octo

1) Was durch [] eingeschlossen ist, wurde durch Conjektur ergänzt, indem an der einen Seite der Urkunde ein kleines Stück abgerissen ist.

viros seu dominum episcopum et burgrauium iam prefatos arbitratum fuerit siue sentenciatum secundum iusticiam uel amorem et per nostros faciemus inuiolabiliter obseruari. Quicumque uero nostrum contra ea, que dicta fuerint siue sentenciata, uenerit, quod absit, periurus reputabitur et infamis et nichilominus a questione cadet, contra quam uenerit, ipso facto, pace et composicione in suo robore nichilominus duraturis et forma arbitrii in aliis articulis procedente. Adiectum est etiam ad cautelam, quod si aliqua questio fuerit per iusticiam terminanda, predicti octo arbitri super hoc requisiti trahant nullatenus se in partem, sed statim respondeat quilibet in suam conscientiam, quod uiderit expedire. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillis videlicet prefati domini L. ratisponensis episcopi et nostris ac dicti nobilis viri F. burgrauii de Nůrnberch iussimus communiri. Datum Ratispone anno domini MCCLXXVI, XII kal. Junii.*)

122. Der Bischof Leo von Regensburg und der Burggraf von Nürnberg entscheiden schiedsrichterlich, dass der Streit zwischen den beiden Herzogen ihrer Fürstenthümer wegen bis Michahelis ruhen soll.

Regensburg am 29. Mai 1276.

Nos Leo miseracione diuina ratisponensis episcopus, Fridericus burgrauius de Nůrnberch vniuersis presentia inspecturis uolumus esse notum, quod nos tamquam arbitri seu arbitratores pro vna persona ab illustribus principibus L. et H. comitibus palatinis Reni, ducibus Bawarie, electi taliter ordinauimus et statuimus arbitrando, quod super questionibus causarum, quas habent

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Von den Sigeln hängen nur die stark beschädigten des Herzogs Heinrich und des Burggrafen an.

ad inuicem super principatibus suis, non mouebunt sibi mutuo aliquas questiones neque guerras bellicas uel hostiles incendiis et rapinis uel aliis modis abhinc usque ad festum beati Mychahelis proximo affuturum et abinde per biennium, nisi ambo voluntarie questiones huiusmodi terminare uoluerint iustitia uel amore. Elapso uero tempore supradicto quilibet eorum habebit liberam facultatem conueniendi alium super dictis principatibus per iustitiam uel amorem coram iudice, ubi conuentus tenebitur, de iure respondere. Nec tunc hostiliter se inuadent incendiis uel rapinis neque aliis modis hostilibus grauabunt se inuicem uel offendent, nisi alteruter ipsorum alteri deneget iustitiam uel amorem, et in hoc casu ille, cui iustitia uel compositio amicabilis fuerit denegata, sue discretioni ac consciencie relinquetur et ad obseruationem omnium predictorum ipsos principes astrinximus per iuramentum, quod super isto et aliis articulis prestiterunt. In cuius rei testimonium presentes literas sigillis nostris placuit communiri. Datum Ratispone anno domini MCCLXX sexto, IIII kalend. Junii.*)

123. Vergleich zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich.
Regensburg am 29. Mai 1276.

Nos Lvdwicus et Heinricus dei gratia comites palatini Rheni, duces Bawarie, ad perpetuam rei memoriam vniuersis presentibus et futuris pandimus infrascripta. Conditor humani generis a primeue sue creationis, formationis et institutionis ordine hominem rectum formauerat, sed ipse per casum suadente dyabolo diuersis defectibus et questionibus se inuoluit, innocentiam et rectitudinem diuinitus inspiratam in deuia commutando,

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Von den Sigeln hängt nur noch das ziemlich gut erhaltene des Burggrafen an.

quod in personis primorum fratrum Cayn et Abel euidentius legitur pullulasse et demum in personis succedentium recepisse flebile incrementum, et nisi angelus magni consilii sue summe pietatis clementia per caritatis tramites, quam in se ipso euidentissime ostendisse legitur, succurrisset humanum genus in infinitum periculosis dissensionibus se mutuo deformasset, quod euidentius colligitur in questionibus et dissensionibus, que inter nos iam diu ceperant germinare. Tandem vnigenito dei filio, a quo procedere non est dubium cuncta bona, mediante fraterne karitatis vnio est mediantibus salutaribus auxilio reformata, concordantibus nobis in personas mediatorum, arbitrorum seu arbitratorum et consiliariorum, videlicet dominum Leonem venerabilem *ratisponensem* episcopum, nobilem virum Fridericum burcgrauium de *Nv̊remberch* pro mediatoribus communibus deputatos, et ex parte nostra L. ducis in nobilem virum Ottonem de *Lapide* et fideles nostros Heinricum de *Preising*, Chunradum de *Erenuels*, Wichnandum de *Eirenspvrch*, ex parte vero nostra H. ducis in nobilem virum Vlricum de *Abensperch* et nostros fideles Ortlibum de *Wald*, Ottonem de *Strvbinga* et Heinricum de *Mosdorf* magistrum curie nostre, quibus etiam tradita est potestas a nobis liberaliter uoluntate vnanimi et consensu decidendi per iustitiam vel amorem omnes questiones, que inter nos, nostros seruitores et homines, quocumque nomine censeantur, vel cuiuscumque conditionis existant, hactenus emerserunt, hoc adiecto specialiter in huiusmodi compromisso, quod si predicti octo nostri consiliarii seu arbitri vel arbitratores non potuerint concordare in via iustitie vel amoris, predicti ratisponensis episcopus et bvrcgrauius tamquam vnus arbiter seu etiam arbitrator vtriusque nostrum questiones, que incumbunt, diffiniant iustitia vel amore. Qui demum cum predictis octo ad decisionem articulorum infrascriptorum inspirati diuinitus processerunt, prout in singulis articulis infra scriptis euidenter

declaratur, quos ratos habebimus sub iurataria cautione et penis super hoc inferius comprehensis. **1.** Primo videlicet quod dampna, rapine et incendia hinc inde inter nos et nostros [1]) seruitores et homines data compensentur et vterque nostrum suis seruitoribus satisfaciat de illatis, et si alteruter nostrum vel nostri dampnum aliquod incurrerint ex eo, quod lesis non fuerit satisfactum, ab alterutro nostrum, qui satisfacere debuit, dominus offendentis restituat alteri domino vel suis dampnum, quod occasione huiusmodi incurrerunt. Et si idem dominus dampni restitutionem vitare voluerit, procuret infra XIIII dies a tempore monitionis sibi facte continue computandos, dampnum restitui per capitaneos vel iudices, de quorum districtu dampnum est illatum, alioquin infra alios XIIII dies nos L. dux, si in nostro districtu factum fuerit, Monacum intrabimus, et nos H. dux, si in nostro, nos recipiemus obstagio apud Landshut, inde nullatenus exituri, quousque leso uel lesis fuerit satisfactum. **2.** Item quod captiui, quocumque nomine censeantur, infra XIIII dies ab octauis pentecostes de die in diem, hinc inde libere absoluantur sine qualibet captione, alioquin nos intrabimus obstagium in locis prescriptis, donec captiui fuerint liberati. **3.** Item quod fideiussores hinc inde etiam absoluantur, cautiones quecumque cessent, finaliter exceptis illis, que per principalem debitorem integraliter et finaliter sunt soluta, et exceptis expensis factis per fideiussores et obsides comedendo vel bibendo, que soluentur cum dampnis occasione talium prouenientibus per eos, quorum nomine facte sunt, vel qui eas personaliter fecerunt uel dampna etiam receperunt, et si impedimentum in fideiussoribus liberandis factum fuerit, nos faciemus, quod in proximo articulo continetur. **4.** Item quod quilibet liber homo siue ingenuus seruiat, cui velit, nisi alteri nostrum ra-

1) nos. Orig.

tione domicilii vel antiqui seruitii sit astrictus, et talis vel alius non recipietur ab altero nostrum sine alterius voluntate. **5.** Item quilibet ministerialis noster alteri nostrum seruiat, cuius est, nec alteruter nostrum alterum impediat in hac parte. **6.** Item quilibet ministerialis, siue sit imperii vel ecclesie alicuius, seruiat alteri nostrum, de cuius familia matrimonium contraxit, nisi velit imperio vel ecclesie sue obsequio adherere. Et idem de aliis seruitoribus est tenendum. Ministeriales vero, de quibus est dubium, cuius sint, seruiant alteri nostrum cui hactenus seruierunt vel etiam adheserunt, nisi ab eo per iustitiam euincantur. **7.** Item super capitalibus inimicitiis siue homicidiis nos fideliter cum effectu treugas faciemus abhinc vsque ad festum natiuitatis domini, et abinde per annum, et durantibus treugis eisdem consilium et auxilium apponemus summa diligentia, ut per matrimonia et aliis modis competentibus super talibus inimicitiis reconciliatio plena fiat et nos exnunc pleni reconciliati simus illis, qui homicidia commiserunt. **8.** Item quod ab octauis pentecostes per XIIII dies in futurum nullus teneat seruitorem, quin de dampnis, que ulterius intulerit, quibuscumque satisfaciat dampnum passo. Et si dampnum inferens post dampnum datum ad alium dominum se transtulerit, si scienter idem dominus eum receperit, soluat dampnum leso, et si idem dominus alleget ignorantiam, hanc manu tertia declarabit. Quod si fecerit dominus, a quo recessit, soluat dampnum. Si in purgatione defecerit idem dominus, ad quem talis se transtulit, soluat dampnum. Idem iudicium erit de iudicibus et capitaneis castrorum, opidorum, ciuitatum, villarum ac munitionum aliarum, quocumque nomine censeantur, ad quos tales se transtulerint, nisi dampnum passo per eosdem de malefactore iustitia plena fiat. Quod si ille, qui dampnum dedisse dicitur, dampnum negauerit se dedisse, innocentiam suam manu tertia declarabit, alioquin pro culpabili erit merito reputandus.

9. Item quod illi, qui ab alterutro nostrum, cui hactenus seruierunt et ad nostrum alterum migrauerunt, infra XIIII dies ab octauis pentecostes inclusiue computandos ad antiquum dominum reuertantur, nec deinceps taliter reuersus uel alius quicumque ad alterum nostrum se transferat, et super hoc neuter nostrum impedimentum ab altero patietur, et dominus antiquus in suam gratiam redeuntem recipiat liberaliter et sincere. Et hoc idem erit firmiter obseruandum in hominibus liberorum, ministerialium et aliorum nobilium, quorum seruitores vel proprii a suis dominis migrauerunt. Et ad hoc procurandum efficaciter et implendum vterque nostrum, cum ab inuicem requisiti fuerimus, tenebimur sub iuratoria caucione, et si fugitiui seruitorum nostrorum negligentes fuerint in hac parte, cooperabimur eisdem seruitoribus nostris consilio et auxilio, quousque iidem fugitiui quilibet ad suos dominos reuertantur, et ad huiusmodi auxilium per nostrum tenebimur similiter iuramentum. **10.** Item super questione, quam habemus ad inuicem super bonis *Brandenbergarii*, arbitrentur ex parte nostra L. ducis Heinricus de Preising, Wichnandus de Eirenspvrch, Chvnradus de Haslangen, ex parte vero nostra H. ducis Ortlibus de Wald, Grimoldus de Preising et Raumoldus, et si ipsos discordare contigerit, stabit diffinitio questionis in domino L. ratisponensi episcopo et nobili viro F. bvrcgravio de Nvrenberch tamquam in communibus arbitris, ab utroque nostrum ad hoc specialiter deputatis, et iidem arbitri non iurati hactenus iurabunt, infra festum beati Jacobi, questionem huiusmodi diffinire, et si aliquis illorum interesse non poterit, alius loco eiusdem subrogabitur per presentes coarbitros sub iuratoria cautione, et pendente questione bona eadem erunt in potestate domini L. ratisponensis episcopi et bvrcgrauii predictorum et alter nostrum non seruans huiusmodi ordinationem perdet ipsam causam et periurus erit nichilominus et infamis. **11.** Item strate in terra et aquis

current et patebunt sicut tempore patris nostri currere consueuerunt. Et si qua noua thelonea sunt imposita ab alterutro nostrum post mortem patris nostri, eadem sicut hactenus super discretionem et conscientiam nostram current, exceptis in *Saeligenstat* et in *Chelheim* theloneis, que cessabunt. Si vero dampnum aliquod transeuntibus in alterius nostrum dominio acciderit, is nostrum, in cuius districtu dampnum est illatum, soluet dampnum et suum ius contra malefactorem, prout expedire viderit, prosequatur, et alter alteri nostrum cooperabitur fideliter et efficaciter in hac parte. Et principaliter est adiectum, quod nullus alium inpignorabit pro se uel pro alio in strata publica, nisi probauerit manu tertia, quod coram iudice competenti antea mouerit questionem de eo, quem inpignorauit vel intendit inpignorare, et sibi fuerit denegata iusticia. Conpurgatores vero tales esse debent, quod presentes fuerint in iudicio, cum inpignorans de inpignorato mouit coram competenti iudice questionem, et talis expurgatio, cum quis pro se inpignorauit, fieri tantum debet, alias vero inpignoratio vel eiusdem expurgatio nulla fiet. **12.** Item de transitu salis per pontem in *Rosenheim* seruabuntur, que super bonis Brandenbergarii superius sunt statuta, hoc excepto quod transitus salis episcopi et burcgravii non committitur potestati. **13.** Item est statutum, quod si seruitores vel homines nostri, siue comites vel liberi vel alii, quocumque nomine censeantur, habeant ad inuicem questionem super proprietatibus, hereditatibus, feudis, debitis et super captiuitatibus, rapinis, incendiis siue dampnis illis tantum, que emerserint in futurum post conpositionem inter nos factam et arbitrium inchoatum, actor sequatur forum rei, et si vltra *Danubium* fuerit citra *nemus Boemorum* , erunt iudices Chunradus de *Pavlstorf* et Sifridus de *Sigenhoven*, citra Danubium Otto de Lapide et Vlricus de Abensperch fratres, circa terre meditullium Winhardus et Heinricus de Rorbach, circa

Enum, Otto de *Pairbrvnn* et Grimoldus de Preising, circa *montana* Heinricus de *Preising* et Or. de Wald, et actor vndecimus, qui vulgariter dicitur vͤberman, exceptis consanguineis, et propinquis affinibus de terra domini rei nominabit, et hii, qui inter eos non iurauerunt, et vndecimus scilicet vͤberman iuramentum prestabunt, quando fuerint requisiti, quod questiones, que agentur coram eis, fideliter sine qualibet captione terminabunt iustitia vel amore. Si vero vnus vel plures predictorum decem absens vel absentes fuerint vel non potuerint interesse, presens vel presentes alium vel alios iuratum vel iuratos per iuramentum suum in locum absentis vel absentium subrogabunt. Et talis forma iudicii ab instanti festo beati Johanis Baptiste ad biennium tantum durat. Si vero reus comparere noluerit vel iudicio restiterit, nos ad compellendum talem ad satisfactionem nobis mutuo cooperabimur, et reus nichilominus perdet causam. **14.** Item ad plene concordie vnionem specialiter et concorditer est statutum, quod si seruitorum nostrorum aliquis, quocumque nomine censeatur, contra nostrum alterum habuerit questionem, fiet iustitia per nos vel amicabilis compositio conquerenti secundum formam traditam a nobis octo arbitris et ratisponensi episcopo et bvrcgrauio supradictis et nos quandocumque a conquerentibus fuerimus requisiti, tenebimur, eis facere iustitiam vel amorem, prout superius est expressum, et si alter nostrum contravenerit, periurus erit et causam perdet, de qua agitur, ipso facto. Cautum est tamen specialiter de Brvkpergario et *Witelino*, quod iustitiam faciant vel amicabiliter componant super questionibus, quas habent ad inuicem, infra festum Johanis Baptiste proxime nunc venturum secundum formam super questionibus aliorum seruitorum superius comprehensam, alioquin negligens in hac parte vel rebellis causam perdet et nichilominus per nos ambos ad debitam obedientiam, pacem et concordiam compelletur. **15.** Item

quod nos et nostri seruitores, comites, liberi et ministeriales vel alii, quocumque nomine censeantur, castra vel munitiones non emamus vel erigamus in dominio vel districtu alterutrius nostrum sine alterius, cuius dominium vel districtus fuerit, voluntate, et ad hoc seruandum per nostrum tenebimur iuramentum. **16.** Item quod si castrum et turris erecta in *Sarach* [1]) per seniorem de *Walhen* sunt edificata in proprietate, feudo, aduocatia uel districtu *Aschawariorum*, [2]) sine contradictione qualibet destruatur, item castrum *Eschelbach* suis heredibus restituatur, et hec duo ab octauis pentecostes infra quatuordecim dies fiant. **17.** Item si seruitor alterius nostrum, quocumque nomine censeatur, uel seruitorum nostrorum seruitor propter maleficium se transferat ad alium, requisitus ab altero, a quo fugit, infra dies XIIII sine difficultate qualibet dimittatur. **18.** Item super impetitionem, quam nos L. dux habemus ad fratrem nostrum super redditibus septem librarum et tritico, que cesserunt nobis in partem in diuisione hereditatis, que cesserat matri nostre, *Pfaffenhouen* et *Inchoven* et ipsorum attinentiis, est statutum, vt si extat priuilegium, hoc seruetur, alioquin si prepositi de *Oetingen* et de *Ilmvnster*, et Winhardus et Heinricus de *Rorbach* iurati dixerint, quod frater noster adhuc teneatur nobis in dictis redditibus septem librarum et tritico, stetur dicto eorum in hac parte. Si vero discordauerint vel memores non fuerint, stabitur ordinationi ratisponensis episcopi et bvrcgravii de Nvrenberch. **19.** Item si super *Evenhvsen* [3]) priuilegium est confectum, stabitur ipsius tenori, si vero priuilegium non habetur, stabitur dicto testium, si ab alterutro nostrum haberi poterunt, si autem neuter habetur, huiusmodi questio, sicut superior

1) Sachrang im Ldg. Prien.
2) Die Edlen von Aschau im Ldg. Prien.
3) Evenhausen im Ldg. Wasserburg.

debet per ratisponensem episcopum et bvrcgravium expediri. **20.** Item super strata et conductu de *Ratispona* versus *Chambiam* forma seruabitur superius iam expressa, hoc adiecto, quod si privilegium vel testes non habentur, omnes octo arbitri et ratisponensis episcopus et bvrcgravius nominati, vel qui in eorum locum fuerint subrogati, inponent finem huiusmodi questioni per iustitiam vel amorem. **21.** Item super *Nôrdeling* et expensis hinc inde ratione eiusdem opidi factis, nos H. dux mouebimus fratri nostro, cum voluerimus, questionem, et post unum mensem a tempore monitionis computandum sustinebit idem frater noster, quicquid dictauerint sepedicti octo arbitri et ratisponensis episcopus et bvrcgravius, vel qui in locum substituti fuerint eorundem, nisi legitimo impedimento fuerit impeditus, et ad hoc idem nos H. tenebimur observandum. **22.** Item de vndecim karratis vini latini et caseis, que cesserant matri nostre, stabitur dicto sententie predictorum octo arbitrorum et ratisponensis episcopi et bvrcgravii, si super diffinitionem eiusdem questionis testes vel privilegia non habentur. **23.** Item super advocatia monasterii in *Scheiren* stabitur priuilegio, si habetur vel dictis testium, et si neuter habetur, in potestate nostra, L. ducis, qui hactenus in possessione fuimus, remanebit. **24.** Item super privilegio dato nobis H. duci in *Augusta* per dominum Rudolphum, regem Romanorum et principes, qui aderant, super electionem, de qua contentio fuit inter nos H. et dominum regem Boemie, profitemur, quod nos H. dux non renuntiamus repetitioni et restitutioni eiusdem privilegii, et quod nos L. dux non consensimus huiusmodi privilegio, nec de nostra processit voluntate, quod idem privilegium procederet, et super hoc fratri nostro, cum ab eo requisiti fuerimus, faciemus iustitiam vel amorem. **25.** Item ad conservandam vniuersaliter pacem terre nullus balistas ducet vel arcus, nisi in comitiua nostra fuerit, vel alicuius comitis, vel liberi vel ministerialis honesti, capitanei

vel iudicis, et ad observationem statuti huiusmodi nos ambo tenebimur sub prestito iuramento, et si quis preter formam superius iam expressam, balistam duxerit, tamquam maleficus et pacis violator a nobis vel nostris capitaneis et iudicibus, in quorum districtu balistam ducens vel arcum comprehensus fuerit, puniatur. **26.** Item generaliter et finaliter comprehenditur, quod cessabunt omnes questiones, que inter nos hactenus mouebantur, salvis articulis expeditis secundum formam in presentibus litteris comprehensam, et priuilegiis, ad que remittit specialiter presens scriptum, quod etiam a nobis per omnia sua capitula erit inuiolabiliter obseruandum sub penis adiectis et per nos prestitis iuramentis. In cuius rei testimonium atque robur presentes litteras conscribi et sigillorum reuerendi patris domini Leonis ratisponensis episcopi, nostrorum et Friderici bvrcgravii de Nvrenberch munimine fecimus roborari. Actum et datum Ratispone anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, quarto kalend. Jvnii.*)

124. Heinrich, der Schenk von Hofstetten, erkauft von dem Herzog Ludwig die Veste Geyern zu Lehen.

Eistet am 6. September 1276.

Ego Hainrichus pincerna de *Hofsteten*[1]) notum facio presentibus et futuris, quod illustri domino meo *Lvdwico* palatino comiti Reni, duci Bawarie trecentas et quinquaginta libras hallensium persolui integre et conplete pro eo, quod mihi castrum suum *Gyren*[2]) cum omnibus

*) Die Sigel hängen mit Ausnahme jenes des Herzogs Ludwig an, sind jedoch stark beschädiget.

Abdrücke: Fischer Erbfolgg. S. 252, in deutscher Uebersetzung.

1) Hofstetten, nicht ferne von Eichstett.

2) Geiern im Ldg. Greding.

attinentiis suis, quesitis et inquirendis, que hactenus cum ipso castro in potestate sua tenuit vel que alii detinent occupata, que tamen ipsum ex iure respicere dinoscuntur, et que sibi retrahere promisi, titulo contulit feodali. Ipse vero dominus meus dux sibi et heredibus suis in collatione predicta potestatem plenariam reseruauit, quod predictum castrum cum attinentiis suis reemere potuerunt, quandocunque ipsorum placuit uoluntati, que etiam ipsis debeo et teneor reuendere sine cuiuslibet dilationis et contradiccionis obstaculo exclusis dolo et captione qualibet pro pecunia supradicta. Ad hoc, ut certior et securior de defensione et gratia domini mei existam, ad hoc per fidei vinculum me astrinxi, quod eidem domino meo vel pueris suis, si ipsum; quod absit, decedere contingerit, omni tempore fideliter seruiam et assistam consilio, auxilio et fauore tamquam ipsorum castellanus, miles et alius seruitor in omnibus specialis, ad obseruantiam siquidem premissi contractus certitudinem, memoriam et cautelam presentes dedi sigillis domini mei, nobilis viri Gebhardi comitis de Hirzperch et meo robore communitas.

Nosque Gebhardus dei gratia comes de Hirzberch protestamur, premissum contractum fore habitum de nostro consensu et scitu,[1]) de hoc testimonium presentibus perhibentes. Actum et scriptum Eistet anno domini millesimo CCLXXVI, VIII idus Septembris.

1) Die Einwilligung des Grafen von Hirschberg war erforderlich, weil die von Hofstetten Dienstleute des gräflichen Hauses waren.

125. Letztwillige Verfügung des Herzogs Ludwig zu Gunsten des Kloster Fürstenfeld, und aller derer, welche er geschädiget hat.

Passau am 25. September 1276.

Lodwicus dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie. Quoniam dies hominis breves sunt, expedit, vt quilibet saluti sue taliter prouideat et quieti, vt, cum ad eius vocationem, qui auffert spiritum principum, et cuius potentie resistere nemo potest, vocatus fuerit, sic paratus existat, quod ascribi mereatur numero electorum. Quapropter pia ducti consideratione protestando publice profitemur et notum facimus vniversis presentia inspecturis, quod ecclesie in *Furstenuelt* frisingensis diocesis ordinis cisterciensis, quam ob reuerentiam dei et gloriosissime virginis Marie, matris eius, fvndauimus, et vbi sepulturam elegimus et eligimus, in remedium nostrorum peccaminum, omnia bona nostra, que nobis in villa *Hettinshausen* [1]) conpetunt vel conpetere dinoscvntur, cum omnibus attinentiis eorundem, necnon et homines eisdem bonis et possessionibus attinentes titulo proprietatis, libere donavimus et tradidimus possidenda perpetuo pleno iure, quandocumque nos decedere contingerit ex hac vita. Statuimus etiam, si in presenti expeditione, quam pro recuperandis sacri imperii iuribus facimus [2]), quod absit, decedere nos contingat, vt omnes prouentus theloneorum nostrorum in *Wazzerburch* et *Monaco*, quamprimum a Friderico *Pollice*, Chonrado *Romano*, ciuibus ratisponensibus, et Alberto *Pirsario*, qui ea hoc tempore detinent occupata, vacaverint, saluis feodis, de ipsis theloneis infeodatis, per viros discretos, de quorum fide ac discretione plenam fiduciam obtinemus, videlicet de *Tegernse*, *Ebersberch* et *Püren* abbates iam presidentes, ministrvm fratrum minorum per Allemaniam, gwardianos . .

1) Hettenshausen, Ldg. Pfaffenhofen.

2) Nämlich mit dem Könige Rudolf nach Oesterreich gegen den König Ottokar.

de Ratispona et Monaco, fratrem *Castinum* ac alios, quos iidem de nostris familiaribus duxerint assumendos, per quatuor annos continuos colligantur et inter ecclesias terre nostre et alios, quos lesimus, secundum suas conscientias et discretionem, ipsis a deo datam, in recompensam dampnorum, per nos illatorum, diuidantur, prout nostre saluti viderint expedire. Statuimus etiam firmiter ordinantes, vt pueri nostri sev alii heredes castra, videlicet *Mura*, *Donersberch*, *Triugesheim* 1) et *Giern* aput illos, quos respiciebant, rectificent et in toto absoluant ab eisdem, alioquin restituant hiis, quos respicere noscebantur, resumptis et repetitis omnibus, que ad dictorum castrorum conquisitionem dinoscimur inpendisse, et generaliter de omni actione, que mouebatur contra ipsos, vniversis conquerentibus, amoris et iusticie plenitudinem, sine dolo et captione qualibet exhibebunt. Demvm protestamur, quod omnia noua et iniusta thelonea, que ab imperio non tenemus, exnunc inantea pure et simpliciter remittimus, et ne ab aliquibus nostris heredibus tollantur vel recipiantur in posterum, in nostre ac salutis eorum preiudicium firmiter inhibemus. Ad huius itaque rei memoriam et obseruationem omnium predictorum presens scriptum conscribi fecimus et nostri sigilli robore commvniri. Datum Patavie anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, septimo kalendas octobris*).

126. Herzog Ludwig taidingt zwischen dem Kloster Obermünster zu Regensburg und Winhart von Rorbach.

Regensburg am 25. November 1277.

Nos Lodwicus dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie, tenore presentium notum fieri cupimus

1) Druisheim (?) im Ldg. Wertingen.
*) Nach dem Original im k. Hausarchive.
Abdruck: Bibl. Hist. Gött. p. 202.

uniuersis scripta presentia inspecturis, quod, cum essemus electi tamquam mediator, arbiter seu etiam arbitrator a venerabili abbatissa et conuentu *superioris monasterii* Ratispone ex una parte et dilecto fidele nostro Winhardo de *Rorbach* ex altera super questione, que inter ipsos uertebatur ex eo, quod serenissimus dominus noster *Rvdolfus* Romanorum rex, semper augustus, ipsi Winhardo contulerat a predicta ecclesia recipiendas annis singulis decem libras ratisponensium denariorum, qui Sadphenninge wlgariter dicebantur, nos cognitis meritis et cause et partium per bonos et ydoneos testes fidedignos instructi fuimus, quod dominus *Fridericus* diuus Romanorum imperator recolende memorie, ecclesie superioris monasterii ex speciali gratia predictas decem libras ratisponenses olim aput Hagenoyam relaxauerat liberaliter et precise sic, quod ad solutionem earundem decem librarum de cetero nullatenus teneretur [1]), predictam quoque ecclesiam inuenimus per sexaginta annos et vltra in eadem libertate pacifice resedisse et quiete. Et ideo predictam questionem taliter diffinientes dicto Winhardo super eadem questione silentium inposuimus sempiternum, ecclesiam superioris monasterii antedictam super uexatione huiusmodi reddentes liberam et solutam. In cuius rei memoriam sempiternam ecclesie superioris monasterii Ratispone sigillo nostro et prefati Winhardi de Rorbach scripta presentia tradidimus communita. Actum et datum [Ratisp]one [2]) anno domini MCCLXX septimo, in die beate Katharine virginis*).

1) tenerentur. Orig.
2) Die Urkunde ist hier durchlöchert.
*) Es hängt nur das Siegel Winhards von Rorbach an.

127. Vergleich der Herzoge Ludwig und Heinrich über mehrere Streitpunkte.

Regensburg am 17. April 1278.

Nos Heinricus dei gratia palatinus comes Reni, dux Bawarie tenore presentium notum facimus vniuersis, quod cum inter nos et Ludwicum karissimum fratrem nostrum super diuersis articulis questio moueretur, de consilio dileti consanguinei nostri F. comitis de *Trůhending* ac consulum nostrorum sic extitit diffinitum, quod nevter nostrum in terminis siue [terris] alterius castra siue munitiones aliquas eriget neque castra seu bona aliqua comparabit nec etiam [homines alterius][1]) in suam recipiet potestatem, sicut in priuilegiis a nobis prius datis lucidius est expressum... ad festum beati Georii proxime venturum et abinde per annum alternatim fide data pro[mittimus] re. Vterque siquidem nostrum cum bonis et hominibus, sicut hodierna die diffinitionis [usque ad terminum supra] dictum sine quolibet impedimento alterius permanebit. Medio etiam tempore viuemus [simul concorditer et frater]ne. Statuimus insuper pari consensu super vniuersis inpetitionibus, quas homines predicti fratris nostri [contra nos], fasallos, ministeriales ac homines nostros in presenti habeant uel infra predictum terminum proponere habuerint, [quas autem e con]uerso nostri homines contra ipsum fratrem nostrum fasallos, ministeriales ac homines suos habeant uel habuerint [ex] altera parte *Danubii* usque ad *nemus Boemorum* iudices infra scriptos, videlicet ex parte karissimi fratris nostri Chunradum de *Pavlstorf*, Ditricum de *Hœhssenakker* et Chunradum de *Parsperch*, ex parte vero nostra Sifridum de *Sigenhofen*, Hiltprandum de *P[ǔch]perch* et iudicem de *Ahbach*, item inter *Danubium* et *Iseram* de parte karissimi fratris nostri Winhardum de *Ro[rbach]*, Arnoldum de *Mœssenhausen* et Albertum *Schilbatz*, de parte

1) Die Urkunde ist an einigen Stellen durch Feuchtigkeit unleserlich geworden.

autem nostra Heinricum de *Rorbach*, Vlricum dapiferum de *Ekkenmůl* et Chunradum comitem seniorem de *Mosburga*, item inter *Yseram* et *montana* ex parte fratris nostri Alberonem de *Průkperch*, Heinricum de *Prising* et Ottonem de *Pœirbrvnne* ex parte vero nostra Ortlibum de *Walde*, Ottonem de *Frawenberch* et *Wolflinum* vicedominum, qui omnes assumpto predicto comite de Trůhending omnes causas siue questiones, sicut de hominibus, seruitoribus ac aliis hominibus nostris peractum est, sincere ac fideliter iudicabunt. Quod si predicti iudices in terminis constituti in aliqua parte discordauerint, sentencie et iudicio Friderici comitis predicti, cuicumque parti predictorum iudicum astiterit, reliqua pars tenebitur obedire. Predicti etiam iudices plenariam habebunt potestatem, si reus actori de illatis et propositis contra ipsum reum iusticiam negauerit uel iudicium subterfugerit, de bonis nostris propriis, moniti infra quatuordecim dies actori tantum, quantum pro culpa siue emenda sibi cesserit, assignandi. Si autem reus iudicio comparuerit et iusticiam exhibuerit, vterque nostrum in nullo pro eodem reo erit amplius obligatus. Item si aliquis de fasallis sev ministerialibus nostris aut hominibus nostris cuiuscumque condicionis iusticiam coram predictis iudicibus statutis querelantibus exhibere negauerit, eundem pari consilio et auxilio ad exhibendam iusticiam tenebimur coartare, et eundem neuter nostrum, si iusticiam negauerit, sine voluntate alterius, quamdiu vixerimus, in suam recipiet potestatem. Item si reus ad exhibendam iusticiam coram predictorum iudicum iudicio propter inimicicias comparere non poterit, predicti iudices potestatem habebunt, eundem uel eosdem ad iudicium conducendi. Item quicumque alium per rapinam offenderit, mettertius comparum suorum fide dignorum [damp]num [1]) id ipsum probare et etiam refundere

1) Ist zweifelhaft.

tenetur sine dampno, quod zwigult wlgariter nuncupatur. [Item si quis] predictorum iudicum decesserit ex hac vita uel inpeditus legittimis negotiis iudicio prefato interesse non poterit, alium uel alios tenebimur subrogare. Ad obseruantiam itaque omnium predictorum presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum et actum Ratispone anno domini MCCLXXVIII quinto decimo kalendas maii [1]) *)

128. Die Herzoge Ludwig und Heinrich kommen mit einander überein wegen ihrer Erbfürstenthümer innerhalb 22 Jahren keinen Streit mehr anzufangen.

Vilshofen am 23. Oktober 1278.

Nos Lvdwicus et Heinricus dei gratia comites palatini Reni, duces Bawarie, omnibus notum facimus presentia inspecturis, quod cum controuersia habita super hereditariis principatibus nostris iam div nobis dissensionis materia extitisset, ad id propter bonum pacis et in id conuenimus pari voto corporalibus super hoc prestitis iuramentis, ut omnis actio seu impetitio principatus nostros contingens saluo in omnibus iure partium per viginti et duos annos continue numerandos sopita remaneat

1) Weder die Jahr- noch die Tageszahl ist mit Sicherheit zu lesen. Die Urkunde ist übrigens unter dem J. 1278 in den Archiv-Rep. eingetragen, auch ist dieses von alter Hand (XV Jhh.) auf dem Rücken notirt. Statt quinto decimo könnte auch quarto decimo gelesen werden.

*) Nach dem Original im k. Hausarchive.

Es hängt nur das ziemlich gut erhaltene Rautensigel des Herzogs Heinrichs an. Uebrigens ist an der Urkunde keine Spur zu entdecken, dass jenes des Herzogs Ludwig je angelegt wurde.

Abdruck: Fischers Erbf.-Gesch. S. 268.

et quieta ita, quod neutri partium vel heredibus utriusque ex lapsu dictorum annorum in possessione vel prescriptione preiudicium aliquod generetur, sed decurso prefato tempore ius suum vnicuique nostrum a nostris heredibus illibatum remaneat et illesum. Tempore prefato deducto ex medio vterque iuribus pro se facientibus gaudeat inconuulse, nec aliquis tenetur, spatio medii temporis ad suscitandam actionem aliquam de predictis auxilium iuris ciuilis aut canonici inuocare. Sane ut contracta vnio firma consistat et sicut nos sic etiam heredes nostri relegato omni rancore ex dicta discordia prouenire valente in pacis pulchritudine conquiescant. Heredes vtriusque nostrum maiores annis similiter iurauerunt, se contra predictam compositionem et fraternam vnionem nullo modo venturos, immo seruaturos fideliter pro decursu temporis memorati, pro heredibus vero nostris in annis minoribus constitutis tam nos quam heredes nostri maiores annis promisimus et spopondimus, quod ipsi ratificabunt compositionem prefatam, immo fraternam vnionem per nos initam, cum ad annos peruenerint pubertatis. Et quamquam neuter alteri infra predictorum viginti duorum annorum spacium vel heredes nostri sibi inuicem mouere debeant aliquam actionem de principatibus ante dictis, possumus tamen, quandocumque placuerit et utraque pars expedire viderit, de bona voluntate et voluntario consensu causam prefatam in totum amicabiliter terminare. Vt etiam in presenti facto omnis amputetur calumpniandi materia, decreuimus mutuo expedire, quatenus presentis vnionis contractus et forma ad maiorem rei geste firmitatem et memoriam nostrorum et serenissimi domini nostri *Rudolfi* Romanorum regis et semper augusti, nec non reuerendorum patrum et dominorum nostrorum videlicet domini *salzpurgensis* archyepiscopi, *babenbergensis*, *frisingensis*, *ratisponensis*, *patauiensis*, *aistetensis*, *augustensis* et *brixinensis* episcoporum sigillorum mvnimine muniretur. Datum et

actum in Vilshouen anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, decimo kalendas Nouembris*).

129. Ludwig gestattet die Vererbung der Lehen Albrechts von Hals auf dessen Töchter.

Regensburg am 6. Juli 1279.

Nos Lodwicus dei gratia comes palatinus, dux Bawarie tenore presentium profitemur et notum facimus vniuersis hanc litteram inspecturis, quod ad instantiam viri nobilis, dilecti fidelis nostri Alberti de *Hals* de nostra speciali gratia indulsimus et concedimus, vt Diethalmus de *Prukperch*, vxor sua, filia ipsius Alberti, necnon alie filie, si quas ex thoro legittimo habuerit, si eundem sine fevdorum heredibus decedere contigerit, eidem in fevdis vniuersis legittime succedant, que a nobis feodaliter dinoscitur possidere, reseruata tamen sibi Alberto plenaria potestate, si aliud deliberauit, cum predictis fevdis, quamdiu superstes fuerit, ordinare. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes conscribi iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum in Ratispona anno domini MCC septuagesimo nono, pridie nonas Julii.

130. Die vom Herzog Heinrich der Stadt Landshut ertheilten und bestätigten Rechte.

(Landshut) am 17. August 1279.

Heinricus dei gratia omnibus presentia inspecturis in perpetuum. Cum ex iure scripto ac consuetudine

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Von den Sigeln hängen nur die stark beschädigten des Herzogs Heinrich und des Erzbischofs an, es sind aber auch nur Einschnitte für acht Sigel an der Urkunde bemerkbar.
Abdruck: Fischer Erbfolg. Gesch. II, 265.

approbata domicilia principum[1]) emunitatibus et libertatibus maioribus et pluribus, quam communia opida, gaudere sit consentaneum. Si videlicet propter excellenciam manentis mansio debeat honestari, hinc est, quod cum progenitores nostri, pater et auus, suum precipuum in *Lantshut* habuerint domicilium, et nos ibidem enutriti simus ac cum eis viam vniuerse carnis ingredientes, inibi requiescere cogitemus. Ecce iura, emunitates ac libertates a progenitoribus nostris dicte civitati concessas approbamus, ratificamus et innouamus ac presentis scripti testimonio roboramus. **1.** Primo et principaliter, quod nullus personas quascumque ciuitatis lantshutensis vel res earum uehendas ad predictam ciuitatem, etiam si procinctu solummodo fuerint, vel a villa prefata ciues aut res eorum exeuntes detinere presumat, vel eos ciues in se uel in suis rebus mobilibus uel inmobilibus, nisi primo a iudice ciuitatis[2]) requisita licentia pignore vel aliis molestiis molestare, sed aditus et recessus dicte ciuitatis libertate gaudeat pacifica et quieta. **2.** Item quod apparitor seu preco ciuitatis potest auctoritatem suam dare, cuicumque placuerit, pro debitis ciuium, ut eisdem det pingnora et exerceat alia in omni iurisdictione et dominio nostro pro rebus civium rehabendis. In quibus duobus predictis casibus qui contravenerit,

1) Landshut ist hier als Residenz bezeichnet durch einen Ausdruck, welcher dem römischen Rechte entnommen ist, wie denn überhaupt keine Urkunde aus dieser Zeit bekannt ist, welche so viele klare Hinweisungen auf das röm. Recht enthält, wesshalb sie auch höchst interessant ist. Uebrigens ist nicht glaublich, dass jetzt erst das römische Recht in Bayern eingedrungen, sondern theilweise schon längst recipirt ward und Anwendung gefunden hat, da ausserdem der Herzog wohl schwerlich derlei Bestimmungen aufgenommen haben würde. S. Gaupp deutsche Stadtrechte II, 148 flg.

2) Zur Competenz des Richters der Stadt, welcher ohne Zweifel vom Herzog ernannt wurde, gehörte Alles mit Ausnahme der Verbrechen, die an den Tod gehen.

ad ciuitatem satisfacturus venire debet, quod si non fecerit, cum persona et rebus persecutioni nostre subiacebit, dum ad ciuitatis beniuolentiam reuertetur. **3.** Item quicumque seruilis conditionis cuiuscumque, ad quemcumque nobilem vel ignobilem vel quamcumque ecclesiam seruitutis titulo pertineat, nullas uiolentias patietur nec prestationibus realibus uel personalibus subiaceat, nisi secundum quod a ciuibus rectoribus ciuitatis [1]) fuerit amore uel iustitia preuia diffinitum. **4.** Item quicumque ciuis lantshutensis in quocumque iudicio extra ciuitatem maleficium aliquod perpetrauerit, nisi iure et eodem loco detentus fuerit per iudicem talem, necessarie habebit iudex talis vel quilibet conquirens coram iudice lantshutensi iustitiam postulare. **5.** Item quod si ueniens et recedens a ciuitate predicta a quocumque in suis mercibus turbatus fuerit, illud iudex ciuitatis per duorum miliariorum distantiam iudicabit, cum recessus et aditus ciuitatis pro tanto spatio liber esse debeat et securus. **6.** Item iudex ciuitatis prefate omnia, scilicet contractus et maleficia iudicabit extra ea, que inferunt causam mortis. Judex etiam nullum scilicet [2]) ciuem detinebit, qui mansionem propriam habet, nisi penam meruerit capitalem, si mansio valeat penam pro maleficio debitam et condignam. Quod quando sit uel non, sicut et alia per rectores ciuitatis ciues scilicet volumus diffiniri. In pena iuditiali si indiscrete restiterit ciuis, vel si iudex in [3]) actione nimis grauis exstiterit, hec non alterius, nisi arbitrio et consilio rectorum ciuitatis duodecim subiacebunt. **7.** Item si ciuis debitorem in ciuitate inuenerit et bona, que induxit,

1) Die rectores c. sind, wie es scheint, die Rathsherren und die Schöffen des Richters.

2) Im Orig. steht nur h.

3) Eine jüngere Hand durchstrich „in", und setzte darüber „ex", demnach: exactione.

per apparitorem, id est preconem preceperit, hoc est detineri usque ad exhibitionem iustitie postulauerit, iudex non habebit sic detento dare licentiam contra uoluntatem talis ciuis exeundi uel res extraducendi. Si fecerit iudex, erit pro tali debito obligatus. **8.** Item nulla erit domus totius ciuitatis, quin res inuecte uel illate per apparitorem, id est preconem valeant interdici. In quo statuto, sicut in ceteris, emunitati dotis nullum volumus preiuditium generari, sed libertatibus insignita remaneat a sanctis patribus institutis. **9.** Item apparitor seu preco ad petitionem ciuis non requisita licentia uel uoluntate iudicis interdicet pingnora, et euocandos ad iudicium euocabit. **10.** Item pro wlnere graui stillante sanguinem et iniuria legis Cornelie, que dicitur haimsuchvng pena est iudicis III librarum cum dimidia libra, lesio vero III librarum. **11.** Item pro uerbis maledicis, que uocantur verba interdicta, vel qui in iuramentum alterius prorupit, pena V librarum, pena offensi II lib., sed III iudicis. Si indiscrete agerint iudex uel offensus in qualitate cause, ad arbitrium duodecim ciuium reducetur. **12.** Item pro colaphis, alapis et quibusdam wlneribus sine sanguine XX solidorum pena erit. **13.** Item mortem pro morte et perpetuam lesionem, que dicitur lem pro perpetua lesione, quam iudex tantummodo iudicabit. **14.** Item si ciuis interdictum ciuitatis vel mimum vel meretricem publicam ex causa leserit, quoad iuditium ciuitatis remanet inpunitus, non sunt enim iure legali tales legum laqueis innodari.[1]) **15.** Item venditiones odiose, vehementes, inconsulte, puta, si dicat, se dare quis sua bona pro alterius bonis inconsulte, ex consuetudine municipii reprobantur. **16.** Item nullus obligatam tenebit personam liberam,[2]) nisi quantum se-

1) Ohne Zweifel Schreibfehler statt innodati.

2) Liberam ist von einer anderen Hand in „aliquam" abgeändert.

cum habuerit tunc in bonis, ita, quod si bonis cesserit, personam nullo modo occupet captiuatam. Quod si fecerit, iudex a faciente habebit emendam, et nichilominus detentum dimittet liberum et securum. **17.** Item nullus fideiubebit filio uel seruo ciuis, nisi quantum secum in parata pecunia habuerit uel extra cingulum tenuerit in uestitu, hoc adiecto, quod contra filium ciuis omnis actio, secundum quod legalis Macedoniani tradit sanctio, in posterum euanescit ita, quod, si postea vtpote pater familias dominus rerum fuerit, soluere talia non cogetur. **18.** Item omnes ludi cauillosi havfeln, riemstechen et taxillorum falsitas presentibus inhibentur et contrahentes sic reddere conpelluntur. **19.** Item omnes anticipationes, venditiones, iuri diuino contrarie, quod wlgo furschaffen dicitur, inhibentur, puta, ut annona tantum ematur pro domo necessaria, uel que putatur necessaria, puta, si edificare disponat, vel aliud simile uel pro transuehendo, scilicet ut uendatur pro [1]) pecunia iterato. **20.** Aduena alterius loci vinum franconicum leuiori foro vrnam ad decem [2]) vendet denarios et vrnam latini ad viginti, ut in hoc ciuis, quam advene melior conditio habeatur. **21.** Item cum nichil ita hominibus debeatur, quam vt supremus eorum voluntatis liber sit stilus, testamenta sev vltimas uoluntates, quoad factionem decernimus suum habere vigorem, et secundum loci consuetudinem probationes posse fieri super illis, etiam si sine liberis fuerit ciuis talis. **22.** Item si ciuis ad potum sedens irrequisito propinatore exiuerit, uel exire uoluerit, non inpedietur, si bene soluendo fuerit ad contractum debitum, et sine pena id est wandel erit, si denarios sequenti die ante meridiem obtulerit propinanti. Hec iura municipalia et alias rationabiles consuetudines hucusque obtentas irreuocabiliter presentibus approbamus. Datum

1) pro ist späterer Zusatz.

2) Im Orig. steht vor „decem" noch: X.

anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, in octaua beati Laurentii.*)

131. Herzog Ludwig vertauscht an den Bischof Heinrich von Regensburg das Patronatsrecht zu Lienberg gegen jenes zu Schermbach.

Regensburg am 21. August 1279.

Nos Ludwicus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie, recognoscimus et presentibus litteris confitemur, quod nos in contractu emptionis, quem cum reuerendo in Christo patre et domino Heinrico *ratisponensi* episcopo fecimus super castro *Rotenekk* et attinentiis eiusdem, ius patronatus ecclesie in *Liemberch* 1) et aduocatiam eiusdem cum iure patronatus ecclesie in *Schermbach* 2) et aduocatia ibidem permutauimus cum eodem maturo consilio precedente, recognoscentes supradicto domino episcopo et ecclesie ratisponensi in ipsa ecclesia Liemberch et eadem aduocatia ius plenum et integrum, sicut et ipse nobis in ecclesia Schermbach et aduocatia ibidem de consensu sui capituli ius plenarium recognouit, prout superius est expressum. Confitemur insuper et sollempniter publicamus, quod nos ad instantiam suam sibi et ecclesie ratisponensi homines nostros in *Hohenburch* noricensi, videlicet Albertum de *Æmberch*, Mæhthildim vxorem suam, Rupertum Schrain dictum, Vlricum dictum Chnoblovch, Fridericum dictum Schŏrpel, Hein-

*) Nach dem Orig. im Archive der Stadt Landshut.

Das Sigel fehlt. Die gelben Seidenfäden, an welchen es befestigt war, hängen noch an.

Abdrücke: Krenner Anleit. zu den bai. Landtag. S. 107; Staudenraus Chr. von Landshut I, 24 (in deutscher Uebersetzung); Gengler deut. Stadtr. S. 233; Gaupp a. a. O. S. 151.

1) Leonberg, Pfarrdorf im Ldg. Burglengenfeld.

2) Sehr zweifelhaft, ob Schirmbach im Ldg. Rottenburg.

ricum dictum Chlůkchel cum duabus sororibus suis, Heinricum Pezel et matrem suam, quos proprietatis titulo possedimus ab antiquo, dedimus et donauimus proprietatis iure possidendos libere et precise cum omni iure, quod nobis in eisdem competebat vel competere uidebatur, quam liberalitatem idem episcopus per infeodationem hominum habitantium in *Aigelspach* [1]) et ibidem in circuitu residentium, quos *Hugo inter latinos* sibi libere resignauit, nobis reconpensauit sub conditionibus infra scriptis, vt, si eosdem homines per quoscumque a nobis vel eodem episcopo iure contingat euinci, vel si nobis remaneant, et eos debilioris status vel conditionis constiterit esse, quam nostros, in quibus sibi et ecclesie sue fuimus liberales, extunc pro arbitrio fidelium nostrorum Chunradum de *Ernvels* et Wichnandum de *Eyringsburch* nobis erit reconpensatio facienda. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus, sigilli nostri robore communitas. Datum Ratispone anno domini MCC septuagesimo nono, XII kalendas Septembris.*)

132. Bischof Heinrich von Regensburg vermittelt zwischen den Herzogen Heinrich und Ludwig einen Waffenstillstand.

Regensburg am 10. Februar 1280

Nos Heinricus dei gracia ratisponensis ecclesie episcopus vniuersis presencia inspecturis volumus esse notum, quod illustres principes domini Lodwicus et Heinricus comites palatini Reni, duces Bawarie anno domini MCC octagesimo feria sexta in vigilia Scolastice virginis aput fratres minores *Ratispone* pro bono pacis et concordie promiserunt liberaliter ad manus nostras, quod

1) Aigelsbach im Ldg. Abensberg.
*) Das stark verletzte Reitersigel hängt an.
Abdrücke: Hund metr. I, 237; Tolner hist. pal. S. 72; Ried cod. nr. 589.

aput eos et nos instar et vicem obtinet sacramenti seruare fideliter et habere gratum et ratum usque ad diem inferius annotatam, modum et ordinem, quem posuerimus et fecerimus inter eos et pro hominibus seu aliis quibuscumque seruitoribus eorundem. **1.** Decernimus igitur et ordinamus, ut dicti domini duces usque ad diem apostolorum Philippi et Jacobi nunc venturum inclusiue sint et permaneant ac stent eo modo et in eo statu, hoc est uulgariter in dem satze, quod neutri eorum uel per suos uel per se ipsos in ciuitatibus, castris, oppidis, munitionibus, villis, incendiis, rapinis, hominibus et rebus aliis iniuria, dampnum uel violencia irrogetur, ita tamen quod salua sint et maneant utriusque partis iura, priuilegia et instrumenta, que super pace et treugis ac aliis pactionibus inter eos antea precesserunt. **2.** Ad hec statuimus, ut si medio tempore, quod absit, domino duci Lodwico uel suis hominibus per dominum ducem Heinricum uel suos iniuria seu grauamen illatum fuerit manifestum et sine iudice agitatum, in districtu Dietrici de *Wildenstain* vicedomini vel qui pro tempore fuerit vicedominus, extunc ad denunciationem eiusdem vicedomini ad quatuordecim dies Otto de *Strubinga* vicedominus uel qui pro tempore vicedominus fuerit, uel si ipse tunc non posset debilitate corporis impeditus, de quo sibi credi uolumus, filius suus *Albertus*, Chunradus de *Hohenuels,* Habordus de *Sv̊nchingen,* Chunradus de *Satelpogen*,[1] Chunradus de *Reisah*,[2] Rupertus de *Haidawe* iudex ciuitatem ratisponensem ingrediantur et expensas faciant in dampnum ducis Heinrici de ipsa ciuitate nullatenus exituri, donec de ipso grauamine sufficiens prestita sit emenda. Si vero grauamen illatum dubium fuerit, is qui videtur culpabilis tercia manu legalium et proborum virorum se coram vicedomino supra-

1) Satelbogen im Ldg. Cham bei Stallwang, Stammsitz eines reichbegüterten Edelgeschlechtes.

2) Vielleicht Reisach im Ldg. Mitterfels.

dicto presente parte aduersa ita, quod locus tutus assignetur partibus, expurgabit. Quod si facere noluerit uel in purgatione defecerit, supra dicti fideles ducis Heinrici Ratisponam intrabunt iuxta ordinationem superius annotatam. Econtra vero si domino duci Heinrico uel suis per ducem Lodwicum uel suos in vicedominatu Ottonis de Strubinga uel eius, qui pro tempore successerit, grauamen fuerit irrogatum, ut supra diximus, manifestum, extunc ad denunciationem et monitionem ipsius O. vicedomini ad dies quatuordecim Chunradus de *Luppurch,* Dietricus de *Wildenstain* vicedominus, *Vlricus* marscalcus, Chalhohus de *Chvͦrn,* Albertus de *Murah,* Marchardus de *Trautenberch,*[1]) Ratisponam intrabunt in dampnum ducis Lodwici facientes expensas et de ciuitate non exituri, donec satisfactio prestetur idonea et condigna. Si autem dubia fuerit offensa, tunc de expurgatione fiat, sicut superius est expressum. Item si domino Lodwico duci in vicedominatu *Wichnandi* uel qui pro tempore vicedominus fuerit, dampna aliqua inferuntur, a monitione ipsius vicedomini ad quatuordecim dies *Albero* vicedominus ducis Heinrici, Chunradus de *Prisingen,* Sifridus de *Frawenberch,* Hiltprandus de *Jetzendorf*[2]) Frisinge se recipient usque ad satisfactionem plenariam sub omnibus conditionibus supra dictis. Econtra si domino Heinrico duci in vicedominatu Alberonis aliqua dampna fient, Wichnandus vicedominus domini Lodwici ducis Otto de *Paierbrunne,* Chunradus de *Camera,* Wernherus de *Hausen* a monitione ipsius Al. vicedomini uel eius, qui pro tempore fuerit, ad quatuordecim dies Frisingam sub pactis prioribus similiter subintrabunt. **3.** Item vicedomini utriusque partis omnes generaliter et insimul promittent, quod ad satisfactionem dampnorum utrimque illatorum taliter teneantur, ac si in vnius cuius-

1) Trautenberg im Ldg. Kemnat.

2) Jetzendorf im Ldg. Dachau, im IX. Jhh. im Besitze eines Grafen Jezo, von dem es ohne Zweifel den Namen erhielt.

que districtu essent specialiter perpetrata, non obstante si ex vicedominatu superiorum partium ad inferiores partes uel e conuerso huiusmodi dampna fiant. **4.** Item generaliter pro omnibus impignorationibus vicedomini vtriusque partis se mutuo ammoneant, ut ciuitates intrent sibi superius deputatas, si impignorationes huiusmodi infra dies quatuordecim non fuerint retractate. Et si ab utraque parte vnus predictorum fideiussorum extra terram uel ex alia causa legitima absens fuerit, dominus dux, de cuius iurisdictione absens est, ordinabit cum suo vicedomino, ut equiualentem loco illius sine omni ammonitione debeat subrogare. **5.** Item statuimus, ut fideiussores supradicti, qui nunc Ratispone sunt presentes, iurent predicta statuta nostra et infra posita fideliter obseruare, absentes uero infra octo dies coram vicedominis vtriusque ducis faciant illud idem ita, quod deputati ad ciuitatem ratisponensem et ordinati ad Frisingam extante conditione uel modo venire penitus non omittant. **6.** Item statuimus, vt vicedomini supradictorum ducum inimicitias singulares et odia inter homines utriusque ducis iam existentia infra octo dies pacificent et tranquillent usque ad festum beati Georgii proxime aduenturum, quod eis iniungimus faciendum per sacramentum ab eis super premissis obseruandis fideliter exhibendum,[1]) et si sedari non possent inimicitie capitales, saltem per vicedominos utriusque partis summopere caueatur, ne propter huiusmodi inimicitias fiant incendia uel rapine. Que si fierent, tam vicedomini quam fideiussores, in quorum partibus illa fiunt, usque ad plenam satisfactionem illatorum intrent ciuitates sibi deputatas, sicut a nobis pro dampnis aliis et uiolentiis est statutum. **7.** Item pre omnibus uolumus obseruari, ut captiui dictorum principum uel hominum suorum infra octo dies cum fideiussoribus liberi dimittantur, alioquin vicedomini cum fideiussoribus, a quorum parte captiui dimissi non

1) exibendum. Orig.

fuerint, ciuitates sibi deputatas, sicut pro aliis dampnis facerent, subintrabunt. **8.** Item omnia dampna facta siue per incendia siue per rapinas uel alio quocumque modo violenti a proxima secunda feria ante purificationem beate virginis, quando consules dictorum ducum Ratisponam intrauerunt, debita satisfactione mutuo deleantur, ita, quod per vicedominos utriusque partis, in quorum districtibus dampna medio tempore sunt illata, infra quatuordecim dies, eisdem dampnis propositis et ostensis satisfactio mutua fiat, alioquin elapsis quatuordecim diebus sequentibus fideiussores, de quorum parte non fuerit satisfactum, cum vicedominis sub prenotatis conditionibus intrabunt ciuitates sibi superius deputatas. **10.** Item ordinamus, ut pro omnibus dampnis factis ante predictam secundam feriam nulla pars alteram ledat, sed omnia medio tempore, hoc est vsque Philippi et Jacobi conquiescant, et tunc dampna huiusmodi deleantur secundum formam in prioribus ipsorum ducum priuilegiis comprehensam. **11.** Item ordinamus, ut in omnibus stratis usque ad prenotatum terminum emunitas et pax debita obseruetur, et quod neuter ducum medio tempore ministerialem seu seruitorem recipiat vllo modo. **12.** Item statuimus, ut si elapso termino huius nostre ordinationis ratione dampnorum antea illatorum contingat, aliqua obstagia perdurare, non cessetur aliquatenus ab eisdem, donec satisfactio plena fiat. Et ad hec omnia et singula obseruanda sepedictos dominos duces per fidei dationem astringimus, quam recepimus ab utroque. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro ac predictorum dominorum ducum fecimus communiri. Datum et actum Ratispone anno predicto, quarto idus Februarii hoc est in die Scolastice virginis.*)

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Von den Sigeln sind nur einzelne Stücke übrig, der wesentliche Theil des Reitersigels des Herzogs ist sehr gut erhalten.

133. Herzog Ludwig bestätiget dem Kloster Kaisersheim das demselben vom Herzog Ulrich von Kärnthen vermachte Patronatsrecht der Kirche zu Tapfheim.

München am 18. Februar 1280.

In nomine domini amen. Nos Lvdewicus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie, omnibus presentem paginam inspecturis constare volumus tam presentibus quam futuris, quod felicis memorie Vlricus [1]) quondam illustris dux *Karinthie*, noster consanguineus predilectus, uenerabilibus ac dilectis in Christo... abbati et conuentui *monasterii cesariensis* cysterciensis ordinis, augustensis dyocesis, pro salute et remedio animarum sue, progenitorum et heredum suorum sollempni donatione contulit ius patronatus ecclesie in *Tapfheim* [2]) predicte dyocesis augustensis cum omni utilitate et iure, quo ad ipsum et antecessores suos plene et integraliter pertinebat. Uerum quia dicti ducis Karinthie terra in *Sweuie* partibus sita, nostras ad manus ac dilecti filii nostri *Ludewici* [3]) hereditario iure et tytulo, quo eidem duci Karinthie competebat vel competere videbatur, est legitime deuoluta, prefati... abbas et conuentus de Cesarea futuris periculis obuiare cupientes nostram accesserunt presentiam, nobis humiliter cum instantia supplicantes, vt supradictam ducis Karinthie donationem et concessionem ipsis confirmare nostris patentibus litteris dignaremur. Nos igitur tamquam eiusdem ordinis feruidi zelatores, quem propter sue religionis ac devocionis merita fauore et gratia complectimur speciali, in remedium nostrorum peccaminum et ob salutem progenitorum et heredum nostrorum ac etiam deuota et fidelia seruicia, que nobis liberaliter impendit cesariensis ecclesia sepedicta, acce-

1) Ulrich aus dem Hause Ortenburg, v. J. 1256—1269.

2) Tapfheim im Ldg. Höchstädt.

3) Der erstgeborne Sohn des Herzogs Ludwig, welcher in dem Turniere zu Nürnberg i. J. 1290 getödtet wurde.

dente libera uoluntate et pleno consensu predicti filii nostri prelibatum ius patronatus ecclesie memorate antedictis abbati et conuentui et ecclesie sue a prefato Vlrico illustri quondam duce [1]) Karinthie rite et rationabiliter donatum pariter et concessum approbantes, idipsum simili modo plene donamus et concedimus, donationem et concessionem eiusdem ducis ratam habentes atque gratam, et eandem donationem sev concessionem ac nostram perpetuo valituram presentibus confirmamus litteris, nostri sigilli munimine roboratis. Testes autem huius rei sunt Albertus prepositus de *Ilmmvnster*, Perhtoldus dictus de *Witolshoven* [2]) archidyaconus [3]) augustensis, Chvnradus de *Beffenhvsen* [4]) canonicus eistetensis et viri religiosi fratres *Heinricus* gardianus, *Rubertus* lector, Hermannus de *Stavf* ordinis fratrum minorum in *Monaco*, Wichnandus de *Irinchspvrch* vicedominus, Otto de *Evsenhoven*, Chvnradus de *Eglingen* [5]), Gebhardus de *Schonstetten* et alii quam plures. Datum Monaci anno domini millesimo ducentesimo octogesimo, duodecimo kalendas Marcii.*)

134. Die Herzoge Ludwig und Heinrich geloben, die bisherigen Verträge aufrecht zu erhalten und den Austrag der noch schwebenden Streitigkeiten einem Schiedsgerichte zu überlassen.

Wien am 16. April 1280.

Nos Lodwicus et Heinricus dei gracia comites palatini Reni, duces Bawarie, profitemur presentibus et notum facimus vuiuersis hanc litteram inspecturis, quod

1) Statt duce hat das Orig.: „duci."
2) Wittelshofen im Ldg. Dinkelsbühl.
3) arcidyaconus. Orig.
4) Pfeffenhausen im Ldg. Rottenburg.
5) Eglingen im Ldg. Landsberg.
*) Das an grünen, gelben und dunkelblauen Seidenfäden hangende Sigel des Herzogs ist stark beschädiget.

ad instantiam serenissimi domini nostri *Rudolfi* Romanorum regis semper augusti, sicut prius iuraueramus, sic fide data in manum regiam promisimus, quod formas compositionis in priuilegiis nostris expressas, ratas tenebimus et super omnibus questionibus, questione principatuum excepta, stabimus arbitrio fidelium nostrorum infra nominandorum, qui corporale prestiterunt iuramentum in conspectu regio, quod nos debeant plene per amorem uel iustitiam in omnibus concordare. Sunt autem ex parte nostri Lodwici ducis arbitri Chunradus de *Luppurch*, Winhardus de *Rorbach*, Heinricus de *Prisingen* et Wichnandus de *Iringspurch*, ex parte vero nostri Heinrici ducis Vlricus de *Abensperch*, Grimoldus de *Prisingen*, Heinricus de *Mostorf* et Otto de *Strubinga*, et mediatores constituti sunt vice vnius persone Albero de *Prúkperch* et Albertus de *Hals*, qui similiter iurauerunt, quod super vniuersis, de quibus dicti octo arbitri uel eis substituti discordauerint, nos concordent sine dolo et qualibet captione per viam iustitie uel amoris. Si vero dicti mediatores discordauerint, tenebimur Heinrici venerabilis *ratisponensis* episcopi tamquam mediatoris arbitrio subiacere. Maior etiam numerus in executione dicti minori numero preualebit. Ceterum de castro *Pochsperch*[1]) est taliter diffinitum, ut stet sequestratum in manu predicti domini nostri regis saluo iure partium secundum omne ius, sicut antea Ratispone a negotio est recessum hoc adiecto, quod nulli idem castrum assignabitur, licet possessio eiusdem castri adiudicetur alteri partium, dum, quod predicti octo arbitri et mediatores, aput quem dictum castrum remanere debeat, fuerint arbitrati. Adiectum est etiam, ut si qua pars diei statute a dictis iuratis captiose se absentauerit uel iuri parere recusauerit, parti comparenti et ius suum

1) Boxberg im Ldg. Oberviechtach. Moriz hält Boxberg bei Wunsidel für das Stammschloss des davon zubenannten Edelgeschlechtes, es dürfte jedoch dasselbe in Bocksberg bei Aichach zu suchen seyn.

prosequenti assignabitur castri possessio memorati, item ut dies possint prefigere et diffinire, vtrum captiose agatur uel non, in diffinitione consistit similiter arbitrorum. Preterea probationes habite apud *Chambiam* contra homines fratris nostri Lodwici non proficient, sed in eisdem causis secundum tenorem instrumenti aput *Ratisponam* confecti nouis probationibus procedetur. In testimonium itaque predictorum omnium presens scriptum nostris sigillis iussimus roborari supplicantes domino nostro regi, ut ad solidationem facti easdem nostras litteras sui sigilli robore communiret. Nos Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus profitemur, quod ad instantiam principum predictorum pro testimonio et maioris roboris firmitate vnacum sigillis eorum presens scriptum nostri sigilli karactere iussimus insigniri. Datum et actum Wienne anno domini millesimo ducentesimo octoagesimo, XVI kalend. Maii.*)

135. Der Bischof Heinrich von Regensburg und der Burggraf Friedrich von Nürnberg taidingen zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich.

Regensburg am 18. Juli 1280.

Nos Heinricus dei gracia ratisponensis episcopus et Fridericus burcgrauius de Nůrmberch presentibus litteris profitemur, quod dominus noster serenissimus *Romanorum rex*, cuius semper interest, in virtute pacis et quietis rem publicam gubernare, pro questionibus terminandis, que inter dominum *Lodwicum* necnon dominum *Heinricum* illustres duces Bawarie vertebantur, quatuor ab utraque parte consules ex iuratis, necnon

*) Von den Sigeln hängt nur noch das ziemlich gut erhaltene des Herzogs Heinrich an.

Abdruck: Fischer Erbfolg.-Gesch. S. 270.

duos mediatores Al. comitem de *Hals* necnon virum nobilem Al. de *Prukperch*, qui salutem ipsorum zelabantur, deputasset. Iidem propter aliquas difficiles questiones atque graues, quibus finem imponere non valebant, in nos omnes questiones supradictas tamquam in mediatores seu arbitros transtulerunt. Nos itaque tum propter communem statum terre, quem semper desideramus in pulchritudine pacis ac concordie respirare, tum propter petitiones dominorum ducum, qui fide nobis data promiserunt, statuta nostra super eisdem questionibus rata et grata inuiolabiliter obseruare, easdem questiones nobis assumentes ipsas diffinimus et diffiniuimus, secundum quod tenor presentium continet litterarum. **1.** Ante omnia autem et in omnibus statuimus, ut per hec nostra statuta nullis instrumentis, iuramentis ac laudamentis antea factis aliquod preiudicium generetur, sed omnia sicut antea rata et integra obseruentur, exceptis hiis, que in presentibus specialiter eliduntur. **2.** Item ordinamus, ut omnes captiui vtriusque partis indempnes infra dies quatuordecim dimittantur liberi et soluti, siue in obstagiis maneant siue adhuc in vinculis teneantur. **3.** Item ordinamus, ut omnia dampna a die, qua ipsi domini duces se *Ratispone* ad placita receperunt, vtrimque illata similiter infra dies quatuordecim debita satisfactione mutuo compensentur. Quod si de dimissione captiuorum et satisfactione dampnorum fuerit pretermissum, extunc statutis et penis priorum priuilegiorum, is qui negligens fuerit, subiacebit. **4.** Item statuimus de rapinis et incendiis perpetratis, ut quilibet predictorum dominorum ducum cum suo vicedomino vnum de suis consiliariis ad diem, que ipsis infra prefigitur, transmittere debeat, per quos de incendiis et rapinis iuxta tenorem priuilegiorum priorum erit satisfactio ordinanda. Si qui vero in eodem termino se absentauerint, cadent a iure suo, secundum quod est in eisdem priuilegiis comprehensum. Item diffinimus, ut omnes seruitores ad

suos dominos reuertantur infra terminum subscriptum exceptis ab utraque tribus personis, quorum adhuc sunt nomina exprimenda, specialiter tamen puerum de *Sigenhouen* cum castro *Sneberch*[1]) domino Heinrico duci infra dies quatuordecim restitui volumus ita, quod predictorum trium numero non includatur et ipse cum omnibus suis gracie ipsius domini H. ducis sit plenarie reformatus. **5.** De castro *Pochsperch* taliter diffinimus, quod medietas castri cum omnibus suis attinentiis, quesitis et inquirendis domino Lodwico duci pleno iure debeat remanere, altera parte dimidia aput dominum H. ducem remanente, tali conditione interiecta, quod dominus Lodwicus dux cum fratre suo domino H. duce de arbitrio quatuor ad hoc ex utraque parte electorum pro bonis equiualentibus utrique parti situ conuenientibus tenebitur permutare partem, que eum in dicto castro respicit ut est dictum, saluis tamen iuribus ecclesiarum, quibus in hac parte nolumus aliquod preiudicium generari. Si autem supradictos quatuor super permutatione contigerit discordare, erit in arbitrio nostro uel aliorum duorum ad hoc electorum, si nos haberi non poterimus, qualiter ipsi finaliter concordentur. Dictum vero castrum infra Marie Magdalene Heinrico et Chvnrado de *Prisingen* assignabitur tenendum pacifice et quiete, donec huiusmodi permutatio, que infra festum beati Michahelis proximum fieri debet, processerit in effectu. **6.** De bonis *Prandenbergarii* ordinamus, ut tres ab utraque parte electi, sicut in priuilegio super hoc confecto continetur, iurati in termino subscripto casum decidant iusticia uel amore ita, quod pars rebellis, que non comparuerit, a iure suo cadat, si non per causam legitimam excusetur. Si autem aliquis predictorum sex medio tempore decesserit, uel nunc de medio sit sublatus, alter subrogabitur loco sui.

1) Alten-Schneeberg im Ldg. Neunburg v. W. Die Veste liegt längst in Ruinen.

7. Item statuimus, ut dominus H. dux per duos testes probet, quod sibi competat probatio iuris de ponte in *Rosenheim*, que per septem viros idoneos, qui ex viginti vno electi fuerint et assumpti, fieri debet in termino ad hoc specialiter deputato, et si ex predictis viginti vno aliquis uel aliqui extiterint iam defuncti uel adhuc infra talem terminum decesserit uel decesserint, eidem uel eisdem per Grimoldum et Heinricum de Prising debet alter uel alii subrogari, donec idem numerus suppleatur. 8. Item diffinimus, ut de castris *Itenbach*[1]) et *Vihausen* ac etiam de aduocatiis in *Scheiern* et *Euenhausen* de communi consensu a partibus terminus et locus assignetur illis octo ac arbitratoribus sev mediatoribus eorundem, in quo finaliter tales cause adhuc sub lite pendentes decidantur infra festum beati Martini per iustitiam uel amorem. In eodem termino et loco dominus Lodwicus dux probabit per duos testes, quod super aduocacia in Scheiern ante admissionem instrumenti *Frisinge* dati, quod incipit »a progenie in progenies« frater suus sibi mouerit questionem. Si vero partes in probationibus, que utrobique fieri debent, defecerint, stabitur prioribus instrumentis. 9. Item statuimus, ut omnes questiones, que inter ministeriales utriusque ducis ac alios ipsorum seruitores vertuntur, iuxta tenorem et statutum antiquorum priuilegiorum debeant terminari. 10. Volumus etiam, ne occasione causarum nondum finaliter decisarum abhinc usque ad festum beati Martini proxime nunc venturum nullatenus fiant incendia uel rapine, que si, quod absit, facta fuerint, in satisfactione procedatur iuxta priuilegia prius data. 11. Item statuimus, ut Grimoldus et Heinricus fratres de Prising assumptis sibi duobus viris discretis cauere debeant impedimentis stratarum, precipue super depositione salis, si qua iniusta est secundum tenorem priuilegiorum super hoc antea confectorum.

1) Jettenbach im Ldg. Mühldorf.

12. Termini autem, ad quos ex superioribus est remissum, utpote qui de pari uoto sunt electi, non poterunt nisi de uoluntate partium prorogari, nisi causa legitima id exposcat. Primus autem terminus erit a vigilia Marie Magdalene per dies quatuordecim in *Pochsperch*, in quo Heinricus de Prising et Wichnandus vicedominus ex parte domini Lodwici ducis, ex parte vero domini Heinrici ducis Grimoldus de Prisingen, et Al. vicedominus erunt super predictis negociis finiendis, abinde per octo dies super bonis Prandenbergarii, incendiis etiam et rapinis inter *Aibling* et *Rosenhaim* dicti quatuor adiunctis ab utraque parte *Haslangario* et *Raumoldo* diem placiti obseruabunt sub penis in prioribus priuilegiis comprehensis, adinde per dies quatuordecim aput *Abensam* in pomerio prope *Sigenburch* dies habebitur per vicedominos et per eos, qui eis ad hoc a partibus adiuncti fuerint super satisfactionibus et emendis, deinde vero per octo dies in *Ortte* idem finaliter obseruetur, a quo die per octo dies inter *Weternuelt* 1) et *Chambiam* per eosdem similia illarum partium terminentur. Nos Lodwicus et Heinricus dei gracia comites palatini Reni, duces Bawarie extra penas in aliis instrumentis comprehensas per fidei dationem in manus reuerendi patris et domini nostri Heinrici venerabilis ratisponensis episcopi nec non viri nobilis Friderici burcgrauii de Nůrmberch factam promittimus sub penis prestitis et uallacionibus et presentibus supradicta omnia inuiolabiliter obseruare. Quare in testimonium omnium predictorum presens scriptum sigillis nostris placuit communiri. Actum et datum Ratispone anno domini MCC octogesimo, XV kal. Augusti.*)

1) Wetterfeld im Ldg. Nittenau.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Das Sigel des Herzogs Ludwig fehlt, das in Leinwand eingenähte des Herzogs Heinrich ist zertrümmert, die Sigel des Bischofs und des Burggrafen sind gut erhalten.

136. Bischof Simon von Worms belehnt den Herzog Ludwig und dessen Gemahlin Mahthilt mit Veste und Stadt Heidelberg.

Worms am 8. Jänner 1281.

Nos Symon deī gratia episcopus wormaciensis ecclesie notum facimus presentium inspectoribus uniuersis, quod cum magnificus princeps dominus *Lodwicus*, illustris comes palatinus Reni, dux Bawarie castrum et ciuitatem in *Haidelberch*, que a nobis in feudum tenuit, ad manus nostras libere resignauit, petens instantius, ut illustrem dominam *Mechthildem*, collateralem suam, serenissimi domini nostri Rudolfi incliti Romanorum regis filiam, dignaremur in recompensam, seu restaurum castri *Wachenhaim* cum pertinentiis suis, quod ab ipso domino nostro rege una cum ipso marito suo in feudum tenuit, et ad ipsius mariti sui instantiam resignauit, ut illustri domine *Elyzabeth*, sponse illustris domini Lodwici, filii sui primogeniti, filie magnifici principis domini Frideri, illustris ducis *Lothoringie* et marchionis constitueretur donatio propter nuptias in eodem et eum nihilominus inuestire, eiusdem domini ducis precibus inclinati, prefato domino duci et eidem domine Mechthildi, collaterali sue in feudum castrum et ciuitatem Haidelberch contulimus et conferimus antedictam ita, quod, ipso domino duce premortuo, prefata domina ducissa bona eadem teneat et possideat pro tempore uite sue, et ea mortua ad ipsius domini ducis heredes primi matrimonii et secundi equaliter diuidenda secundum numerum personarum sine difficultate qualibet, redeant bona illa. Si autem ipsa premortua fuerit, ad ipsum ducem et eosdem heredes suos quouis cessante obstaculo reuertantur. Remisimus preterea et remittimus pro uita eiusdem domine ducisse omne seruicium, si quod nobis et ecclesie nostre ex parte ipsius exinde ratione homagii deberetur, dilectorum in Christo fratrum ipsius ecclesie nostre capituli accedente consilio et consensu. In cuius rei testimonium presentes damus nostri et ipsius nostri

capituli sigillorum robore communitas. Datum Wormacie anno domini millesimo ducentesimo octogesimo octauo VI idus Januarii*).

137. Herzog Heinrich erkauft von dem Grafen Wernhart von Leonberg die Hofmark zu Niederviehbach.

Straubing am 25. Jänner 1281.

Nos Heinricus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie presentibus profitemus, quod hofmarchiam in *Viehpach* [1]) inferiori comes Wernhardus de *Leonberch*, siue ad eum spectauerit proprietatis titulo sev feodi nobis et posteris nostris vendidit, tradidit et donauit cum omnibus iuribus suis et attinentiis, quesitis et inquirendis, cultis et incultis, pascuis, pratis, siluis, venationibus et piscationibus, perpetuo libere possidendam, exceptis feodis, que ibidem iamdudum feodali titulo contulit pater suus, item omnes homines hofmarchie attinentes, exceptis tribus rusticis residentibus prope *Revt* apud Lonsperch, quorum vxores et pueri pertinere ad eum vel ad suos milites dinoscuntur, item homines in hofmarchia manentes predicta, ad hofmarchiam tamen non pertinentes, excepit in venditione dicta, videlicet Wochnerinam et liberos suos, vxorem prepositi et liberos suos, *Eibechones* [2]) et liberos suos, liberos Engeschalci de *Riede*, et homines attinentes ville in *Gvmaring* [3]), quos tantum et nichil aliud ex premissis iuri suo sibi placuit reseruari, aliis omnibus in culturis et hominibus ac iuribus quibuscumque et vndecumque habitis, in proprietatem et dominium nostrum libere et integraliter assignauit. In cuius rei testimonium sibi

*) Beide gut erhaltene oblonge Sigel hängen an, das des Bischofs an rothen, das des Kapitels an blauen Seidenfaden.

1) Nieder-Viehbach im Ldg Vilsbiburg.

2) Die Haibecken von Haibach, wo (Ldg. Mitterfels) ihr Stammschloss war.

3) Gumering im Ldg. Vilsbiburg.

dedimus presentes litteras cum testibus subnotatis qui sunt: auunculus suus comes Albertus de *Halse*, filius suus Perngerus, Heinricus de *Hoholting*[1]), Fridericus de *Revzing*[2]), Herwicus de *Sifritstorf*[3]) milites sui, Chunradus notarius suus, item ex familia nostra: Chunradus de *Swartzenburch*, H. de *Alnchofen*, H. de *Pvchperch*, Al. de *Rotawe*[4]), M. marscalcus, *Albero* vicedominus et alii quam plures. Datum in Strvbing anno domini MCCLXXXI in conuersione Pauli*).

138. König Rudolf bestätiget die zu Vilshofen zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich geschlossene Sühne.

Regensburg am 30. Juni 1281.

Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus vniuersis sacri imperii romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Legalis auctoritatis testimonio hominum memoria labilis est et nichil est in ea, quod stabile perseueret, propter quod presentis uite negocia consumit et delet obliuio, nisi fidelis scripture testimonio in thesauris memorie reponantur. Nouerit igitur presens etas et noscat futuri temporis successura posteritas, quod illustres L. et H. fratres duces Bawarie, comites palatini Reni, principes nostri karissimi instrumentum, litteras siue priuilegium conuentionis cuiusdam super questione seu lite [que] de principatibus hereditariis seu contingentibus principatus eosdem inter ipsos vertitur seu iamdudum est uersa, apud Vilshouen nouissime celebrate sub eorum sigillis

1) Hocholding im Ldg. Eggenfelden.
2) Reutzing im Ldg. Pfarrkirchen.
3) Sigersdorf (?) im Ldg. Mitterfels.
4) Rottau im Ldg. Passau.
*) Das Reitersigel des Herzogs ist ziemlich gut erhalten.

non cancellatum, non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum nostre celsitudini presentarunt petentes cum instantia ad tollendam rancoris et dissensionis materiam, que in posterum super lite premissa posset oriri, predicta instrumentum, priuilegium seu litteras cum adiectione pene infra posite munimine regio confirmari. Nos autem considerantes ex predictorum principum vnione concordi et unanimi concordia thronum regalis culminis eo firmius sublimari, quo iidem principes, qui eiusdem throni egregie sunt columpne in dilectionis fraterne dulcedine solidius roborantur, ipsorum petitionibus fauorabiliter annuentes instrumenta, priuilegia siue litteras prenotata recipimus, approbamus et auctoritate regia confirmamus statuentes et ordinantes, quod predicti fratres nostri principes et eorum liberi, qui discretionis annos attigerunt, pro se et aliis minoribus annis in nostre maiestatis presencia corporale prestiterunt sollempniter iuramentum, quod contra ordinationem et conuentionem in dictis instrumentis seu priuilegiis apud *Vilshouen* confectis contentas ipsi uel heredes eorum numquam venient, nec super premissis principatibus vel eos contingentibus sibi contra dictorum instrumentorum tenorem et formam aliquam questionem mouebunt nec contra premissa rescriptum aliquod impetrabunt, nec priuilegium allegabunt renunciantes expresse pro se et suis heredibus exceptioni doli mali in factum, omnique auxilio iuris canonici vel ciuilis, per quod dicta conuentio siue ordinatio posset infringi vel ab eorum altero immutari, et si, quod absit, eorum aliquis contra premissa ueniret, proscriptionis penam, quam uoluntarie de consensu regio susceperunt, in se innodet ipso facto, et pro proscripto et tamquam proscriptus a nobis et imperio debet ubilibet reputari. In quorum, scilicet confirmationis et pene proscriptionis in casu premisso, testimonium sigilla venerabilium W. *patauiensis* et H. *ratisponensis* episcoporum et predictorum L. et H. ducum Bawarie vnacum

nostro presentibus sunt appensa. Datum Ratispone II. kal. Iulii indictione IX, anno domini MCCLXXX primo, regni vero nostri anno octauo*).

139. König Rudolf erklärt, dass jener der Herzoge Ludwig und Heinrich, welcher die zwischen ihnen geschlossenen Verträge nicht hielte, und wie für diesen Fall ausgemacht war, nicht in das Einlager einritte, der Reichsacht verfallen seyn soll.

Regensburg am 30. Juni 1281.

Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus vniuersis imperii romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Ad solidandam inter illustres L. et H. fratres, comites palatinos Reni, duces Bawarie, principes nostros karissimos vnionem fraterne concordie et ut inpletis et obseruatis, que inter ipsos tractata sunt et ordinata, iidem in pacis et tranquillitatis dulcedine requiescant, de voluntate, consensu et approbacione dictorum nostrorum principum ordinauimus et statuimus, quod quicumque eorum se non receperit in obstagium [1]) in causis, pro quibus, vt se recipere debeant, alia sua instrumenta apud *Vilshouen* confecta declarant, idem proscriptioni regie, quam pro pena in se voluntarie receperunt, erit obnoxius et eandem incidet ac tamquam proscriptus imperii debet

*) Nach dem Original im k. Hausarchive.

Sämmtliche Sigel, mehr oder minder beschädiget, hängen an rothen Seidenfäden.

Abdrücke: Tolners Hist. Pal. Nr. 112. Dumont corps. dipl. I, 147; Ludewig Germ. pr. II, 883; Arndt Samml. von Staatsschr. IV, 362 und öfter.

1) Fürsten, welche ihre Verbindlichkeiten durch das Einlager verbürgten, leisteten es nur in einzelnen Fällen persönlich, z. B., wenn sich wie hier, ein Fürst dem anderen in einer wichtigen Angelegenheit verbürgte.

haberi, et quia de consensu regio[1]) et ipsius auctortiate prescriptam proscriptionis penam in se liberaliter elegerunt, illum in eandem incidisse volumus, qui conmiserit in premissis. In quorum omnium testimonium sigilla venerabilium W. *patauiensis* et H. *ratisponensis* episcoporvm et predictorum L. et H. ducum *Bawarie* vnacum sigillo nostro presentibus sunt appensa. Datum Ratispone II kal. Iulii, indictione IX, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, regni vero nostri anno octauo*).

140. Der vom Könige Rudolf für Bayern aufgerichtete Landfriede.

Regensburg am 6. Juli 1281.

Wir Rudolf von gotes genaden roͤmischer chvͤnch und immer meræer des rͥches tvn allen den chvnt, di disen brief an sehent und hoͤrent, daz nach vnserm gebot gesworn habent vnser lieb fuͤrsten *Ludwich* und *Heinrich* di pfallentzgrauen von dem Rein vnd hertzogen ze Beirn, vnd bischof Heinrich von Regensburch, vnd wellen vnd gebieten ovch, daz di bischoͤf, di zv dem land ze Beirn gehoͤrent[1]), daz ist der ertzbischof von

1) Da die Reichsacht nur in bestimmten vom Gesetze vorgeschriebenen Fällen verhängt werden konnte, ein solcher aber hier nicht vorlag, dieselbe auch nur auf Befehl des Königs oder der Gerichte eintreten konnte, so bedurfte die von den Herzogen selbst gewählte Bestrafung durch die Reichsacht der Genehmigung und Bestätigung des Königs nicht blos, sondern auch der Fürsten aus dem Grunde, weil sie in dem vorliegenden Falle nicht gesetzlich war.

*) Nach dem Originale im k. Hausarchive.

Von den Sigeln fehlen die des Bischofs H. und des Herzogs Lud., die übrigen sind verletzt, das des Königs gut erhalten.

1) Daraus ergibt sich unzweifelhaft, dass dieser Landfriede nur für Bayern berechnet war. Blos die unvollständigen Abdrücke, bei denen namentlich der Eingang fehlt, veranlassten zu der Meinung, dass derselbe eine constitutio generalis sei.

Saltzburch, der von *Babbenberch*, der von *Freising*, der von *Eystet*, der von *Auspurch*, der von *Pazzowe*, der von *Brihsen* ovch swern,[1]) disen lantfrid biz zden weihnahten, div nv schirst chvmt, vnd von dann vͤber driv iar, vnd swer den frid vnder in niht swern welle, der si ovz dem frid vnd sol man im dhein reht tvͤn, vnd sol allen chlagærn von im reht tvͤn. Ez sol avch diser lantfrid nach sinem zil den herren noch dem land an ir landes reht niht schaden.

1. Wir setzen vnd wellen, daz vnser herren di bischoͤf vnd elliv pfafheit ir alt freiheit vnd ir reht haben, vnd daz nieman div gotshovser vnd ir lævt vnd ir gůt fůr den vogt oder im ze leid, noch fůr nieman anders weder pfenden, noch rovben noch brennen sol. Swer ez darvͤber tvͤt, wirt er des bezivget vor dem rihtær, als reht ist, den sol man in di æht tvͤn, vnd sol in dar ovz niht lazzen, er gelt dann den schaden dreistund, als tiwer er ist, und svͤln div zwai tail dem gotshovs werden, vnd daz dritte dem vogt, vnd darvmb sol er dem rihter geben ze wandel fůmf phvnt.

2. Ez ensol nieman rihten vber dhein widem, denne der bischof.

3. Wir setzen ovch also vmb div geriht, daz div pvͤzze von fvͤmf pfvnden vnd von sehzich pfenningen ab sî, wan vmb di sache, da si zvͤ gehôret von altem reht, daz ist div lem vnd heimsvͤchvng. So gehôret vmb nahtetzen zwen vnd sibentzich pfenning, vmb vͤberern zwen vnd sibenzich pfenning, swer den zovnfrid brichet, zwelif pfenning, vnd swem di schaden geschehent, dem sol man gelten mit der zwigvͤlt vnd dem rihtær div bvͤzze gevallen, div for da geschriben ist. Wir nemen ovch ab chirichgeriht vnd elliv geriht, wann div man von altem reht in den schranen vnd ovf den dinch-

1) Warum der Bischof von Regensburg, welcher doch auch zum Lande zu Bayern gehörte, daran nicht theilnahm, ist nicht bekannt.

steten rihten sol, doch beliͥbent gotshͮsern, graven, freigen vnd dienstmannen iriv geriht, div si ze reht angehorent, vnd setzen, daz ieman in des andern geriht niht riht, und dhein rihtær dheinen scherigen setz, wan nach der gotshᵒ̈vser rat, div schergen habent, vnd nach des vitztvms rat.

4. Wir setzen ovch, swa di rihtær schedlich lævt begreifen in ir geriht, daz si di vesten an der herren schaden, ovf der gůt si sitzent.

5. Wir setzen, swa ein rihtær einen man ihtes zeihet, daz im an den leip niht get, der ein gesezzen man ist, daz er den weder vesten sol, noch sin gůt nemen sol, noch borgen von im nemen sol, er sol im wan fͮr gebieten. Sprichet er in aber an vmb ein dinch, daz im an den leip get, so sol er in vesten ouf reht, vnd sol im doch sines gůtes nihtsniht nemen, vnd vor dem geriht enpristet derselb dem rihter mit reht selbdritte mit sinem geriht der inziht, div im an den leib niht get.

6. Wir setzen, swa ein man den andern ansprichet, er hab in sines gůtes entwert mit gewalt an reht, mag der clagær daz bringen mit zwein der næhsten vnd der besten in der pfarre, daz er in entwert hat an reht mit gewalt, den sol man in sin gwer alslang setzen, als lang er dar ovz gewesen ist, vnd sol der schvldig fvmf phvnt geben dem rihter ze wandel, vnd sol im den schaden abtůn.

7. Swem sin eigen man oder sin lehen man in ein panstat vert, voligt er im in einem iar nach, man sol in lazzen varn. Versovmet er sich ein iar, so beleibet er der stat, er mᵘ̈g danne bereden, daz er sin niht gewesset hat. Vert aber er ovz der stat in ein ander stat, allez daz reht, daz der herre in der vordern stat hinz in het, daz hat er ovch in dire stat.

8. Swa ein man lehen von dem andern hat, versmahet im der herre, er sol im daz lehen lazzen ligen,

und ensol im si niht vernidern, noch verwerren, er enmůzz ez dann dvrich ehaft not anwerden, so sol er dannoch der manschaft nach voligen. Chovfet aber ein man ein lehen als tivr ez ist, er sol sin dinch damit wol schaffen.

9. Swer einen edeln man feintlich heimsv̊chet, wirt er des vberret mit zwein oder mit der gwizzen, der sol in der æht sin, vnd hat er im sines gv̊tes niht genomen, so sol er im zehen pfvnt fv̊r sin laster geben, und dem rihter fv̊mf phvnt. Nimt aber er im sin gv̊t, daz sol er im gelten mit der zwigv̊lt, vnd der den schaden da getan hat, der sol selb dritte bereden, daz des schaden als vil sî. Wil er des niht tv̊n, so sol der den schaden bereden, dem er da geschehen ist, ovch selb dritte. Ist aber ein gebovr, der da heimgesv̊chet ist, dem sol fv̊r sin laster gevallen ein pfvnt, vnd dem rihter zwai pfvnt, vnd vmb den schaden gescheh, als vor geschriben ist.

10. Wir setzen fv̊r daz, daz der frid gechv̊ndet wirt, daz nieman dheinen schedlichen man behalt. Behalt er in darv̊ber, swaz er schaden tv̊t mit siner gewizzen vnd zv̊ sinen vesten, den sol er fv̊r in gelten, darnach vnd er bechlagt wirt, in fierzehen tagen, oder er ist in der æht, vnd der den schaden getan hat, der sol bereden selb dritte, daz des schaden alsvil sî, oder der, dem der schad geschehen ist, der bered den schaden selb dritte, vnd antwrtet man den selbscholn dar, so ist dirre ledikch.

11. Ez sol nieman dhein trinchen veil haben, dann datz den rehten etabern. Swer daz dar v̊ber tv̊t, der ist fridbræch.

12. Ez ensol nieman ovf den andern invarn noch leisten vmb dhein gv̊lt, div hinder zehen pfvnden ist,[1])

1) Diess ist eine der ältesten Einschränkungen des oft missbrauchlich angewendeten Einlagers.

noch dhein ros noch hengst setzen vmb dhein gv̊lt hinder drin pfvnden. Vnd swer div gelv̊bd nimt oder tv̊t, der ist fridbræch. Vnd der sin pfenning ovf so getanen schaden leihet, der sol si verliesen.

13. Swer einen schedlichen man oder einen diup fv̊r geriht gevangen bringet, derselbe oder der rihter sol swern, daz er ein so schedlich man si, daz man ze reht v̊ber in rihten sol, und sv̊ln dann sehs swern, daz der ait war si. Darnach sol man fragen, wi man v̊ber in rihten sv̊l.

14. Ez ensol nieman dheinen gezivch verwerfen, der ein vnversprochen man ist, er mv̊g dann hintz im bringen mit siben sinen genozen div dinch, darvmb man in ze reht verwerfen sv̊l.

15. Swelich bezigen man bezzern wil und ovf reht hin fv̊r sten wil, der sol daz dem rihtær verpv̊rgen mit fier biderwer manne rat von der chvnscheft, di an gefær dar zv̊ raten, di borigschaft sol man fv̊r gv̊t haben nach der fier manne rat.

16. Swer stille gewer bringen wil an einem gv̊t, der sol nennen, welich gwer er bringe, eigensgwer oder lehensgwer, oder satzvnggwer, vnd sol nennen sinen salman herren vnd gewern, vnd da gescheh dann v̊ber, daz reht si.

17. Swer rovb oder divf wizzenlichen chovffet, den sol man an des divbes stat und an des rovbærs stat haben, vnd sol er bezzern, als vor von rovbern und divben gesetzet ist.

18. Swer den andern mit gewalt herwerigt, ez si pfaffe oder leige, daz sol er im mit der zwigv̊lt gelten, er erlazze in sîn danne gern, ez si danne, daz er niht fv̊rbaz mv̊g, so sol er den schaden einvaltigen gelten.

19. Swer den andern fv̊tert tages oder nahtes, begreiffet er in dar an, vnd wirt er gevestent, so sol er dem rihter ein pfvnt geben vnd den schaden mit der zwigv̊lt gelten, vnd tv̊t er ez hintz einem wirt mit des

wirtes wizzen, derselb wirt sol dem rihter ein halbz pfvnt geben, er nem sich danne mit dem aid davon, daz er sin niht west.

20. Ez ensol nieman dheinen muntman haben oder er ist fridbrech.

21. Ez ensol nieman dhein geleitte geben, dann der lantherre, oder dem er ez bevilhet.

22. Datz swem divfigez gv̊t fvnden wirt, der schevb daz, als reht ist, vnd volfvͤr den schvb, als reht ist.

23. Swer vnrehtez maz hat vnd vnreht mizzet, der sol dem rihter ein halb pfvnt geben, als oft er ez tv̊t, vnd den schaden mit der zwigvͤlt gelten.

24. Swa man einen nahtprennær in eines mannes hovs mit siner gewizzen vindet, der sol an des brennærs stat sin.

25. Swer holtz in den vo̊rsten vnd in den panholzen vber des hvͤters willen nimmt, der sol ez gelten mit der zwigvͤlt, vnd sol ez dem rihter dannoch wandeln.

26. Ez ensol nieman dheinen schvͤtzen fvͤren, er hab dann drizzich phvnt gvͤlt, oder er si ein rihter. Swer anders sogetan schvͤtzen begreifet, der sol in di hengest vnd div armst nemen, vnd sol di schvͤtzen an daz geriht antwrten fvͤr schedlich lævt.

27. Swer einen man ovf sinem gv̊t hat, swes er si, der sol im dhein leit tv̊n, vnd sol in ze lihtmesse wider vordern, an zîtlichen dinst sol er im tv̊n.

28. Swer einen menschen ze tod sleht, da sol man vͤber rihten, als reht ist.

29. Ez ensol nieman dhein burch haben, er hab si dann an des landes schaden. Geschit dhein schad darovf, so ist der herre vnd div burch in der æht, oder er bezzer, als reht ist.

30. Ez ensol nieman in der graschaft mer herwergen, dann er ze reht sol.

31. Vmb notnuft sol man rihten nach dem alten reht.

32. Swer sin triwe an sinem rehtem herren brichet, an im selben, an sinen chinden vnd an sinen bůrgen, der ist in der æhte, vnd sol ez der herre rechen an sinem leib vnd an sinem gvͦt.

33. Swelich rihter den frid vnd di sætz mit den wandeln vbergreiffet, der sol dem herren, von dem er daz geriht hat, zehen pfvnt geben vnd sol den schaden mit der zwigvͤlt gelten.

34. Swer des andern sin lævt innimt, di er in nvtz vnd in gwer hat behabt, di sol er im wider antwrtten, vnd sol im dirre daz reht dann davon tvͦn, vnd di gwer an den lævten sol er behaben mit zwein.

35. Swelich graf, frei oder dienstman iar vnd tach in offen banne ist, den sol man in di æht tvͦn. Ist ez aber ein ander man, so sol man in vͤber sehs wochen in die æht tvͦn, vnd swer alslang in der æht ist, als da vor von dem bann geschriben ist, ovf den gevellet ze glicher wis der ban.

36. Swer zwischen zwein feinden einen hantfrid machet vnd der von eintwederm zebrochen wirt, jener, der den frid gemachet hat, der hat den gwalt enen[1]) anzesprechen, der den frid zebrochen hat, ob er ez selb dritte ovf in bewæren mach, so sol der, der den frid zebrochen hat, in der æht sin, vnd sol den schaden mit der zwigvͤlt gelten, ob der schad an einen totslach ist, erget aber ein totslach, da sol vmb ergen, als vmb den totslach gesetzet ist, vnd sol dem rihter bůzzen, als ein fridbræcher man. Ist daz der den frid gemachet hat, ienen, der in zebrochen hat, durch lieb niht ansprechen wil, der rihtær, in des graschaft er gesezzen ist, sol in ze fierzehen tagen laden. Chvmt er zdem tage niht, noch bewært ehaft not niht, oder daz im der tach niht gechvndet si, so sol er di pvͤzze leiden, di iener leiden můz, der den frid zebrochen hat,

1) D. i. ienen.

vnd sol der rihtær den gewalt haben, daz er selbdritte bewær di schuld ovf den fridbrechen man. Ob der hantfridbræch man ehaft not bewæret, daz er ze dem tach niht chomen mŏht, oder daz im der tach nit ẘrd gechvndet, so sol man im ze reht einen andern tach geben. Ist aber der, der den hantfrid zebrochen hat, ein sogetan man, daz in dirre, der den hantfrid gemachet hat, niht angesprechen getar, so sol er swern, daz er vor vorihten sines leibes in niht getv̊rre angesprechen, noch sogetan schvld ovf in bringen. Ob der frid zebrochen wirt an ens wizzen, der in gemachet hat, so sol derselb des swern, daz er sin niht enwest, da der frid zebrochen was. Ob ein man gibt frid sinem feint fůr sich selben vnd fůr di sinen, vnd einer der sinen den frid brichet, so sol iener, des helfær er ist, als er sin inne wirt, sich des selben ovzzen vnd bereden, daz ez an sinen willen vnd an sin wizzen geschehen si, vnd sol mit enem, den er geleidigt hat, nach siner bet ovf in sin, vnd nimt er in wider an sich, so ist er mitsamt im fridbræch.

37. Ob zwen veint einen frid an einander gegeben haben, oder zwen frivnt einander widervarnt, vnd mit eintwederm ein man ist, der des andern veint ist, vnd frides von im niht hat, vnd wil einer sich sines frivndes trŏsten, vnd wil disen an weigen sin geselle, der sin frivnt ist, oder ener der den hantfrid mit im hat, so sol er daz vndervarn, vnd enmag er des niht vndervarn, so sol er dem helfen, den diser da anweiget. Tv̊t er des niht, so ist er fridbræch vnd triwelos.

38. Ob zwen frivnt oder zwen feint, di frid mit einander habent, an ander ovf dem weg widervarnt, vnd ir einer vnder den zwein fv̊ret einen mit im, der frid von ienem niht enhat, vnd fůriht er, daz er im tv̊n welle, so sol er hintz im senden vnd sol sprechen: der man ist mit mir, der von iv niht frides hat, lat daz durch mich, daz ir im ze disen zeiten iht tv̊t bi

mir, vnd wil er des niht tv̊n, ist er sin veint, so hat er den frid zebrochen, ist er sin frivnt, so hat er sin triwe zebrochen.

39. Swa tswischen zwein feinden ein frid gemachet wirt, den frid sol nieman widerbieten, e ze der zeit, da er von erst hin gmachet ist. Swer daz tv̊t, der ist fridbræch.

40. Swa zwen veind frid an ander geben, vnd ir eintweder ettwen siner frivnd oder siner lævt ovz dem frid nimt, fv̊r di er den frid niht bestætigen wil noch enmach, desselben sol er sich ovzzen vnd sol in dhein hilfe bieten wider enen, all di weil, vnd der frid wern sol. Tv̊t er ez darvber, so hat er den frid zebrochen.

41. Swer in dem hantfrid geleidigt wirt, der sol daz an chlag niht rechen. Tv̊t er daz, so ist er fridbræch.

42. Ob tswischen [1]) zwein veinden frid gemachet wirt, vnd einer vnder in sin mag, oder vmb solt, hilfe bivtet ovf den andern in der zît, vnd der frid wern sol, er ist fridbræch.

43. Di hertzogen, noch di bischôf, noch dhein rihter sol dhein schedlich lævt mit heirat an sich nemen, daz er si bescherm des gesatzten rehtes, des gerihtes.

44. Swer offenlichen reiset wider ieman, der den frid gesworn hat, den reishovptman sol man enthovpten. Ist daz ein man reiset ovz dem lande vnd daz er an der durichvart ieman schaden tv̊t, vnd den niht bv̊zzet in sehs wochen, den sol er der chlagær bi dem aid vmb den frid ansprechen, vnd sol im den schaden zwir gelten.

45. Swelich æhter chvmpt flvhtiger in eines manes hovs, des hovses herre sol im helfen, daz er darovz an schaden chom, vnd darvmb sol er niht in der æht

1) tsischen. Orig.

sin. Wirt aber der æhter in dem hovs fvnden, vnd sich der wirt niht mach bereden, er enwesse, daz er in der æht wær, so sol man daz hovs vnd den wirt in di æht tv̊n, vnd ste an des rihtærs bescheidenheit, ob ieman mer in dem hovs si, den man darvmb æhten sv̊l, an di hovsfrowen vnd div chleinen chint. Ob ein æhter einen andern æhter, sinen genoz oder sinen v̊bergenoz oder sinen vndergenoz ze dem geriht antwrtet, den sol man ovz der æht lazzen vnd sol vber disen rihten.

46. Diweil ein man in offen banne vnd in der æht ist, so enmag er dhein lehen weder geleihen oder enpfahen. Geschiht ez darv̊ber, ez hat niht chraft.

47. Dhein wertlich rihter sol vmb dhein dinch hintz dheinem pfaffen niht rihten, er werd dann entsetzet von enem bischof.

48. Chloster, chirchen, vrethof, widem, mv̊l sv̊ln gantzen frid haben. Swer si angrîffet, der ist fridbræch.

49. Swer wingarten vnd bovmgarten abhovt, oder nahtes oder tages dar ovz stilt vnd impenvaz ovzbrichet vnd dar ovz stilt, der ist fridbræch.

50. Ez enzol dhein rihtær an dheinem geriht sitzen, er hab den fridbrief bi im dævtsch geschriben, oder er geb dem herren, des rihtær er ist, alsoft er ez v̊berget, fv̊mf pfvnt.

51. Swer mit drævhen oder mit netzen oder mit strikchen oder mit dheiner bereitschaft federwilt væht tages oder nahtes, vnd habich oder sparbær ersteiget, der ist ovz dem frid.

52. Pfaffen, mv̊nichen, wiben sol man rihten nach aller ir chlag an ir vogtes vrag vnd an fv̊rgezoch, swenn si chlagen, daz der frid an in zebrochen si.

53. Ez sol nieman zv des rihtærs noch zv des graven geriht chomen mit harnasch oder mit armsten, oder er sol dem graven oder dem rihtær zehen pfvnt geben.

54. Swer aisch oder weisvng haben wil, der sol des swern, daz er si an vbel list hab.

55. Swer den andern pfendet an vronpoten, der ist fridbræch.

56. Loterpfaffen mit langem har vnd spillævt sint ovz dem frid.

57. Swelich mvͤlner mer nimt, dann daz drîzzigist teil, der sol dem rihtær geben zwen vnd siebenzich pfenning.

58. Swer den andern ansprichet, daz er den frid im zebrochen hab vmb ein dinch, daz vͤber sehs schilling der langen zivhet, hintz des leib sol man rihten, ob er sich niht bereden mach. Ist ob daz dinch vnder sehs schilling, so sol er sich selb dritte bereden oder er sol den schaden zwivaltigen gelten, vnd sol ez dannoch bvͤzzen.

59. Dhein rihtær noch dhein scherig noch dhein ander man sol sich der pfaffen gvͤt nach ir tod niht vnderwinden mit gewalt an sin bischof vnd sin techent. Swer ez anders nimt, der ist fridbræch.

60. Swer den andern rovffet oder in an daz movl sleht oder im einen pævl sleht, oder in mit chnůtteln sleht, daz er in niht wndet, der sol im ein pfvnt geben, vnd dem rihtær zwen vnd sibentzich pfenning, an div chint, div hinder fierzehen iaren sint, vnd an ob ein man oder ein frowe ir ehalten slahent an mezzersleg vnd swertessleg vnd an wnden.

61. Swer den andern wndet an lem, der sol im fvͤr iglich wnden ein pfvnt geben, vnd dem rihter fvͤr di wnden alle ein pfvnt. Man sol hant fvͤr die hant abslahen, vnd ein lid fvͤr daz ander.

62. Swer den andern rovbet an widerbot, den er vor wol gegrůzet hat, vnd sich des selbdritte mit den genanten niht bereden mach, dem sol man di hant abslahen vnd sol den schaden dreistund gelten, vnd der in darvmb ansprichet, der sol des swern, daz er in nicht an můtwille.

63. Swer mezzer in der hosen oder anderswa verholn treit, wirt man des inne, dem sol man ab di hant slahen.

64. Swer einem manne sin chonen hinfvͤrt, der ist in der æht.

65. Schahrovb vnd strazrovb sol dheinen ovfschovb haben. Swen man damit begriffet, da sol man vber rihten.

66. Ez sol ein iglich rihtær in iglicher stat vnd in iglicher pfarre mit æhten, den besten vnd den tivrsten, bi dem aid vor der chirchen den chovf setzen vnd das lon smiden, webærn, sneidærn, schůchstærn, madærn, zimberlævten vnd den andern allen, vnd swer mer nimt, dann im gesetzet ist, der sol dem rihtær alsoft zwen vnd sibenzich pfenning geben.

67. Ez pfendet ein iglich man sinen holden vnd sinen hindersætzen wol an vronboten vmb sinen zins vnd vmb sin gůlt.

68. Swer disen frid nit swern wil, der ist ovz dem frid, vnd sol man im von nieman dhein reht tvͤn, vnd sol allen chlagen von im daz reht tvͤn. Swes an disem brief vergezzen ist, daz sol man nach dem alten reht rihten. Vnd daz dirre frid stæt vnd vnbechrenchet beleib, so ist dirre brief versigelt mit vnserm insigel, vnd mit der vorgenanten fvͤrsten insigeln, di den frid gesworn habent. Dirre frid ist gestætet vnd gesworn ze Regensburch, do von vnsers herren gebvrt was zwelifhvndert iar vnd einz vnd ahzich iar, an dem ahten tag der zwelif boten sand Peters vnd sand Povls.*)

*) Die Sigel des Königs und des Herzogs Ludwig sind ziemlich gut erhalten, das des Herzogs Heinrich fehlt.

Abdrücke: Olenschläger Erläut. der Aur. bulla. S. 127; Pertz monum. Germ. IV, 427; Freyberg Gang der bayer. Gesetzgeb. am Schlusse.

141. König Rudolf erklärt, es sei in dem Sühnevertrag zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich bestimmt worden, dass ihnen, wenn sie in seinem und des Reichsdienst abwesend sind, daraus kein Nachtheil erwachsen soll.

Nürnberg am 16. Juli 1281.

Nos Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presentium profitemur et publice protestamur, hoc in tractatu concordie, quam inter illustres L. et H. fratres, comites palatinos Reni, duces Bawarie, principes nostros karissimos celebrauimus, inter cetera fore habitum et tractatum, quod quicumque predictorum principum in nostris et imperii seruitiis absens fuerit, nullum sibi debeat per alium in iure suo preiudicium generari, et si alter eorundem principum sine fraude et dolo extra terminos ducatus sui absens fuerit, per officiales suos formam predicte concordie faciet inuiolabiliter obseruari. Si vero in eiusdem absentia contra tractatum concordie sepe dicte quicquam actum fuerit, hoc iidem officiales suo domino nunciabunt, vt ipse in suo reditu defectus huiusmodi corrigat et emendet. Vnde damus has nostras litteras in testimonium super eo. Datum Nurenberg XVII kalend. Augusti, indictione IX, anno domini MCCLXXXI, regni vero nostri anno VIII*).

142. Die Bierbräuer zu Regensburg verpflichten sich, dem Herzog Ludwig alljährlich 100 Pfd. Pfenninge zu bezahlen.

Regensburg am 19. Juli 1281.

Nos Heinricus dei gratia ratisponensis ecclesie episcopus vniuersorum notitie per presentes litteras volumus esse notum, quod braxatores ratisponenses cum illustre principe domino Lodwico comite palatino Reni duce

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Das Majestäts-Sigel ist stark beschädiget.

Bawarie compatre nostro predilecto coram nobis, ut eos in suis iuribus tueatur, huiusmodi pactum hoc tempore inierunt, quod proxima dominica post instans festum beati Jacobi apostoli quadraginta libras denariorum, in subsequenti festo beati Egidii quadraginta libras denariorum, et in proximo secuturo festo beati Michahelis similiter quadraginta libras denariorum, ita quod centum viginti librarum numerus denariorum ratisponensium compleatur, sibi persoluent integre et complete, alioquin, si negligentes in solutione dicte summe fuerint, quodcumque damnum ipse dominus dux ex hoc receperit, sibi compensare satisfactione debita tenebuntur. In cuius rei testimonium presentem litteram ad instantiam et peticionem dictorum braxatorum nostri sigilli robore iussimus communiri. Datum Ratispone anno domini MCC octogesimo primo, XIIII kalend. Augusti.

143. König Rudolf belehnt auf die Bitte des Herzogs Ludwig dessen zwei Söhne Ludwig und Rudolf mit den Fürstenthümern und übrigen Reichslehen der Art, dass sie dieselben mit den Nachgebornen gleichheitlich theilen.

Nürnberg am 1. August 1281.

Rudolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus vniuersis sacri imperii romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Romani decus imperii in principibus quasi columnis egregiis, quibus innititur mirifice soldidatum, nobilioris decoris ornamentum induit, dum iidem principes in suo uigore durabilioris permanentie suscipiunt incrementum, nec ipsum imperium posset persistere sed minaretur confractis parietibus ad ruinam, si status principum tenderet ad occasum. Volentes igitur in filiis illustris L. comitis palatini Reni ducis Bawarie, principis nostri karissimi ruine huiusmodi salutari remedio obuiare, ad

uniuersos presentis etatis homines et future volumus peruenire, quod idem dux Bawarie in nostra presentia constitutus ad manus nostras libere resignauit principatus et omnia alia feoda, que a nobis et romano imperio tenuit et possedit, deuote supplicans nostre regie maiestati, quod sibi et *Lodewico* ac *Rudolfo* Lodewici filiis suis [1]) predictos principatus et feoda clementer concedere dignaremur [2]). Cuius nos precibus et instantia annuentes eidem principi nostro et suis filiis prenotatis principatus et omnia feoda, que vel quos a celsitudine nostra et imperio tenuit, habuit et possedit, in feodum concessimus et concedimus et eosdem inuestiuimus et inuestimus sollempnitate debita de eisdem, voluit tamen predictus princeps noster et sic etiam de ipsius consensu et beneplacito memoratam inuestituram ualere uolumus, et eidem talem legem imposuimus, quod prefati principis nostri filii supradicta feoda et omnia bona sua paterna pariter et materna, cum ad eos deuenerint, reliquis memorati sui patris liberis, quos iam habet vel successu temporis ex illustri.. filia nostra, thori sui consorte clarissima procreauerit, condiuidere et per omnia in premissis omnibus et singulis ipsis equam legem in diuisione seruare. Quod quia predicti fratres approbauerunt, laudauerunt et se non contra uenturos aliquo tempore promiserunt in nostra et infra scriptorum presentia in euidens et perpetuum omnium premissorum testimonium sigilla venerabilium.. *babenbergensis*, ..*herbipolensis* episcopruum et abbatis *vuldensis* ac illustris L. ducis predicti vnacum nostro sigillo presentibus sunt

1) Ludwigs dritter Sohn, der nachmalige Kaiser, war demnach damals noch nicht geboren.

2) Diess lag auch im Interesse des Königs, der ebenso wie der Herzog besorgte, dessen ältester gleichnamiger Prinz möchte seinen Stiefbruder Rudolf von der Erbfolge ausschliessen, welche nun auch denen zugesichert wurde, welche noch in der Folge geboren würden.

appensa. Testes vero huius rei sunt honorabiles viri magister *G. patauiensis* prepositus, noster prothonotarius, magister Andreas *werdensis* prepositus, noster notarius, illustris Hartmannus comes de *Habsburch* filius noster, nobiles uiri Hermannus comes de *Hennenberch* 1), F. burggrauius de *Nurenberg*, Gebhardus comes de *Hirzperch*, Heinricus marchio de *Burgawe*, Berhtoldus comes de *Graifspach*, Eberhardus comes de *Catzenellenboge*, Fridericus comes de *Trůhendingen*, Fridericus lantgrauius de *Liukenberg* et F. filius suus, Chrafto et Gotefridus de *Hohenloch*, Eberhardus et Vlricus de *Slůzzelberch*, Hadmarus de *Laber*, Herdegeno de *Grindelah* 2), Hiltprandus marscalcus de *Bappenhaim*, Chunradus de *Ernuels*, Ch. de *Paulstorf*, Dietricus de *Wildenstain*, Eberhardus de *curia* et Heinricus de *Parsperch* ac quam plures alii fidedigni. Datum Nurenberg kalendis Augusti, indictione IX, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, regni vero nostri anno octauo*).

144. König Rudolf belehnt den Herzog Ludwig mit den durch den Tod des letzten Grafen von Moosburg eröffneten Reichslehen.

Nürnberg am 23. August 1281.

Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus vniuersis sacri imperii romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Illustrem L. comitem palatinum Reni, ducem Bawarie principem et filium nostrum karissimum specialis dilectionis

1) Henneberg, Stammschloss der davon zubenannten Grafen im Ldg. Münnerstadt, längst Ruine.

2) Gründlach im Ldg. Erlangen.

*) Nach dem Orig. im k. Staatsarchive.

Von den an verschiedenen Schnüren hängenden Sigeln fehlt jenes des Herzogs Ludwig.

Abdrücke: Oefele II, 104; Fischer kl. Schr. II, 515; Scheidt Origg. III. praef. p. 66; Arndt Samml. v. Staatsschr. IX, 227.

priuilegio prosequentes sibi omnia feoda, que nobis et imperio ex morte quondam C. comitis de *Mospurga* 1) vacare ceperunt, liberaliter duximus concedenda et ipsum infeodamus benivole de eisdem, vnde damus ei has litteras in testimonio super eo. Datum Nurenberch X kal. septembris, regni nostro anno VIII°.*)

145. Landgraf Heinrich von Leuchtenberg verkauft an Herzog Ludwig seinen Theil der Grafschaft nebst Gericht und Geleit.

Nabburg am 18. November 1282.

Nos Heinricus 1) langrauius de Leukenberge, filius *Gebhardi* quondam langravii felicis recordationis, omnibus scripta presentia visuris et audituris salutem et credere subnotatis. Gesta hominum cum hominibus quidem mutabilia, ut posteris et exteris intimentur, scripture testimonio adiuuantur. Igitur notitie vniuersorum tam presentium, quam futurorum declaramus et publice presentibus protestamur, quod domino nostro Lodwico illustri principi, comiti palatino Reni, duci Bawarie et preclare domine *Mehthildi* vxori eius, serenissimi Romanorum regis filie, necnon heredibus eorundem partem comicie 2) nostre in *Livkenberge*, iudicium et conductum eidem comicie annexum, que paterna successione et

1) Mit dem Grafen Konrad erlosch i. J. 1281 das mosburgische Haus. Die Lehen, welche es vom Reiche trug, sind nicht näher bekannt.

*) Das halb zerstörte Majestätssigel hängt an.

1) Von diesem Heinrich, welcher Domherr in Regensburg war, ist wenig bekannt.

2) Nicht die Landgrafschaft, das Territorium hat Heinrich verkauft, wie man geglaubt hat, sondern die Grafschaft, das landgräfliche Amt.

S. Gesch. der Landgr. Abhdl. d. III. Kl. der Academ. VI. Abth. I, 41.

iure hereditario nos contingunt, vendidimus et tradidimus de consensu karissimi nostri fratris *Friderici*[1]) ivnioris langravii, pro centum nonaginta libris denariorum ratisponensium bonorum et vsualium cum omnibus iuribus et dignitatibus, quesitis et inquirendis, prout nobis conpetebant, perpetuo possidenda, renunciantes omni iuri simpliciter et precise, quod nobis in premissis, videlicet comicia, iudicio et conductu hactenus conpetere videbatur, eaque in memoratum dominum nostrum, vxorem suam et heredes eorundem transtulimus et transferimus per presentes. In cuius rei testimonium presentes conscribi fecimus et pendentis sigilli nostri munimine roborari cum testibus subnotatis, qui premisso contractui interfuerunt, qui sunt. Vlricus de *Perge* marscalcus et vicedominus, Chůnradus senior de *Pavlstorf*, Kalhohus de *Chvrn*, Albertus de *Murach*, Otto et Wolfhardus dicti *Zengarii*, Herdegenus de *Parchstein*, Fridericus de *Durrenloch*[2]), Heinricus dictus *Celler*, Chvnradus de *Solbach*, milites. Hertnidus de *Tewrn*[3]), Marquardus de *Trautenberch*, Chvnradus ivnior *Paulstorfarius*, Vlricus de *Chaltental*[4]), Wolfhardus de *Etelndorf*[5]), Wernherus de *Vlsenbach*[6]), Marquardus dictus *Wildo*, Albero de *Plankenvels*, Chvnradus de *Vronberge*[7]), Albertus de *Pvchpach*[8]) et plures alii fidedigni. Scriptum *Nappurch* anno domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, in octava beati Martini.*)

1) Jener Friedrich, der Mönch im Kloster Aldersbach war.
2) Dürrenloh in der Nähe von Wunsiedel.
3) Theuern in der Nähe von Amberg.
4) Kaltenthal im Ldg. Nabburg.
5—6) Edeldorf u. Ilsenbach, Ldgs. Neustadt a. d. Waldnab.
7) Fronberg im Ldg. Burglengenfeld bei Schwandorf.
8) Puechbach bei Burglengenfeld, Sitz der Puechbecken.
*) Das fast ganz gut erhaltene Reitersigel hängt an.
Abdruck: Scheidt bibl. hist. Gött. p. 207.

146. König Rudolf und Herzog Ludwig treffen Vorkehrungen zur Unterdrückung der Räubereien in Bayern und Schwaben.

Augsburg am 29. Dezember 1282.

Nos Rudolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Ludewicus eadem gratia comes palatinus Reni, dux Bawarie tenore presentium profitemur et scire volumus vniuersos, quod nos super pace conseruanda in *Bawaria* et *Sweuia* conuenimus in hunc modum, quod quicumque aliquem de Sweuia in Bawaria spolium committentem uel alias delinquentem in strata uel extra stratam per vnam noctem scienter tenuerit, pro reo satisfaciet et tenebitur loco rei. Si vero negauerit, tenuisse se talem, manu tertia purgare se debet, uel culpabilis iudicatur, eodem per omnia obseruato, si in Sweuia de Bawaria uel de loco alio in similibus delinquatur. Sunt autem in parte Sweuie superiori ex parte regia Volkmarus de *Kemenata*, aduocatus augustensis, et fratres de *Schellenberch*, in inferiori vero parte Sweuie dictus... *Gusse* et Vlricus dictus de *Eychen*,[1]) in Bawaria vero super *Augustam*[2]) ex parte nostra, comitis palatini scilicet, Winhardus de *Rorbach*, Chunradus de *Wildenrode* ac vicedominus, in inferiori autem parte versus *Danubium* Sciltpergarius, dictus Spet de *Vemmingen* et ibidem vicedominus, electi et denominati pro iudicibus et seruatoribus huius pacis, ad quos recursus habebitur, cum contra pacem aliquid attemptatur, et hii, qui in Bawaria sunt, superius nominati, auctoritate eis per nos comitem palatinum tradita, corrigent omnia, que in Bawaria committuntur adiutorio nobilium, militum et ciuitatum et aliorum in Bawaria existentium, qui etiam ad mandatum nostrum, comitis scilicet palatini, de hoc iuramentum prestabunt, et si auxilium denominatorum in

1) Aichen im wirtemb. OA. Waldsee.

2) Dieser Landfriede bezog sich nur auf das östliche Schwaben und westliche Bayern. S. Stälin II, Note 46.

Sweuia super correctione et iudicio nocentium eguerint et ab eis illud requisierint, illi cum nobilibus, militibus et ciuitatibus Sweuie istis auxilium exhibebunt. Si vero in Sweuia delinquitur contra pacem, denominati superius in Sweuia illud corrigent et reformabunt, et nobiles, milites et ciuitates Sweuie super hoc per dictos conseruatores pacis seu iudices requisiti prestabunt eis ad hoc efficaciter toto posse auxilium et iuuamen, et nos rex Rudolfus de eo volumus per ipsos nobiles, ministeriales, milites et ciuitates Sweuie iuramentum prestari et nichilominus, si necesse fuerit, nominati siue electi in Bawaria istis suum debent auxilium cum incolis Bawarie impertiri. Et quod predicti tam in Bawaria quam in Sweuia premissa fideliter exequantur et cuncta agant, faciant et ordinent, que pro pace sunt necessaria et vtilia, super quibus ipsis plenam auctoritatem committimus, iidem prestiterunt publice iuramentum. Et in istorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Auguste IIII kalendas Januarii, indictione XI, anno domini MCCLXXX secundo.*)

147. Der Bischof Heinrich von Regensburg und der Burggraf von Nürnberg treffen eine Ausgleichung zwischen den Herzogen Heinrich und Ludwig.

Regensburg am 30. November 1283.

Nos Heinricus dei gracia ratisponensis episcopus et Fridericus burchgrauius de Nůrnberch arbitri seu arbitratores super causis et questionibus, que inter illustes dominos L. et H. duces *Bawarie* vertebantur, arbitrando

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Es hängt nur noch das Reitersigel des Herzogs an.
Abdrücke: Oetter von d. Ministerial. S. 275; Bibl. goett. p. 209; Fischers Despotis. im Anh. S. 119; Pertz mon. IV, 412.

pro bono concordie diffinimus, quod priuilegium statutorum, quod incipit »conditor humani generis«, et cuius terminus usque ad instans festum natiuitatis domini se tantummodo extendebat, per omnes suas clausulas usque ad purificationem beate uirginis nunc venturam debeat in vigore pristino per predictos dominos duces et quoslibet ipsorum homines ac seruitores firmiter obseruari. Item uterque dominorum ducum super satisfactionibus incendiorum et rapinarum a festo beati Jacobi nunc elapso usque in hodiernum diem beati Andree apostoli vtrimque illatorum suum primogenitum [1]) obligauit ita, quod dominus *Otto* [2]) filius domini H. ducis, Albertus comes de *Hals*, Vlricus de *Abensperch*, Chůnradus de *Preising* et Heinricus de *Mosdorf* in *Yserekke* [3]) nulla monitione preuia in octaua epyfanie domini nunc ventura ad obstagia se recipiant sub promisso fidei nobis date nec abinde recedere debeant vllo modo, donec iuxta tenorem prioris priuilegii inter ipsos duces confecti de predictis dampnis fuerit satisfactum. E conuerso dominus *Lůdwicus* filius domini L. ducis, Chunradus de *Lůpurch*, Winhardus de *Rorbach*, Wichnandus de *Eyringspurch* et Berhtoldus de *Schiltperch* in octaua eiusdem epyfanie usque ad satisfactionem eorundem dampnorum se nomine obstagii similiter recipient apud *Dachow*. Item statuimus, ut predicti domini duces in crastino epyfanie domini *Ratispone* debeant placita mutuo obseruare super exsoluendis dampnis incendiorum et rapinarum ac aliis causis inibi terminandis. Stabitur etiam ibidem ab utraque parte sententiis illorum octo ad hoc communiter electorum sic, quod in quocumque ipsos contigerit discordare, nos habeamus decidendi plenariam potestatem.

1) Nämlich Ludwig, der i. J. 1290 in einem Turniere zu Nürnberg sein Leben verlor.

2) Der nachherige König von Ungarn, der i. J. 1261 geb. und 1311 gestorben.

3) Isarekk in der Nähe von Moosburg.

Statuimus etiam, ut Chunradus de *Poulstorf* et Chunradus de *Swarzenburch* super omnibus causis, quas tam ab antiquo, quam de nouo ad inuicem asserunt se habere, in proximo placito debeant vicissim iustitiam exhibere. Item statuimus, quod per prefatos duces efficaciter procuretur, ut usque ad purificationem beate virginis affuturam super questionibus quibuscumque per homines seu quoslibet seruitores eorundem treuge inuiolabiles obseruentur, et quod omnes captiui adhuc detenti infra octo dies ab utraque parte liberi dimittantur, alioquin primogeniti predictorum ducum moniti per nos episcopum in premissis locis obstagia subintrabunt, remansuri in eisdem, donec omnes captiui fuerint absoluti. Item ex parte domini L. ducis iurabunt Vlricus vicedominus de *Lenguelt*, Chunradus de *Paulstorf* et *Chunradus* filius eius, Ditricus de *Wildenstein*, R. de *Chv̊rn*, Al. de *Mvrah*, duo *Stralnueldarii* fratres, *Reisaherius* et iudex de *Niunburch*, de parte vero domini H. ducis Al. de *Straubing* vicedominus, Vl. dapifer de *Ekkenmůl* et H. frater eiusdem, Chunradus de *Swarzenburch* et filius suus, Chunradus de *Satelpogen*, *Schonnsteinarius*, Jordanus de *Mvrah*, pincerna de *Flugelsperch*, H. de *Rorbach* et iudex de *Chambia* pro se et suis, quod durantibus treugis ab omnibus dampnis omnino debeant abstinere. Si uero dampna, si qua, quod absit, fuerint medio tempore irrogata, retractata non fuerint infra dies XIIII^{cim} subsequentes, ad ammonitionem vicedomini, qui in suo vicedominatu dampna huiusmodi est perpessus, vicedominus partis alterius necnon auctores, qui per se uel per seruitores suos dampna talia intulerunt, Ratispone tenebuntur ad obstagia exsoluenda, donec exhibita fuerit congrua satisfactio de illatis. Debent etiam ambo vicedomini memorati in prohibendis dampnis mutua adiutoria sibi inuicem exhibere sub astrictione prestiti iuramenti, et si quis eorum ad hoc per alterum postulatus suum adiutorium denegauerit exposcenti, ille si-

militer erit obstagio obligatus. Inclusum est etiam iuramento vicedominorum, quod de vniuersis et singulis dampnis a die Jacobi usque hodie irrogatis inquisitionem habeant diligentem et eadem in scriptis nobis presentent in placitis proximo obseruandis. Si quis uero pro subterfugiendis dampnorum satisfactionibus a parte vnius ducis ad partem alterius voluerit se transferre, idem nullatenus debet recipi ob hanc causam. Item si alterum predictorum ducum a prefata die placitorum nisi legitimo impedimento detentus fuerit, se contingat aliqualiter absentare, filius eiusdem adiunctis sibi quatuor predictis obstagium subintrabit die proxime subsequenti nulla ammonitione aliquatenus precedente. Insuper in proximis placitis nobis reseruamus omnem, quam hactenus habuimus, arbitratoriam potestatem super hiis et omnibus aliis iam tractatis. Et ut premissa omnia firmiter obseruentur, presens scriptum fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum Ratispone anno domini MCCLXXXIII, in die beati Andree apostoli.*)

148. Das zum Austrage der Streitigkeiten zwischen dem Erzbischof von Salzburg und dem Herzog Heinrich erwählte Schiedsgericht beurkundet, dass letzterer den dazu festgesetzten Termin versäumt habe, was mit einer Strafe von 1000 Pfund Pfenningen belegt worden war.

Raitenhaslach am 7. Dezember 1283.

Nos dei gracia Henricus ratisponensis et Gotfridus patauiensis ecclesiarum episcopi tenore presentium profitemur, quod cum inter venerabilem in Christo patrem dominum F. sancte *salzburgensis* ecclesie archiepiscopum ex vna et illustrem dominum H. comitem palatinum

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Beide Sigel sind ziemlich gut erhalten.
Abdruck: Ried cod. nr. 623.

Reni, ducem *Bawarie* ex parte altera super causis sev questionibus alteri motis ab altero foret aput cappellam dictam *Celle* anno domini M°CC°LXXXIII°, XVII kal. Octobris sub forma huiusmodi compromissum.

Nos H. dei gracia palatinus comes Reni, dux Bawarie presentibus profitemur, quod cum inter nos ex vna parte et reuerendum in Christo patrem et dominum nostrum F. venerabilem salzpurgensem archiepiscopum ex parte altera super diuersis controuersia fuisset suborta, nobis aspirantibus ad concordiam submisimus nos venerabilibus patribus et dominis H. *ratisponensi* et G. *patauiensi* episcopis, necnon domino Meinhardo inclito comiti *Tirolis et Goricie*, qui tamquam pacis zelatores voluerunt et consuluerunt, vt nos arbitris sev arbitratoribus deberemus committere in hac parte, quod et nobis cepit, ut debuit, complacere. Sane super omnibus questionibus iam dudum motis inter nos ex preterito et vbicumque ventum est contra insrumentum super nostra conplanatione iam dudum in *Ehartingen* editum et de dampnis quibuscumque mutuo irrogatis postea ex parte domini nostri archiepiscopi salzpurgensis in venerabilem patrem dominum *seccouiensem* episcopum et strenuum virum dominum O. de *Liehtenstein*,[1]) ex parte vero nostra in dominum *Popponem* venerabilem abbatem de *Altah* et fidelem nostrum Vlricum de *Abensperch* de consilio predictorum ex vtraque parte voluntarie exstitit compromissum, adiunctis predictis arbitris pro mediatore sev vberman venerabilibus patribus ratisponensi et patauiensi episcopis ita, quod vicem vnius persone teneant et sic sententia arbitrii preualebit, quam omnes dixerint uel que per maiorem partem dicta fuerit et prolata, et promittent prefati, quod pronunciabunt bona fide, odio, fauore, timore, gratia relegatis, et vterque nostrum

1) Ueber dieses ansehnliche oesterreich. Edelgeschlecht: Hanthaler fasti II, 72.

stabit et parebit pronunciacioni contra se uel pro se facte sub pena, que inferius continetur. Ceterum de castro *Hohenstayn* [1]) taliter extitit ordinatum, vt in loco et die infra positis dominus noster archiepiscopus salzpurgensis ducet viros nobiles Wernhardum de *Schowenberch*, Vlricum de *Taufers*,[2]) Ot. de *Liechtenstein*, Chunonem de *Gutrat*, H. de *Radekke*[3]) et Vlricum de *Wispach* marscalcum, nos vero ducemus Al. comitem de *Hals*, Vlricum de *Abensberg*, Al. de *Vrowenhouen*, Ch. de *Prisingen*, Al. *Closingerium*[4]) et Albertum vicedominum de *Rota*, qui sicut et predicti arbitri in crastino sancti Andree apostoli conuenient apud *Retenhaselach* vna nobiscum et premisso iuramento, quod nichil facient in causa ob timorem, odium, gratiam uel fauorem, pronunciabunt de dicto castro, quod in animas suas esse viderint pronunciandum legali consuetudine terre Bawarie obseruata, principales vero persone ratisponensis et patauiensis episcopi, si adesse non potuerint, habent potestatem prorogandi dictos tractatus sine malo ingenio pro tempore, quo eis visum fuerit expedire. Item si dominus noster venerabilis archiepiscopus salzpurgensis legitimis impeditus obstaculis, puta vocatione regia, debilitate uel simili, que iuxta moderationem prefatorum episcoporum debeant absentiam alterius excusare, tunc etiam potestatem habent prorogandi, prout postulauerit necessitas partium et ipsi fuerint moderati. Si vero aliquis aliorum arbitrorum sev arbitratorum aut diffinitorum de castro Hohenstein adesse non potest sine captione, tunc prefati domini episcopi alium nominabunt et sub-

1) Markwartstein im Ldg. Traunstein. S. Juvavia S. 367 Note b.

2) Taufers im Pusterthalerkreise.

3) Das verfallene Schloss Radekk hinter dem Plainberg bei Salzburg.

4) Die Klosner besassen Gern zu Lehen von den Herzogen.

stituent, quem putauerint ydoneum et legalem. Vt autem premissa procedant, quemadmodum in scriptis est conprehensum, talis pene vallatio intercessit, quod pars non conparens in crastino sancti Andree apud Raytenhaslach, nisi terminus esset per episcopos prorogatus aut non parens decisioni promulgate per arbitros sev arbitratores questionum mutuarum sev diffinitorum questionis castri de Hohenstein, parti presenti erit in mille libris denariorum wienensium obligata, pro quibus vice pignoris sev ypotece obligauimus redditus nostros dominicales, quos nunc habemus in hofmarchia nostra *Swelenpach* apud *Spitz* uel alibi in *Austria*, dominus vero noster archiepiscopus salzpurgensis pro simili pena M. librarum denariorum obligauit nobis tantundem de redditibus in *Arnsdorf* et alibi, sub iam positis condicionibus atque pactis fiet autem assignatio vtrique parti possessionum sev redituum infra mensem per manus dominorum episcoporum predictorum et defendentium per illustrem Al. ducem Bawarie[1]) pro vsibus illius, cui fuerint assignate ita, quod partium accedente consensu, si possessiones tales domino nostro archiepiscopo saltzpurgensi fuerint assignate, idem dux Austrie securabit prestando conductum fructus et obuentiones usque *Salzpurgam*, et nobis si assignatio facta fuerit, usque *Patauiam* fructus huiusmodi similiter securabit salua actione vtrique parti nichilominus remanente. Item que questio inter nos et dominum archiepiscopum prefatum prius rite mota fuerit uel non, uel que pars contumax censenda sit uel rebellis, talis examinatio pendebit in arbitrio predictorum episcoporum et eorum decreto stare promittimus in hac parte. Datum in Cella apud Antesen anno domini M°CC°LXXXIII°, XVII kal. Octobris.

Predictus dominus archiepiscopus die et loco in conpromisso contentis comparuit cum personis sev ar-

1) Verschrieben für Austrie.

bitris, arbitratoribus, siue amicabilibus conpositoribus denominatis in ipso conpromisso, Vlrico de Wispach dumtaxat excepto, qui, quod pre contraria corporis valitudine conparere non posset, venerabilis domini *kymensis* episcopi et Chunonis de Gutrat iuramentis extitit expurgatus, supradicto domino H. duce Bawarie nec cum arbitris nec sine arbitris veniente, sed per nuncios suos cum instantia postulante in crastinum sancti Andree crastini[1]) per ipsum dominum archiepiscopum prorogari placitum supradictum. Quod cum idem dominus archiepiscopus admittere recusaret ex eo, quod prout asseruit, non erat in eo, sed in nobis potius ex compromissi virtute terminum prorogare, dominus Chunradus *monasteriensis* prepositus, ipsius ducis clericus, procuratorium quoddam sigillo dicti domini ducis signatum a tergo eodem die circa meridiem produxit, quod lectum fuit in presentia ipsius domini archiepiscopi et venerabilium patrum dominorum predicti kyemensis et seccouiensis episcoporum et quamplurium aliorum videlicet arbitrorum seu arbitratorum eiusdem domini archiepiscopi in conpromisso superius expressorum. Cuius procururatorii tenor talis est.

Nos H. dei gratia palatinus comes Reni, dux Bawarie presentibus profitemur, quod nos dilectum nobis Chunradum honorabilem prepositum monasteriensem legitimum procuratorem nostrum constituimus in causa, que uertitur inter dominum nostrum F. venerabilem archiepiscopum salzpurgensem ex vna parte et nos ex altera, vt possit secundum instrumentum inter nos confectum apud Antesen Celle proponere, respondere, in arbitros sev arbitratores nominatos in instrumento conuenire et eos mutare sev alios eligere, si placuerit, pacisci, transigere, iurare, appellationem et omnia nostro nomine facere, que in dicto negocio fuerint facienda, dantes

1) crastini ist ohne Zweifel zu tilgen.

ei potestatem, generalem et mandatum speciale ad omnia, per que dictum negotium poterit expediri, ratum et gratum habituri, quicquid prefatus procurator noster egerit in hac parte, nos sub ypoteca rerum nostrarum ad soluendam diffinitionem, si opus fuerit, obligantes. Datum Ratispone anno domini M°CC°LXXXIII°, in vigilia beati Andree.

Dicente predicto Chunrado, quod paratus erat, vice domini sui procuratorii nomine procedere, prout in mandatis habuit, secundum formam conpromissi et arbitros eligere, quia vnicus tantum de denominatis in conpromisso aderat videlicet abbas altahensis et quod dominus suus propter communia terre negotia, immo terre necessitatem cum suis arbitris venire non poterat illo die scilicet in crastino beati Andree, predicta similiter affirmauit petens uel prorogari conpromissum in diem sequentem uel cum ipso tamquam cum procuratore, qui paratus erat procedere, negotium aggredi et in ipso procedi, dicebat tamen, quod ex quo nos ratisponensis episcopus nondum veneramus, qui vna nobiscum patauiensi episcopo fuimus loco vnius persone in compromisso electi procedi non poterat, licet per nos predictum ratisponensem episcopum non steterit, quominus in predicto termino veniremus, sed potius per ipsum ducem et fratrem eius et communia terre negotia, nec nos patauiensis episcopus aliquid agere potuimus sine ipso domino ratisponensi episcopo, immo vtriusque nostrum officium, nisi quo ad prorogationem nullum erat nisi arbitris nequeuntibus concordare. Sed supradicto domino nostro salzpurgensi dicente uerum, quod in eius non erat prorogare terminum, sed in nostra verius potestate, nec cum ipso Chunrado procedere poterat uel habebat, cum nullam causam haberet cum eo nec tamquam cum procuratore, cum dominus suus cum suis arbitris dictis et denominatis in ipso conpromisso conparere deberet et certe cause in conpromisso fuerint expresse, qui absentiam alterius poterant excusare, sepedictus Chunradus

cum aliis domini ducis nunciis protestabatur, quod erat paratus, nomine domini sui procedere in compromissi negotio et quod non stabat per eum, domino archiepiscopo similiter protestante, quod et ipse paratus erat procedere, si dominus dux cum suis, prout tenebatur, arbitris sev arbitratoribus illo die venisset, sed ex quo nec ipse nec arbitri sui venerunt, nec aliqua de expressis in compromisso impedimenti causis fuerat allegata, idem dux ceciderat in conmissum. Et sic recedentibus dicto Chunrado et alii domini ducis nunciis venerabilis seccoviensis episcopus in presentia domini salzpurgensis archiepiscopi viua voce ex parte ipsius domini archiepiscopi iniunxit plebano de *Muldorf*[1]) et Sifrido canonico in *Volkmarcht*, vt sequerentur dictum prepositum et ab eodem peterent copiam procuratorii, qui hoc inplentes petiuerunt copiam, sed habere non potuerunt, prout in dictis testium super hoc productorum plenius continentur. Sequenti vero die venit idem dux ad locum in conpromisso expressum cum quibusdam suis arbitris offerens se paratum secundum conpromissi tenorem procedere adiciens, quod propter colloquia, que pro terre necessitate necessario cum fratre suo gerebat, que si etiam non fuissent habita, tota terra certo fuisset subiecta periculo die precedenti nequiuit adesse nec per eum stetisse, quominus venisset cum suis arbitris die debito precedente, quod ex eo dicebat liquido apparere, quod ab hora conpletorii in die beati Andree de ciuitate ratisponensi recedens totaque nocte in maxima niuium tempestate, que tunc vias obduxerat, elaborans vsque ad meridiem diei sequentis nouem rastas, que faciunt decem et octo miliaria non legalia, sed tevtonica, quod tunc pro cursore satis fuisset, conpleuisset. Verum predicto domino archiepiscopo respondente, quod illud conpromissum per lapsum temporis expirauerat et

1) Die Stadt Müldorf in Oberbayern.

ab hoc secundum illud procedi non poterat et petente primo pronunciari per nos secundum formam conpromissi de pena, quam dictus dux se negauerat incidisse, eodem vero duce quampluries refutante, quod paratus erat stare omnibus dictis et factis in instrvmento in Celle apud Antesen conprehensis, cum per huiusmodi conpromissum in certam amicitiam et firmam concordiam redierunt. Iterum domino archiepiscopo respondente, quod illud conpromissum modicum conprehendebat, sed longe plures questiones habebat cum ipso duce, que non fuerunt expresse in huiusmodi conpromisso, super quibus, id est si idem dux super omnibus questionibus, quas haberet idem dominus archiepiscopus contra ipsum ducem sub vallatione pene in priori conpromisso posite vellet conpromittere, tunc et non alias vellet ad nouum procedere conpromissum, propter quod idem dux ipsum archiepiscopum dicebat commissum huiusmodi incidisse. Nos super aliquibus articulis scilicet de exhibitione et requisitione procuratorii supradicti et quod magister H. de *Guze,* clericus sepedicti salzpurgensis, in presentia ipsius domini salzpurgensis dixisset ad requisitionem predicti prepositi monasteriensis, quod nollet procuratorium inpugnare, quia de hoc erat questio inter partes et testes recepimus et eorum dicta fideliter conscripsimus prout patet in ipsis dictis sigillis nostris signatis, procuratorium etiam, de quo supra fit mentio, nobis fuit exhibitum, cum singula redigere deberemus in acta, quod ex parte domini archiepiscopi esse aliud dicebatur ab illo, quod per predictum prepositum monasteriensem in crastino beati Andree coram domino salzpurgensi et suis exhibitum, lectum fuit et expositum per H. notarium domini salzpurgensis, aliis ex parte domini ducis sepe sepius nominati dicentibus, quod idem erat, et cum testes super eo iuratos vellemus recipere, aliud nobis fuit exhibitum, quod de verbo ad verbum superius continetur, et ob hoc et alia, que hincinde nobis occur-

rebant [1]) dubia super illa pena tunc temporis in loco prefixo pronunciare nequiuimus, sed de consensu partium earundem et auctoritate ipsarum usque ad dominicam, que proximo cantabitur inuocauit, pronuntiationem huiusmodi taliter duximus prorogandam, quod tempore medio in quocumque loco, quocumque tempore et non vocatis partibus vel eis absentibus sedendo uel stando diebus feriatis uel non feriatis ambo uel vnus nostrum uel uoce alterius sub titulo nostro communi et sigillis possimus pronunciare, arbitrari, diffinire sev dicere, quicquid super ipsa pena secundum conpromissi tenorem viderimus arbitrandum. In quorum testimonium presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri. Actum Reydenhaslach anno domini M°CC°LXXXIII°, in octaua beati Andree.*)

149. Bischof Heinrich von Regensburg und der Burggraf von Nürnberg stiften einen Vergleich zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich.

Regensburg am 31. Jänner 1284.

Nos Heinricus dei gratia ratisponensis episcopus et F. burgrauius de Nůrnberch arbitri seu arbitratores siue mediatores super omnibus causis seu questionibus, que inter illustres dominos *Ludwicum* et *Heinricum* duces Bawarie, homines ac seruitores eorum uertebantur, exceptis causis, principatus ipsorum tangentibus, arbitrando dicimus, statuimus ac etiam diffinimus. **1.** Quod priuilegium, cuius initium est „conditor humani generis", quod usque ad festum natiuitatis domini nunc elapsum se tantummodo extendebat et ab eodem festo natiuitatis usque ad purificationem beate virginis nunc instan-

1) occurrebat. Orig.

*) Von den Sigeln ist nur das stark beschädigte des Bischofs Heinrich vorhanden.

tem per nos statutum fuerat obseruari usque ad festum beati Martini proxime aduenturum per omnes suas clausulas, conditiones et pacta firmum et inconuulsum debeat permanere. **2.** Item super satisfactionibus incendiorum et rapinarum a festo beati Jacobi preterito usque in diem beati Andree sequentem utrimque illatarum primogeniti amborum dominorum ducum se obligauerunt per fideiussoriam cautionem ita, quod dominus *O.* filius domini H. ducis, Al. comes de *Hals*, Vl. de *Abensperch*, C. de *Preising* et H. de *Mosdorf* in *Iserekk* nulla monitione preuia a recessu proximi placiti obseruandi per unum mensem, nisi ex potestate arbitraria aliud duxerimus ordinandum, ad obstagia se recipiant sub promisso fidei nobis date, abinde nullatenus recessuri, donec de dampnis incendiorum et rapinarum, que non sunt in presenti placito retractata, iuxta tenorem proximi priuilegii, inter ipsos duces confecti, fuerit satisfactum. E conuerso dominus *Lůdwicus* filius domini L. ducis, Chůnradus de *Lůpurch,* Winhardus de *Rorbach,* Wichnandus de *Eirenspurch* et Berhtoldus de *Schiltperch* usque ad satisfactionem eorundem dampnorum in predicto termino se nomine obstagii similiter recipiant apud *Dachow.* **3.** Item statuimus, ut predicti domini L. et H. duces inter *Chelheim* et *Sæligenstat* 1) feria secunda post dominicam Letare Jerusalem super dampnis incendiorum et rapinarum alternatim emendandis et aliis causis in presentibus litteris comprehensis simul debeant diem placiti obseruare, in quo sententiis illorum octo ad diffiniendas causas communiter electorum a partibus standum erit, reseruata tamen nobis plenaria potestate decidendi quaslibet questiones, super quibus iidem octo nequiuerint concordare. **4.** In eodem etiam placito ante omnia *Æusenhouærius* et Heinricus de *Rorbach* super omnibus eorum questionibus debent mutuo iustitiam exhibere, pars au-

1) Heiligenstadt bei Neustadt a. d. Donau.

tem non comparens uel rebellis in iustitia acceptanda uel etiam exhibenda perdet omnes causas, quas mouere parti alteri intendebat et nichilominus pars comparens et iuri consentiens in iure suo debet per ambos duces protegi et defendi, et domino H. duci tunc de *Preitenekkærio*[1]) debet exhiberi iustitie complementum. Habebimus etiam potestatem per nuntios uel litteras ambo uel unus ex nobis semel uel pluries, prout expedire uidebitur, ipsa placita prorogandi. **5.** Item satuimus, quod prefati domini duces usque ad crastinum beati Mychahelis proxime affuturum inclusiue super questionibus quibuscumque per homines quoslibet et seruitores eorum procurent efficaciter treugas inuiolabiles obseruari. **6.** Item quod omnes capitui adhuc detenti infra octo dies ab utraque parte liberi dimittantur et dimissi iurabunt pro se et amicis suis a festo purificationis per dies quatuordecim super suis captiuitatibus et dampnis ratione captiuitatum perpessis firmam et perpetuam pacem cum omnibus, qui in eorum captiuitatibus dinoscuntur culpabiles obseruare ita, quod captiui domini H. ducis coram fratre suo et econuerso prestare debeant huiusmodi iuramenta, absoluti tamen erunt, qui talia iuramenta prestiterint coram nobis episcopo supradicto, alioquin primogeniti predictorum ducum moniti per nos episcopum in premissis locis obstagia subintrabunt remansuri in eisdem, donec omnes captiui a festo beati Jacobi usque Andree fuerint absoluti, et si captiui ab ipso festo beati Andree vsque ad festum purificationis beate uirginis dimissi non fuerint infra octo dies, vicedomini utriusque partis tenebuntur ad obstagia exsoluenda in locis inferius super causis aliis deputatis. Item de parte domini L. ducis iurauerunt et iurabunt Vlricus de *Perig* et Vlricus de *Rôrenmos* vicedomini, Chunradus de *Lůpurch*, *O.* de *Lapide*

1) Die Edlen dieses Namens hatten ihren Sitz zu Breiteneck im Ldg. Hemau.

et *Vl.* filius suus, Ditricus de *Wildenstein*, Chalhohus de *Chorn*, Chunradus de *Paulstorf* et Chunradus filius suus, Al. et Jor. de *Mvrah*, duo *Stralueldarii*, Heinricus de *Parsperch*, Marquardus, Heinricus et Vlricus fratres de *Trautenberch*, Rûtlandus et Sifridus de *Peilstein* 1), Fridericus et Vlricus de *Segensperch*, 2) Chunradus *Reisahær*, duo Cholones de *Swarzenekk*, 3) *Michelspergerius*, iudex de *Niunburch*, iudex de *Ritenburch*, Fridericus de *Stouff*, Heinricus de *Preising*, Vlricus, Ditricus et Chunradus de *Starzhousen*, 4) Chunradus de *Ötling*, Heinricus *Mvnstrœr*, Vlricus de *Hilkertshousen*, 5) Arnoldus et Vlricus de *Chamerberch*, Berhtoldus de *Chamer*, duo *Wildenwartærii*, *Chlamsteinarius*, Otto de *Laiming*, iudex de *Vohburch*, iudex de *Phaffenhouen*, iudex de *Aicheh*, 6) iudex de *Dachow*, iudex de *Valchenberch*, 7) iudex de *Aibling* et prepositus de *Chvfstein*, de parte uero domini H. ducis Al. de *Stroubingen* et Al. de *Rota* vicedomini, Vl. de *Abensperch*, Vl. de *Ekkenmûl* dapifer senior, Vlricus et Heinricus filii sui, Chunradus de *Swarzenburch* et filius suus, Chunradus de *Satelpogen*, duo *Pûchpergarii*, Chunradus de *Schônnstein* et *Steinpuhel*, 8) pincerna de *Flugelsperch*, Bruno de *Prennberch*, 9) Karolus et Lœutwinus fratres, Al. vicedominus de *Straubing*, Mussarius iudex de *Monaco*, 10) duo *Chœlblini*, tres *Waldawarii*, iudex de *Chambia*, castellani in *Schônnberch*, *Æizenreutœrius*, Al.

1) Beilnstein im Ldg. Hemau.
2) Segensberg im Ldg. Mitterfels.
3) Schwarzeneck im Ldg. Neunburg.
4) Starzhausen im Ldg. Pfaffenhofen.
5) Hilgertshausen im Ldg. Aichach.
6) Aichach, Ldg.-Sitz.
7) Falkenberg im Ldg. Ebersberg.
8) Schönstein und Steinbühl Ldg. Mitterfels.
9) Brenberg Ldgr. Falkenstein. Dieser, vorher Domherr in Regensburg, verehelichte sich, um den Stamm, der auf ihm allein ruhte, fortzupflanzen.
10) Waldmünchen, Landgerichts-Sitz.

de *Frounhouen*, *Weihsarius*[1]), Heinricus de *Rorbach*, Hærtnidus de *Aiterbach*[2]), Sifridus et Sifridus de *Frounberch*, Hartpertus de *Ahaim*, duo *Aschowarii*, Ortlibus de *Wald*, Chunradus de *Preising*, *Taufchircharius*, *Tunzo*, H. de *Svnching*[3]), Sighardus de *Eglolfsheim*, iudex de *Haidaw*, *Aindorferius*, *Chetnœrius* iudex, iudex de *Ahbach*, Chůnradus de *Hornbach*[4]) et tres filii sui, de *Innchouen*, de *Ærding*, de *Traunstein* iudices, Roumoldus de *Prandberch* pro se et suis, quod durantibus treugis ab omnibus dampnis omnino se contineant et debeant abstinere, absentes autem, si in presentia Al. et Vl. vicedominorum infra dominicam Inuocauit non iurauerint ad prestandum iuramentum, quilibet per suum vicedominum compelletur, alioquin ipsi vicedomini, donec ab omnibus iuratum fuerit, obstagium Ratispone exsoluere tenebuntur sub iuramento prestito per eosdem. **7.** Predicti quoque duces sub promisso nobis facto vicedominos superiorum partium videlicet Vl. de *Rôrnmos* et Al. de *Rota* iurare facient et coram eisdem a subditis eorum procurabunt fieri iuramenta per eos, qui nominatim in presentibus sunt expressi, alioquin Vl. de Rôrnmos in Monaco et Al. de Rota in Lantshůt, donec omnes iurauerint, in obstagio remanebunt. Et si dampna, si qua medio tempore irrogata fuerint, non extiterint retractata infra dies XIIII^{cim} subsequentes ad ammonitionem vicedomini, in cuius vicedominatu dampna huiusmodi sunt illata, vicedominus partis alterius necnon auctores dampnorum, per quos uel per quorum seruitores dampna contigerit irrogari, Ratispone obstagia exsoluere tenebuntur usque ad satisfactionem congruam illatorum. **8.** Debent etiam vicedomini ambarum partium in prohibendis dampnis

1) Nämlich ein Herr von Weichs, wahrscheinlich Konrad, der in jener Zeit mehrmal vorkommt.

2) Aitterbach, drei Stunden von Freising entfernt.

3) Sinching im Ldg. Wörth.

4) Hornbach im Ldg. Rottenburg.

rapinarum et aliorum quorumcumque vicissim mutua adiutoria exhibere sub prestita iuratoria cautione. Si quis autem eorum per alterum requisitus adiutorium suum denegauerit postulanti et raptores publicos insequenti, ille similiter erit ad exsoluendum obstagium obligatus, donec de dampnis fuerit satisfactum. Insuper ipsi vicedomini sub prestito iuramento de dampnis nondum emendatis inquisitionem facient diligentem et eadem in scripto posita nobis in proximo placito presentabunt. Si quis uero pro subterfugiendis dampnorum uel actionum satisfactionibus a parte vnius ducis ad partem alterius migrare uoluerit, idem nullatenus debet recipi ob hanc causam. **9.** Item statuimus ut si dominus L. dux alicui uel aliquibus de familia fratris sui in aliquibus debitis fuerit obligatus, ille uel illi presentiam domini L. ducis accedent pro huiusmodi debitis postulandis, que etiam debita ad talem requisitionem, si de ipsis dubium non fuerit, solui debent infra mensem. Si uero debitum negatum fuerit, vicedominus ipsius ducis tenebitur loco et nomine domini sui de debitis exhibere iustitiam requirenti, quod si neglectum fuerit uel omissum probata requisitione per iuramentum corporale, iudex, in cuius districtu actor residentiam habuerit, capiet pignora sine prohibitione qualibet pro debitis memoratis, prohibens autem pignorum captionem, que tamen ad eximendum dari debent, ad satisfactionem tenebitur debitorum, et si idem soluendo non fuerit ipsius ducis, qui existit debitor, debent pignora occupari. Et hoc ipsum tenendum est econuerso de domino H. duce et familia sui fratris. Pena etiam de pignorum captionibus iam posita tenenda est de non negato debito nec soluto. **10.** Item si qui de familia vnius ducis seruitoribus uel familie alterius in aliquibus debitis teneantur, actores omissis inpignorationibus recursum habebunt ad vicedominos, in quorum districtibus debitores huiusmodi fuerint demorati, super debitis exigendis, et si ipsa de-

bita summam decem librarum attigerint, ipsi vicedomini de debitoribus huiusmodi iustitiam exhibebunt, de debitis autem infra decem libras existentibus de mandato vicedominorum iudices tenebuntur, sine captione celerem et fauorabilem iustitiam exhibere sub pena superius de debitis annotata. **11.** Item si seruitorem vnius ducis per hominem uel seruitorem alterius contigerit uulnerari, vicedomini amborum ducum se interponent pacificando uulnerantem et wlneratum per iustitiam uel amorem, quod si per vicedominos fieri non poterit, et conditio uulnerate persone hoc exegerit, ad illos octo causarum diffinitores uel si isti in hoc deficerent, ad nobiles viros *Prukkpergarium* et comitem de *Hals* uel ad nos, si iidem non sufficerent, deuoluetur factum huiusmodi terminandum. **12.** Item statuimus, ut cuilibet nuntio transeunti terram Bawarie plena securitas ordinetur. Si uero aliquem nuntium vndecumque venientem priuari contigerit sůis rebus, ille dux, in cuius dominio fuerit talis priuatio perpetrata, aut procurabit restitutionem ablatorum uel obligatus erit dampnum patienti de sua camera resarcire. Item quicumque habens castrum siue munitionem nec adherens seruitio alicuius principis maleficium aliquod ad ipsum castrum seu munitionem perpetrauerit et per aliquem vicedominorum obsessus fuerit, neuter dominorum ducum eundem debet recipere uel defendere, sed contra eum ambo procurabunt per suos vicedominos adiutorium exhiberi. **13.** De castro *Trausniht* [1]) taliter diffinimus, quod heredes eiusdem, ad quos dinoscitur pertinere, videlicet *Hosdawarius* et relicta fratris sui *Walturnarii* et pueri ac heredes eorundem illud simul tenere debeant tali modo, quod cessantibus et cassatis omnibus emptionibus prius factis per ambos duces neuter ipsorum ducum a festo beati Georii nunc uenturo

4) Das Schloss Trausnitz im Ldg. Nabburg, wo K. Friedrich der Sch. gefangen sass.

per duos annos illud debeat comparare, nec idem Hosdawarius uel heredes sui a possessione ipsius castri eandem affinem suam uel heredes eius eicere debeat quoquo modo uel etiam ipsa eundem Hosdawarium aut suos pueros econuerso. Attemptans autem eiectionem huiusmodi ius suum perdet ipso facto, quod in eodem castro et quibuscumque attinentiis eiusdem sibi competere uidebatur, in quo etiam iure per utrosque duces pars alia, contra quam attemptata fuerit talis eiectio, defendetur. Neuter etiam ducum in locandis ibidem suis hominibus preueniet suum fratrem, nec ipsis ducibus de eodem castro debent medio tempore dampna aliqua irrogari. **14.** Item vicedomini Vl. de Lenguelt et Al. de Straubing feria II^a^. proxima post Exurge Ratisponam intrabunt ducturi secum de utraque parte octo personas nominatim nobis episcopo in scripto assignatas, que de dampnis rapinarum et incendiorum mutuo coram nobis episcopo iustitiam exhibebunt, quorum si aliqui se absentauerint, procedet probatio impetentium secundum formam in instrumento pristino comprehensam. Et si alter vicedominorum venire non poterit, idem ad quatuor dies premittet nuntium, qui coram nobis episcopo retardationis impedimentum legitimum comprobabit, quo cessante ad diem alium uenient, quem eis duxerimus assignandum. Cautiones autem pro se quilibet exhibebit uel retorquentur ad primogenitos predictorum ducum, sicut superius est expressum. **15.** Item dampna a festo beati Andree usque ad purificationem beate virginis utrimque illata per vicedominos sub premissa pena obstagii ipsis imposita corrigentur. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillis nostris fecimus communiri. Datum et actum Ratispone anno domini MCCLXXX quarto, II kal. Februarii. Nos etiam L. et H. duces Bawarie pro reformanda inter nos fraterni amoris et concordie vnione in premissa omnia consentimus et ea nichilominus approbamus presentes

litteras in approbationis testimonium sigillorum nostrorum munimine roborantes. Datum anno, die et loco ut supra.*)

150. Der Bischof Gotfrit von Passau erklärt nach Vernehmung einiger Rechtsgelehrten den Herzog Heinrich der Strafe von 1000 Pfund schuldig.

Wien am 11. März 1284.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, sabbato ante dominicam Oculi nos *Gotfridus* dei gratia pattauiensis episcopus in causa, que inter reuerendum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum *Fridericum* salzburgensem archiepiscopum ex vna et illustrem principem dominum *Heinricum* ducem Bawarie ex parte altera vertebatur super pena[1]) mille librarum denariorum wiennensium, de qua in reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum *Heinricum* ratisponensem episcopum et nos fuerat conpromissum ita, quod ambo uel alter nostrum pronunciare deberemus super pena predicta, prout nostre discrecioni expediens videretur, habito consilio magistrorum siue doctorum tam iuris canonici quam ciuilis in *Padua* actu regencium, quos cum actis requiri fecimus super eo de mandato et auctoritate ipsius domini H. ratisponensis super eo nobis traditis et concessis pronunciamus et dicimus, ipsum dominum H. ducem Bawarie penam huiusmodi incidisse et in ipsa pena mille librarum ipsi domino salzburgensi archiepiscopo cum effectu teneri. Huiusmodi pronunciationi interfuere presentes dilecti in

*) Nach dem Original im k. Hausarchive.
Dem Abdruck dieser Urkunde bei Ried (cod. Nr. 624) liegt jenes des k. Reichsarchivs zu Grunde. Das Sigel des Bischofs ist gut; die Sigel der Herzoge sind nicht gut erhalten.

1) S. die Urk. Nr. 148.

Christo fratres, Mengotus de *Waldegge*, V̊lricus de *Pŭchperch* archidiaconus partis Austrie, canonici pattauienses, *Marquardus* capellanus noster, Chunradus et Gotfridus *notarii* et Heinricus de *Radegge* miles. Datum Wienne anno et die predictis.

151. Herzog Heinrich erhält die durch das Aussterben der Grafen von Mosburg dem Stifte Freysing heimgefallenen Lehen.

Moosburg am 8. Oktober 1284.

Nos Heinricus dei gracia comes palatinus Reni, dux Bawarie tenore presencium profitemur, quod vniuersa feoda infra nostri ducatus terminos sita, que olim comites de *Mosburga* a *frisingensi ecclesia* possidebant et post obitum eorundem comitum sine heredibus[1]) decedentium a manibus reuerendi in Christo patris et domini nostri karissimi domini Emchonis venerabilis episcopi *frisingensis* suscepimus nos et heredes nostri feodali tytulo possidenda. Ipse vero dominus episcopus frisingensis in collatione huiusmodi feodorum ad comites quondam in Mosburga spectantium excipiendo in se et suos successores retinuit advocaciam in *Isen*[2]) cum omnibus eiusdem advocatie attinentiis, quesitis et inquirendis, et insuper aduocatias curie villicalis in Mosburga et dotis ibidem, in *Schônperge*[3]) et in utroque *Hummel*,[4]) in quantum ad domini episcopi mensam[5]) spectant antedicti, et in *Seiboltstorf*[6]) et in *Moshaim*[7]) et in *Rœut*[8])

1) d. h. ohne männliche Nachkommen.

2) Isen im Ldg. Erding.

3) Schönberg in Ldg. Aichach.

4) Ober- und Niederhummel im Ldg. Freysing.

5) Die Besitzungen der Stifter waren der Art ausgeschieden, dass der Bischof, das Kapitel, die Scholasterie etc. ihre eigenen hatten.

6) Seiboldsdorf im Ldg. Moosburg.

7) Mosham im Ldg. Moosburg.

8) Reit im Ldg. Erding.

et si quas alias possessiones habet inter Frisingam et Mosburgam sitas in presentiarum, has et non alias dominum nostrum episcopum recognoscimus excepisse. De Hummel videlicet ambobus intelligimus, siue proprietate siue iure advocaticio quicquam optineat in eisdem. Nos vero e conuerso promisimus pro nobis et heredibus nostris, quod iudices nostri non debent decetero ipsius domini nostri episcopi frisingensis iudices sev officiales impedire in iudicio exercendo in possessionibus suis aput *Æutingen*, sed officiales et iudices memorati domini episcopi iudicabunt in possessionibus suis ibidem omnia preter homicidium, furtum quocumque et violentas virginum et mulierum oppressiones et legem corneliam,[1]) in quantum pertinet ad fracturam hostiorum et domorum et preter grauia wlnera ex gladiis et cultellis[2]) prouenientia deformitatem aut perpetuam lesionem aut mutilationem, aut nasus vel oculorum priuationem inducentia,[3]) que debent per nostrum prouincialem iudicem iudicari, aput vtrumque vero Hummel domini nostri episcopi iudices et officiales omnes culpas, noxas et excessus iudicabunt preter maleficos videlicet fures, homicidas, virginum et mulierum oppressores, quos iudicabunt domini nostri episcopi iudices et officiales et iudicatos tradent nostris iudicibus puniendos, sicut in districtibus quibusdam ecclesia frisingensis extra nostrum dominium optinuit ex antiquo. Ad hec promisimus, quod nos sev heredes nostri forum in Mosburga in edificiis vel structuris ciuitati frisingensi preiudicantibus nullo modo recuperabimus et quod nichil iuris in praita spec-

1) Es ist vielleicht die lex de siccariis gemeint, welche überhaupt die Sicherung des in den Zeiten Sullas sehr bedrohten Lebens der Römer bezweckte.

2) cutellis. Orig.

3) In der Regel waren blos die ersten drei Fälle: Todschlag, Diebstahl und Notnunft der niederen Gerichtsbarkeit entzogen.

tante ad curiam villicalem in Mosburga vendicabimus aut vsurpabimus quoquo modo. Preterea etiam promisimus, quod nullum prorsus impedimentum prestabimus in transitu et vectura salis ciuibus et hominibus extraneis occasione fori mosburgensis in ciuitatis preiudicium frisingensis. Nouissime promisimus preposito et canonicis in *Mosburga* [1]) obseruare illibatas omnes libertates, articulos subnotatos videlicet, quod eisdem preposito et canonicis instituere et destituere liceat suos colonos in eorum prediis et possessionibus atque corrigere iure suo illos, qui se per matrimonium ab ecclesia mosburgensi alienarint, et quod familia eorundem canonicorum et officiales non trahantur ad iudicium seculare in causis leuibus, in quibus canonici habebunt cognoscere de excessibus eorundem, et quod fugitiui ad monasterium in Mosburga et ad domos eorundem canonicorum, quas inhabitant, gaudere debeant emunitate debita et consueta.[2]) Actum et datum Mosburge anno domini millesimo CC°LXXX° quarto, octauo idus Octobris, testibus presentibus subnotatis, qui sunt domini Gerhardus *sancti Andree*, Eberhardus *sancti Viti* in Frisinga, magister Heinricus *werdensis* et Fridericus *mosburgensis* ecclesiarum prepositi, Bertholdus de *Hovsen* archidiaconus et canonicus frisingensis, Herbordus sancti Andree, et Leonhardus sancti Viti ecclesiarum canonici, Otto de *Waldek*, Heinricus de *Woluoltsdorf*,[3]) Wimarus *Vrumesel*, Bertholdus de *Geboltspach*,[4]) Dietmarus *Leimer*,[5]) Chun-

1) Das Collegiatstift zum hl. Castulus, welches i. J. 1599 nach Landshut versetzt wurde.

2) Das Asyl schützte den Flüchtling nicht gegen die verdiente Strafe, sondern nur vor augenblicklicher leidenschaftlicher Misshandlung, und war daher in jenen Zeiten der Gewaltthätigkeit eine grosse Wohlthat.

3) Wolfersdorf im Ldg. Moosburg.

4) Gebelsbach im Ldg. Pfaffenhofen.

5) Die Leimer zu Laim bei München.

radus *Turtenvelder*[1]) milites, Chunradus de *Halvnberch*,[2]) Albertus *Judmannus*, Chunradus de *Pütelpach*[3]) ministeriales ecclesie frisingensis, Bertholdus de *Wellingen*,[4]) ex parte vero nostra magister *Fridericus* nostre curie prothonotarius, Albertus comes de *Hals*, Chunradus de *Prisingen*, Alhardus de *Vraunhouen*, Richkerus et Harpertus fratres de *Ahæim*, Heinricus de *Pholingen*,[5]) Burchardus de *Winterberch* milites, et alii fidedigni. In cuius rei testimonium et in perhennam memoriam presentem paginam nostri pendentis sigilli munimine iussimus roborari.*)

152. Die Herzoge Ludwig und Heinrich geloben, den Schiedspruch des Bischofs Heinrich von Regensburg (S. Nr. 149) genau zu halten.

Pullach am 12. Dezember 1284.

Nos Lodwicus et Heinricus dei gratia comites palatini Reni, duces Bawarie, presentibus profitemur, quod pro conseruanda inter nos fraterne dilectionis et concordie unione priuilegium per venerabilem patrem et dominum Heinricum ratisponensem episcopum ac nobilem virum Fridericum burcgrauium de Nůrenberch inter nos nuperrime editum Ratispone, cuius initium est »nos Heinricus dei gratia ratisponensis ecclesie episcopus et Fridericus burcgrauius de Nůrenberch arbitri seu arbitratores siue mediatores super omnibus causis« etc.[1]) per

1) zu Türkenfeld im Ldg. Bruck.
2) Hallenberg im Ldg. Erding.
3) Piettelbach im Ldg. Erding.
4) Wölling im Ldg. Erding.
5) Pfehling im Ldg. Mitterfels.
*) Das Reitersigel ist stark verletzt.
Abdrücke: Hund metr. II, 506; Meichelb. hist. fr. I^b, 93.

1) Es folgt hier im Orig. noch eine lange Stelle, den Eingang und den Schluss der Urkunde Nr. 149 enthaltend, welche hier übergangen ist.

omnes suas clausulas, conditiones et pacta et statuta quelibet in eodem priuilegio comprehensa a nobis et nostris hominibus ac seruitoribus quibuscumque firmum et inconuulsum obseruabimus usque ad festum beati Georii proxime aduenturum hoc adiecto, quod omnes et singuli nominatim expressi in priuilegio supradicto super obseruatione eiusdem priuilegii ac statutorum in ipso contentorum iuramenta coram suis vicedominis iterabunt, sicut coram nobis et ipsis vicedominis nostris antea prestiterunt. Consules etiam utriusque nostrum in proxima octaua epiphanie domini pro terminandis singulis negotiis, prout a *Puloch* nunc recessum est, se tenebuntur recipere *Ratispone.* In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo predicti domini ratisponensis episcopi, in cuius presentia obseruationem promisimus premissorum, et qui noster extitit mediator, et nostris sigillis fecimus communiri. Datum in Půloch 1) anno domini MCCLXXX quarto, in vigilia beate Lucie virginis.*)

153. Die Herzoge Ludwig und Heinrich treffen Bestimmungen zur Aufrechthaltung des Friedens bei ihren Zusammenkünften.

Sigenburg am 4. Juni 1285.

Wir Ludwich vnd Heinrich pfaltzgrauen von dem Rein vnd hertzogen von Baiern tůn chunt allen den, die disen brief ansehent, daz vnser rat mit gemeinem rat ist chomen uberein vmbe sogetan vnzucht, als ofte bei vns ist geschehen vnd noch geschehen mæchte, daz wir beide vnd vnser svn baide vnd ietweders tails zwelf, die man darzů nimt, sulen sweren, swer furbaz bei vns oder bei vnserm rat in steten, in dorfern, auf dem veld, in den burgen oder swa wir ze tædingen zů einander chomen

1) Pullach, Pfarrdorf im Ldg. Kelheim.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Die drei jedoch stark beschädigten Sigel hängen an.

oder vnser rat oder vnser vitztum, die dehain vnzuht tůnt, daz wir daz zehant rihten, e wir von der stat chomen. Also swer swert oder mezzer bei vns zuchet oder pfeil aufslecht, man slahe im ab die hant. Ist aber daz er wundet oder totslach tůt, man slahe im ab daz haubt. Entrinnet aber er, so sol er sin elos vnd rechtlos vnd svln seiniu lehen ledich sein, von swelhem herren er si habe, vnd sol vnser hulde nimmer gewinnen noch daz lant. Swer im hin hilfet oder in lenger mit wizzen behalt, danne ein nacht, der sol daz reht habn vnd svln wir beide des gerihtes helfen. Ez ensol auch nieman furbaz auf unser tæidinch fůrn armbrost, sper, pantzier, pechelhauben, verborgen hantschuch, verborgen hůt noch dehein eisengwant. Ist aber daz ieman dehain swert zuchet gegen dem, der in slahen wolde vnd er notwer mach bringen, so sol er sein nicht engelten. Datz ist gesetzet vud gelobt bei Sigenburch in dem paumgarten, do von christes geburte warn tausent zwaihundert vnd fvmf vnd achzich iar des mantages vor Primi vnd Feliciani.*)

154. Aufstellung eines Schiedsgerichtes zur Beilegung der Streitigkeiten zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich.

Sigenburg am 5. Juni 1285.

Nos Heinricus dei gratia ratisponensis ecclesie episcopus notum facimus presentium inspectoribus uniuersis, quod ad amputandum rancorem, qui uertitur inter illustres principes dominos L. et H. fratres, comites palatinos Reni, duces Bawarie et conuertendum nubilum dulciter in serenum, ut sic naturalis fauor et amor fraternus

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Nur das ganz verletzte Sigel des Herzogs Ludwig hängt an.
Abdrücke: Bibl. hist. Gött. p. 214; Fischer Erbfolge-Gesch. S. 273.

in eis nutriatur et terre ipsorum in pacis pulchritudine conquiescant, talis nobis mediantibus inter eos conuentio intercessit, primo, quod priuilegium quondam confectum Ratispone, quod incipit »conditor humani generis« abhinc usque ad purificationem beate virginis et abinde per continuum triennium cum omnibus suis clausulis et declarationibus in suo persistat robore seu uigore hoc dumtaxat excepto, quod, cum dominus *Leo* pie memorie ratisponensis episcopus de medio sit sublatus et nobilis vir burcgrauius de *Nürmberch* negociis dominorum ducum superesse non possit, nos cum utraque pars concordaret in octo, videlicet dominus L. citra *Danubium* in fideles suos Winhardum de *Rorbach*, Wichnandum de *Eiringspurch*, Chůnradum de *Eglingen*, V̊lricum de *Rôrenmos* vicedominum, et ultra Danubium in fideles suos Chůnradum de *Luppurch*, Chůnradum de *Ernuels*, Chůnradum de *Paulsdorf* seniorem, et V̊lricum marscalcum de *Lengenuelt* vicedominum, et dominus H. citra Danubium in fideles suos Al. comitem de Hals, V̊lricum de *Abensperch*, Alhardum de *Frawenhouen*, Al. vicedominum de *Rota* et ultra Danubium in fideles suos Chůnradum de *Satelpogen*, V̊lricum de *Liuboluingen*,[1]) Hainricum de *Mosdorf* et Al. vicedominum de *Strubinga*, ut pro nono habemur, ad instantiam ipsorum principum admisimus uolentes laborare unacum aliis, ut status terrarum ipsarum in melius reformetur. Jurauerunt itaque predicti domini, quod pro grato recipient et fideliter exequentur, quicquid predicti arbitri seu arbitratores inter ipsos aut vasallos, ministeriales, seruitores eorum et homines, quocumque nomine censeantur, fuerint arbitrati uel diffinire uoluerint per iusticiam vel amorem et hoc in causis seu questionibus hominum, proprietatum, feudorum, debitorum, rapinarum, incendiorum, spoliorum, captiuitatum seu quarumcumque molestiarum et dampnorum, per que status terre poterit deformari. Quo iuramento recepto iura-

1) Leibelfing im Ldg. Straubing.

uerunt predicti arbitri, quod gratia, odio ac timore postpositis in suam conscientiam ac salutem, questiones eis propositas et proponendas diffinient equa lance et maior pars in numero predictorum nouem arbitratorum, in qua amicabili compositione uel sententiali pronuntiatione concordauerit, tenebitur inconuulsum. De causa tamen principatuum uel principatus tangentium non habebunt aliquam potestatem. Et si aliquis predictorum sedecim arbitrorum sine captione absens fuerit aut alter ipsorum dominorum ducum aliquem ex ipsis ex quacumque causa uel quotienscumque mutare uoluerit ante terminum placitorum, nobis significabitur et nos alteri partium pro absente quatuor denominabimus, ex quibus ad ipsum placitum mittet unum, quem ex illis elegerit transmittendum. Qui missus iurabit pro placitis, in quibus remanserit, sicut alii sui coarbitri iurauerunt. Vicedomini et qui nunc sunt uel qui pro tempore fuerint, mutabuntur secundum suos districtus, ut quilibet in suo vicedominatu et non alibi coarbiter assumatur. Item si causa tangit aliquem ex arbitris uel aliquem attinentem alicui ex ipsis, qui propter causam legitimam suspectus debeat reputari, pro illa causa alter subrogabitur ad nostre beneplacitum uoluntatis. Et possunt predicti arbitri terminos placitorum statuere et eosdem prorogare et tractanda ibidem moderari, quid in decisionibus causarum proponendum uel postponendum sit, prout eis uisum fuerit expedire. Articuli etiam questionum transmittentur in scriptis ad proximum placitum ab utraque parte et arbitri de eiusdem prius cognoscent, antequam ad alios non scriptos articulos procedatur. Potestas siquidem arbitrorum durabit pro eo tempore, quo extat instrumentum tactum superius, quod incipit »conditor humani generis« prorogatum. Cautum est etiam et iuramento predictorum octo comprehensum et in iuramento cuiuslibet substituendi in locum alicuius illorum concludetur, ne alicui in uentilationibus causarum aliquid ualeat imputari, ut nullus

publicet, in quam partem in sententiando uel consulendo declinauerit hic uel ille. Item locabunt in iudiciis ipsorum dominorum ducum, castris, munitionibus et precipue in metis siue confiniis viros pacificos et alios, si qui iam sunt uel fuerint, de quibus spes non est tranquillitatis et pacis, prout decreuerint conuenire terre statui, summouebunt. Item si fures, predones, latrones, homicide, proscripti uel alii malefactores ultimo digni supplicio ad terram alterius transfugerint, per eum, ad cuius dominium transiuerunt, detineantur, quousque de eis iustitia plena fiat. Insuper habebunt potestatem super instrumento prefato addendi, minuendi, mutandi, cassandi, prout in conscientias suas negotia conscripta et alia sciuerint melius et celerius expediri. Ad hec cum inuitati tantum pro bono pacis terrarum nobis assumpserimus cum aliis arbitrariam potestatem, non recognoscimus nos ligatos ad executionem arbitrii supradicti, sed prepediti ecclesie nostre negotiis aut aliis occupationibus facultatem habere uolumus recedendi a tali officio nobis assumpto, quando placet, et tunc nobis adesse nolentibus uel non ualentibus alium uice nostri eligent octo prefati arbitri, quem secundum fidem et industriam negotiis crediderint profuturum. Quamcumque insuper causam, que diffinitioni nostri arbitrii uisa fuerit nimis grauis decidendam nobis animo assumimus quoquo modo, sed eidem supersedebimus, si nobis uidebitur expedire, nec ad procedendum in illa per arbitrium esse uolumus obligati. In cuius rei testimonium presentes date sunt sigillorum nostri et ipsorum dominorum ducum robore communite. Datum in pomerio apud Sigenburch anno domini M. ducentesimo LXXX quinto, nonis Junii.*)

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Es hängen nur die stark beschädigten Sigel des Bischofs und des Herzogs Ludwig an.

Abdruck: Ried cod. dipl. nr. 704 unter d. J. 1293.

155. Der Bischof Heinrich von Regensburg weist dem Erzbischof von Salzburg (auf Grund der Urk. Nr. 150) für die 1000 Pfd. Pfenninge, welche der Herzog Heinrich zu zahlen schuldig, die Einkünfte von Swälenbach als Pfand an und ersucht den Herzog von Oesterreich, dieselben bis Salzburg zu geleiten.

Salzburg am 8. Juli 1285.

Reuerendo in Christo patri et domino suo karissimo domino R.[1]) sancte salzburgensis ecclesie archiepiscopo, apostolice sedis legato, imperialis aule cancellario H. dei gracia ecclesie ratisponensis episcopus cum orationibus debite subiectionis reuerentiam et honorem. Quia anno domini M°CC°LXXX quarto, proxima die ante Georgii nos vnacum venerabili patre domino G. bone memorie *patauiensi* episcopo de sapientum consilio iuxta formam et fines arbitrii inter venerabilem patrem dominum F. salzburgensem archiepiscopum et illustrem dominum H. ducem Bawarie conscripti diffinitiue pronunciauimus eundem dominum H. in causis, que inter eum et ecclesiam salzburgensem vertuntur, pene nomine mille librarum denariorum wienensium debitum incidisse et cecidisse procul dubio in commissum, et ideo ad instantiam vestram et ecclesie salzburgensis auctoritate sumpta ex eodem arbitrio possessiones dominicales, quas idem dominus dux habet in hofmarchia sua in *Swælnpach* apud Spitzz et alibi per *Austriam*, vobis et ecclesie vestre ypotece nomine et vice pignoris usque ad satisfactionem debitam assignamus, maxime cum ex eo in nos solos potestas reciderit, possessiones huiusmodi assignandi, quas dictus dominus G. patauiensis episcopus, collega noster statim post pronunciationem factam ad serenissimum dominum nostrum Romanorum regem ante assignationem pignoris, quod, cum ecclesia salzburgensis illa vice vacauerit, a nullo peti potuit, transierit et ante-

1) Rudolf von Hohenekk v. J. 1284—1290.

quam redierit, migrauerit ex hac luce,[1]) denunciantes illustri principi domino Al. duci Austrie et Styrie, quod iuxta formam arbitrii pignus dictarum possessionum defendere debeat et secundum suarum formam litterarum fructus exinde percipiendos vobis vsque Salzburgam sui conductus auxilio securare. Datum Salzburge VIII idus Julii anno domini M°CC°LXXX quinto.

156. Bischof Heinrich von Regensburg bestimmt Ort und Zeit zur Abhaltung der Schiedsgerichte zur Beilegung der Streitigkeiten zwischen den Herzogen Ludwig und Heinrich.

Freysing 20. Juli 1285.

Nos Heinricus dei gratia ratisponensis episcopus presentibus profitemur, quod anno domini MCC octogesimo quinto, feria sexta proxima ante Marie Magdalene a placitis illustrium principum dominorum L. et H. ducum Bawarie celebratis eodem tempore in *Frisinga* taliter est recessum, quod in octaua beate Marie virginis nunc ventura ad obseruationem placitorum apud fluuium *Abens* iterato debeant in personis propriis conuenire ob hoc, ut super *Ævsenhoverii*, qui ad eadem placita secum filium suum ducet, et Heinrici de *Rorbach*, qui eidem diei similiter intererit, questionibus, que inter ipsos longo tempore durauerunt, et a quibus sunt placita inchoanda primo in presentia eorundem dominorum ducum de consilio quinque virorum honestorum, neutri parti in consanguinitatis lineam adtinentium, amicabilis compositio adtemptetur. Si vero concordare nequiuerint per amorem, coram eisdem ducibus iuxta nostras et octo coarbitrorum nostrorum sententias cause eorum per iustitiam terminentur. Deinde autem nos vnacum prefatis nostris coarbitris singulas

1) Gottfrid, welcher des Königs Kanzler war, starb am 1. April 1285.

questiones, que inter homines in sex iudiciorum districtibus constitutos, videlicet Vohburch et Ahbach, Pfaffenhovsen et Peffenhovsen, Landshůt et Ingoltstat vertuntur, ibidem terminabimus mediante iustitia vel amore. *Hilkershovsarius* etiam et *Rorbechus*, licet in predictis iudiciis non habeant mansionem, ipsis mouentibus actiones debent in eisdem placitis respondere. Item in decollatione Johanis Baptiste hoc est a predicta octaua assumptionis ad octo dies pro terminandis quibuslibet causis, que versantur in iudiciis *Dachow* et *Chranichsperch*,[1]) *Aichæch* et *Innchoven*, *Aerding* et *Swaben*,[2]) *Wolfrathovsen* et *Pybvrch* per nos et nostros octo coarbitros inter *Aerding* et *Swaben* debet alia dies placiti obseruari. Item post decollationem predictam beati Johanis ad octo dies hoc est feria III proxima post Egidii inter *Rosenheim* et *Aibling* ad terminandum causas sev questiones iudiciorum *Aibling* et *Rosenheim*, *Trostperch* et *Wazzerburch*, *Valchenstein* et *Travnstein*, *Levbenstein* et *Chvfstein* nos et nostri coarbitri erimus tertium placitum seruaturi. Vbi tunc expedietur causa super bonis *Brandbergarii* per fines iustitie vel amoris et tunc dictus *Vorhær* iustitiam acceptabit. Vocabuntur insuper ad placita supradicta omnes et singuli, qui extra iudicia prenotata residentiam habuerint adiacentem, et quorum cause id exegerint, vt in ipsis placitis et ipsi querelantibus satisfaciant et ipsorum questionibus satisfiat, quorum nomina infra assumptionem beate virginis debent in scripto vicedomini mutuo presentare. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus communire. Datum et actum Frisinge anno et die supradictis.*)

1) Kranzberg an der Amper im Ldg. Freysing.
2) Schwaben im Ldg. Ebersberg.
*) Nach dem Original im k. Hausarchive.

157. Die Herzoge Ludwig und Heinrich vereinigen sich zur Wahrung ihrer Rechte in der Stadt Regensburg gegen deren Eingriffe.

Regensburg am 27. August 1285.

Nos Lodwicus et Heinricus dei gratia comites palatini Reni, duces Bawarie, notum facimus presentium inspectoribus vniuersis, quod cauere uolentes indempnitatibus nostris et iniuriis, que nobis in iuribus nostris a ciuibus ratisponensibus sunt illate [1]) seu per temeritatem eorum in posterum inferrentur, concordauimus pari voto laudamento firmo super hoc prestito, quod nos adiuuabimus mutuo per impedimentum viarum in terris et aquis et alio quolibet iuuamine, per quod dicti ciues possunt ad recognitionem nostri iuris plenius inclinari, et dictum adiutorium sic vallauimus, quod si, quod absit, aliquis rancor inter nos oriretur, hoc non obstante in dicto iuuamine nobis mutuo cooperabimur ad dictorum ciuium iniuriam compescendam, et tale pactum seu laudamentum abhinc usque ad instans festum beati Martini et abinde per continuum qvinquennium in suo robore perdurabit saluo in omnibus instrumento, quod per nos super eadem materia antea est emissum. Emenda etiam, que communem tangit iniuriam, communiter diuidetur, et que specialem, specialiter ab illo recipietur, cuius iuri extiterit derogatum. In cuius rei testimonium presentes damus sigillorum nostrorum robore communitas. Datum Ratispone anno domini MCC octogesimo quinto, VI kalend. Septembris.*)

1) Herzog Ludwig hatte die burggräflichen, H. Heinrich die herzoglichen Rechte, welch beide von den Bürgern beeinträchtigt wurden, namentlich das dem H. Heinrich an der Münze zustehende Recht, wesshalb er sich genöthigt sah, in Straubing zu münzen. S. Lory Münzrecht S. 12. 14.

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Abdruck: Fischer Erbfolggesch. S. 274.

158. Herzog Heinrich trifft mit der Stadt Mühldorf eine Uebereinkunft über ihr beiderseitiges Verhalten während seines Streites mit dem Erzbischof von Salzburg.

Mühldorf am 16. Oktober 1285.

Wir hertzog Heinrich von Baiern vnd pfalzgraf von dem Rein tv̊n allen den chunt, die disen brîf ansehent, daz in der mishellvng, div zwischen vns vnd dem bischolf von *Salzburch* ist gewesen, da wir *Mvldorfœr* mit gesezze haben geirret[1]) vntz als verr, daz si sich mit vns also vertaidinget habent, daz si vns div stat vnd den turn in habent geantwurt vnd auch vnsern svn *Otten* vnd vns damit gesworn habent von sant Gergentag vntz vber ein iar vnd von hinn dar, vnd daz wir div stat vnd den tvrn inn suln haben die zeit vnzebrochen vnd den burgærn ân schaden ir libes vnd ir gvtes vnd daz wir dieweil vnsern pflegær einen da svln haben, der vns vnd auch den burgærn gv̊t sei, vnd ob sich der bischolf von Salzburch dieweil mit vns verriht vntz als verr, daz wir si ir aides vnd als si vns gelobt habent, ledich sagen, so svln wir an ir schaden von in varn, vnd ist daz sich div zeit verlengt oder verzivht, div hie vor genant ist, daz zwischen vns vnd dem bischolf dehein verrichtigvng niht geschieht, so svln wir mit der stat vnd mit dem tvrn schaffen vnd tv̊n, swaz wir wellen, vnd svln die burgær, die in der stat sint, ir libes vnd ir gvtes sicher varn, swa der man hin welle, vnd svln auch si an ir aigen vnd an ir lehen vnd an havs vnd an hofsteten vnd swie sie gv̊t habent, vnbeswært beliben, vnd swelhiv reht gangen sint hintz in vnd hintz ir gv̊t, der si niht versprechen mohten vor der irsalvng, div zwischen vns vnd bischolf ist gewesen, div suln in

1) Kurz vor der Ausstellung dieser Urk.: dux Bavariae Heinricus Muldorf diu rebellem obsedit et ad traditionem coegit. Chron. Weihensteph. bei Petz script. II, 405.

vnschedlich sin vnd svln furwaz gemains reht haben sam ander vnser lævt vnd svln auch auf dem wazzer vnd auf dem lande an allen strazzen frid vnd scherm haben ir libes vnd ir gvtes als ander vnser lævt habent, vnd swer bei in in der stat iht gv̊tes hat, swie daz genant ist, vnd swer er sei, der sol niht daran beswært werden, vnd div ampt, div der bischolf in der stat hat, div svln vnverchert beliben, vnd swer daran iht furdînt hat, der sol daz abnîzzen vnd abnemmen, vnd swenn daz geschieht, so sol man vns si verdînen als wir si dann lazzen denselben lævten oder andern. Vnd dieweil die burgær in vnser gwalt sint die zeit vnd vor genant ist, so svln si vns ze helfe vnd ze dînst sein, swie wir ir bedurfen, als ander vnser lævt an wider den bischolf. Vnd ist daz der bischolf, di weil vnd in der zeit vnd vorgenant ist, si vnd di stat wil anwæigen mit gwalt, so suln si sich wern als verr vnd si chvnen vnd mogen mit vnserr hilfe. Vnd daz daz also beidenthalben stæt beleib vnd vnzebrochen verinsigel wir disen brîf mit vnserm insigel vnsers vnd vnsers svns *Otten*, vnd mit des *Halsœrs*, des *Abenspergœrs*, des von *Leonberch*, des *Frovnhofers*, des Chvnrats von *Preising*, Perhtoldes von *Preising*, Ortlibes von *Wald*, Hartprehtes von *Aheim*, Heinriches von *Taufchirchen*, Albern des vitztvms von der *Rota*. Daz ist geschehen vor Muldorf, da von gotes gebvrt worn tausent vnd zwei hvndert iar vnd fumf vnd ohzik iar an sant Gallen tag.*)

*) Drei Sigel fehlen, die andern sind stark beschädigt, nur das des Aheimers ist gut erhalten.

159. Schiedspruch des Königs Rudolf in den Streitigkeiten zwischen dem Erzbischof Rudolf von Salzburg und dem Herzog Heinrich von Bayern.

Augsburg am 2. Februar 1286.

Wir Růdolf von gotes gnaden rômischer chûnich und allezeit merår des reiches tůn chůnt allen den, die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz wir dise ordnunge vnd dise satzunge han gesat vnd gemacht zwischen den erzbischolf von *Salzburch* von ainer sit vnd den herzogen *Heinrichen* von Baiern von der andern sit, vnsern lieben fůrsten, mit ir baider willen vnd wizzunde in dise weise. **1.** Der erzbischolf von Salzburch vnd herzog Heinrich von Baiern habent baide ir triwe gegeben in vnser hant vnd aidesweise, daz sy bede dise sůne, dise ordenunge vnd disen saz ståt haben mit ganzen triwen an alle arge liste, als hernach geschriben stat. Und swelcher under in zwaine dise sůne brichet oder ihtsiht wider dise ordnunge oder disen satz tut, der sol von sinen recht gefallen sin, vnd schůllen wir dem helfen, der die sůne stat habet, vnd schůllen wider den sein, der sie bricht. **2.** Der herzog Heinrich von Baiern hat *Můldorf* mit allem dem, daz darzů gehôrt, vnd des er den erzbischof entwert hat, in vnser hand geantwůrtet, alle påne, die getan sint, sie sin verdient oder vnuerdient, sůllen ab sin. **3.** Man sůlle auch die handveste vnd die richtůnge vnd die sůne, die bischof *Friderich* von Salzburch vnd der herzog Heinrich von Baiern mit einander gemacht haben, vnd ananderr gegeben habent, an allen dingen ståt halten, vnd swa daz nit vollfůret ist, da sol man es noch volfůren, als es an der handvest geschriben stat. **4.** Vmb niderlegunge am salz vnd anderen dingen, vnd vmb strazze vnd vmb weg auf lande vnd auf wazzer, vnd vmb prukk vnd vmb steeg, vnd vmb khuppelwaide vnd holze haben wir dise chuntschaft gegeben. Der erzbischolf von Salzburch hat dise dri man genommen Chunraten von *Wartenvels*,

Cunen von *Gůtrat,* Chunraten von *Aichaim*, und der herzog Heinrich hat von sinen wegen genommen den von *Abensperg*, den von *Hals* und den *Taufchiricher*. So haben wir geben denselben sechsen, die da vorgenant sint, herrn Ulrichen von *Toufers* und herrn Winharten von *Rorbach* an ains ubermannes stat, und swie die sechs oder di zwen obmann, ob die sechs misshellent, ervarnt auf ir aide, als ez ze vierzig iaren gestanden si, also sol ez auch noch stan vnd wesen, und swas an disen vorgenanten dingen sider genewet vnd geåndert ist, daz sol man wider sezen, als es vor bi vierzig iaren stunt. **5.** Der niwe weg, der gemacht ist durch *Berigthesgaden*, sol ab sin, swan der herzog von *Osterrich* spricht, im geschehe unrecht damit, und der herzog Heinrich von Baiern spricht, im gescheh unrecht damit. **6.** Umbe *Wildenekk* ist es gesezt also, wann der herzog Heinrich sprichet, er hab sin den erzbischolf von Salzburg nicht entwert. Swen der erzbischolf von Salzburg umb Wildenekk anspricht, der sol im darumb recht tun. **7.** Umb *Hohenstain* haben wir es also gesetzt, můgen wir daz mit minne nicht gerichten, wan der erzbischolf von Salzburg spricht, er hab es drizzig iar in rechter gwer darbracht, und auch der herzog Heinrich giht, er hab es zehen iar und mere in rehter gwer darbracht, und si also baide iehent der gwer, so haben wir es gemacht also, daz der von Toufers und der von Rorbach nemen sůllen ain chuntschaft als recht ist, daz ist, daz si zwaintzk man und ainen man erwern leute nemen sůllen, und swenn die alle gemainlich sagen auf ir aiden oder siben unter denselben ain und zwainzck mannen, daz er die rehten gwer hab her bracht, der soll Hochenstain inne haben, und der in darumbe anspricht, dem soll er recht dauon tun. **8.** Umb *Gastewen* haben wir es also gesatzt. Der von *Goldekk* sol herzogen Heinrichen sezzen in des gutes gwer, daz herzog Heinrich vor inne hat, und da si der von Goldekk

entwert hat, umb daz ander, daz herzog Heinrich giht, daz sein si, und des der Goldekker laugnet, darumben haben wir disen chuntschaft gegeben, daz der erzbischolf von Salzburch dise dri man hat genommen herrn Chunraten von Wartenvels, Chunen von Gutrat vnd Chunraden von Aichaim, vnd herzog Heinrich hat von sinen wegen genomen den von Abensperch, den von Hals, vnd den von Taufchirichen. So haben wir gegeben denselben sechsen fur ainen uberman herrn Ulrichen von Toufers und herrn Weinharten von Rorbach also, daz si baide schullen sin an aines ubermanns stat. Und swenn diselbe chuntschaft giht auf den aide, daz er recht hab, der sol daz gut haben. **9.** Man sol ouch baidenthalben alle gefangen ledig lazzen und was noch in purigschaft stat, daz sol man ablazzen und ledig sin. Auch sol der bischolf von Salzburch aller der vreunt sin, die durch dem herzogen im icht getan habent in disen urleug. Auch sol der herzog Heinrich von Bairn aller der vreunt sin, di durch den bischolf von Salzburch in icht getan habent in disem urleug. **10.** Darnach umb raub, umb brant und umb allen schaden, (der) sol ab sin. **11.** Man sol auch alle maute und alle zölle, di auf dem lande und auf dem wazzer ausgesezzet sin nach bischolf Friederiches von Salzburg tode ablazzen, wan uns dunchet, daz si von hazze gesezzet sint paidenthalben. **12.** Dise sůne ist also gemacht, daz si dem pischolf von Salzburch noch sinem gestift, noch dem herzogen Heinrichen noch siner herschaft an ander ir rechten nicht schaden sol. Darnach sol dewederre dem andern gewalt noch unrecht tun. **13.** Di chuntschaft zervaren, ist nommen ein tag an dem mantag nach auzgenter pfingestwochen ze *Halle*, und sol alles daz geendet sin vor sande Johannes messe ze der nechstin sunwenten, di nu chumpt, und mögn di sechse wol das zil legen, ob si iehent auf ir aide, daz ehaft oder erbar sache den bischolf oder den herzogen irrent an gevårde. Und stirbet ainer unter den

sechsen, so sol man ainen andern an sin stat nemen in den nåchsten vierzehen tagen, und stirbet der ubermanne dehainer, so sullen di sechse ainen andern nemen an desselben stat in den nåchsten vierzehen tagen. **14.** Und daz dizze sůne ståt si und unzerbrochen immer mer beleibe, so haben wir durch bet des vorgenanten bischolf von Salzburg und herzog Heinriches von Baiern unser insigel gehenchet an disem brif. **15.** Wir erzbischolf von Salzburch und wir herzoge Heinrich von Baiern vergehen des, daz unser herre chunich Rudolf von gottes gnaden romicher chunich dise vorgenanten sůne, ordenungen und saz mit unsern willen gemacht hat und haben wir gelobt mit unsern triwen und aides weise und mit solcher pône, als da vor geschriben stat, daz wir dieselben sůne, als da vor geschriben ist, stat halten, und darumbe haben wir unsern herrn den vorgenanten chunich gebeten, daz er sin insigel hat gechenchet an disen brief. Darzu haben wir auch gehencket baide unser insigel an disen brief ze ainen waren vrkunde. Diser sůne zeug sint unser liebe fůrsten bischolf Heinrich von *Basel*, bischolf Heinrich von *Regensburch*, bischolf Wernhart von *Pazzaue*, bischolf Hertnid von *Gurckk*, bischolf Chunrat von *Chyemse*, bischolf Chunrat von *Lavent*, herzog *Ludwich* von Baiern, herzog Albrecht von *Osterreich*, herzog Meinhart von *Chårnthen*, vnd unser getriwe maister Hainrich von *Chlingenberch* unser obrister sriber, Friderich der burggraue von *Nuernberch*, graue Albrecht von *Aygerloch*, grave Ludwich von *Ötting*, Ulrich von *Taufers* und ander des reichs man. Dirre brief ist geben ze Auchspurg an unser liben frowen tag der lichtmesse, do von Christ geburt warn tausend iar, zwai hundert und sechs und achzigck iar, unsers riches an den dreizehendisten iar.*)

*) Aus Haselbachs handschriftl. Hist. ecclesiae salisburg. II, 589, welchem das Original vorlag.

Abdrücke: Salzburg. Deduktion: Aktenmässige Anz. etc. Nr. 22. In Kleinmayern Juvavia findet sich nur (S. 408. Note) ein Auszug.

160. Der Bischof Heinrich von Regensburg erstreckt die Gültigkeit der Entscheidung wegen des Schlosses Trausnicht auf weitere zwei Jahre.

Regensburg am 7. Mai 1286.

Nos Heinricus dei gratia ratisponensis ecclesie episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis volumus esse notum, quod cum tempus super statuto seu ordinatione de castro *Trausniht* per nos et nobilem virum Fridericum burchgrauium de *Nürenberch* arbitros seu arbitratores causarum illustrium dominorum *Lvdwici* et *Heinrici* ducum Bawarie prius facta elapsum esset in festo beati Georii nunc transacto ad precauendum nouis dissensionibus que exinde poterant suboriri, ex compromisso in nos per predictos dominos duces super hoc de nouo facto, arbitramur, dicimus ac etiam diffinimus, quod predictum statutum de predicto castro Trausniht editum per omnes clausulas suas, conditiones et pacta in uigore pristino a festo beati Georii venturo proxime per duos annos continuos firmum et inconuulsum debeat permanere, quemadmodum in litteris complanationis causarum seu questionum inter predictos duces ac homines eorundem per nos et prefatum burchgrauium olim decisarum est lucide comprehensum, hoc adiecto, quod sicut dicte littere continent, ipsum castrum heredibus, ad quos pertinet, restitui et ab eisdem simul debeat possideri. Et si qui fideiussores tunc obligati medio tempore decesserunt uel impedimento legitimo sunt detenti, quominus, si necessarium foret, possent exsoluere, fideiussionis sue debitum seu promissum, alii infra festum instans pentecostes debent substitui in loca defunctorum uel impedimento huiusmodi detentorum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus nostri sigilli robore communitas. Datum Ratispone anno domini MCCLXXX sexto, VII idus Maii.

Nos etiam Ludwicus et Heinricus duces Bawarie premissis consentimus ea nichilominus approbantes. In

cuius approbationis testimonium presentes litteras nostris sigillis duximus roborandas. Datum die et loco ut supra.*)

161. Die Herzoge Ludwig und Heinrich geloben, nach dem Schiedspruch des Bischofs Heinrich von Regensburg die Gefangenen freizulassen und an einem Orte zwischen Freysing und Heimhausen eine Taidung zur Beilegung ihrer Streitigkeiten zu machen.

Regensburg am 9. Mai 1286.

Nos Ludwicus et Heinricus comites palatini Reni, duces Bawarie, presentibus profitemur, quod cum ex quibusdam dissensionibus hominum nostrorum de familia et seruitoribus utriusque nostrum tenerentur aliqui captiuati, ad obuiandum grauioribus discordiarum periculis, cum in fraterne dilectionis concordia delectemur, omnes et singulos captiuos ab utraque parte hominum et seruitorum nostrorum detentos, quocumque nomine censeantur, iuxta arbitrium venerabilis patris et domini Heinrici *ratisponensis* episcopi per nos ad hoc communiter electi indempnes promittimus infra octo dierum spatium dimitti liberos et solutos et quemlibet eorundem. Super quo nos Lvdwicus dux de parte nostra fideles nostros Chvnradum de *Paulstorf* et Kalhohum de *Churen,* et nos Heinricus dux pro nobis Vlricum dapiferum de *Ekkenmul* iuniorem et Chunradum de *Satelpogen* pro fideiussoribus in hunc modum duximus obligandos, quod si elapso octo dierum cursu numerandorum a quarta uel quinta feria proxime nunc transacta non compleretur absolutio seu dimissio quorumlibet captiuorum et cuiuslibet eorundem, uel si non seruaretur indempnitas dimissorum et dimittendorum uel alicuius eorum, dummodo dimittendi ab utraque parte iuxta terre consuetudinem et priuilegiorum

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

nostrorum tenorem iurent super suis captiuitatibus pacem et amicitiam perpetuam obseruare, ad obstagia Ratispone se recipere et in eisdem usque ad completionem premissorum omnium debeant remanere. Debemus insuper transactis quatuordecim diebus post diem proxime festiuitatis pentecostes inter *Frisingam* et *Haimenhausen* pro tractando negotio stratarum et aliis causis nostris et nostrorum hominum terminandis diem placiti mutuo obseruare. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus nostrorum sigillorum robore communitas. Datum Ratispone anno domini MCCLXXX sexto, VII idus Maii.*)

162. Konrat von Eberstal gelobt dem Herzog Ludwig, welcher ihn wieder in seine Gunst genommen, mit seiner Burg Eberstal zu dienen.

Ulm am 7. Juli 1286.

Ego Chunradus de Eberstal notum facio presentium inspectoribus, quod, cum magnificus princeps dominus meus Lodwicus illustris comes palatinus Reni, dux Bawarie, me ad gratiam suam receperit, eidem domino meo duci pro se et suis heredibus promisi et auctoritate presentium repromitto, quod unam ministerialium de sua familia, quam mihi dederit, ducam, quandocumque super hoc me requisierit, in vxorem, et si illa, quod absit, premortua me fuerit, cum alia ex suis ministerialibus contraham iterato, nec ab eo vel suis heredibus fidelitate et seruitio illo tempore recedam, immo mandatum suum vel predictorum heredum suorum cum castro meo *Eberstal*, sicut unus ex suis ministerialibus semper, nisi impedimento legitimo sine captione tamen detentus fuero, prestolabor. Quo etiam cessante cum ipso castro meo

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.
Die zwei beschädigten Reitersigel hängen an.

et seruicio eum uel heredes suos respiciam sicut ante. Si autem unam de ministerialibus suis, ut pretactum est, in vxorem non duxero uel me a seruicio suo uel ipsorum heredum suorum retraxero aut eum uel eos cum prefato castro meo non respexero, memoratum castrum Eberstal cum omnibus suis pertinentiis, bonis et hominibus, que ab ipso in feudum teneo, meque tenerere recognosco ipsi domino meo duci uel suis uacabunt heredibus et ad eum uel eos sine difficultate qualibet reuertentur, renuntians exnunc prout extunc omni iuri, si quod mihi competit in premissis. Pro quibus omnibus attendendis fideliter et seruandis, fidem meam dedi et nichilominus super eo corporaliter prestiti iuramentum, et dedi fideiussores preterea viros nobiles dominos meos Růdolfum, V̊lricum et Hugonem fratres, et Hugonem iuniorem comites de *Monteforti*, Růdolfum de *Werdenberch* et Albertum de *Neiffen* comites, et strennuos milites dominos dapiferum Berchtholdum de *Walpurch*, Chunradum de *Hohentanne*,[1]) Johannem de *Ringgenburch*,[2]) V̊lricum et Berchtoldum de *Chunigsekke*,[3]) Marquardum et V̊lricum fratres de *Schœllenberch*, Chunradum auum meum et Heinricum fratrem suum et Hermannum pincernas de *Wintersteten* pro obseruandis inuiolabiliter omnibus antedictis. Qui etiam, ut promiserunt, si contrauenero aliquibus ex prenotatis, non debent mihi contra ipsum dominum meum uel heredes suos aliquo consilium uel auxilium impertiri, immo mihi cum ipso domino meo uel suis heredibus se opponent et contra me prestabunt auxilium manuale. Prelibatus insuper dominus meus dux uel heredes sui, postquam cum una, ut premissum est, ministerialium suarum contraxero, inter nosque matrimonium fuerit consumatum,

1) Hohenthan im Ldg. Grönnenbach.

2) Ringenburg, im wirtemb. OA. Ravensburg, eine längst zerstörte Veste.

3) Königsekk im wirtemb. OA. Saulgau.

michi dictum castrum meum Eberstal cum suis pertinentiis resignare tenebitur et non ante. In cuius rei testimonium presentes dedi mei et ipsorum fideiussorum meorum sigillorum robore communitas cum tesibus subnotatis, qui sunt premissi fideiussores mei et dominus Fridericus de *Staufe*, notarius ipsius domini mei ducis, et strennui milites domini Chunradus de *Ernuels*, Winhardus de *Rorbach*, Chunradus de *Wildenrode*, Wichnandus de *Eiringspurch*, Hainricus de *Wildenstain*, Chunradus de *Eglingen*, Vͦlricus de *Rôrenmos*, vicedominus eiusdem domini mei ducis, et quamplures alii fidedigni. Datum Vlme anno domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, nonis Julii.*)

163. Der Herzog Otto von Braunschweig ordnet Gesandte ab an den Herzog Ludwig, um eine der Töchter desselben zu werben.

Apud Tsellis am 28. Februar 1287.

Illustri principi et consanguineo suo karissimo, domino Lodwico comiti palatino Reni et duci Bawarie, Otto dei gratia dux de Braunswich et Lvneburch cum affectu sincero paratam ad omnia beneplacita voluntatem. Ad excellentie uestre presentiam venerabilem dominum Chunradum,[1]) *verdensem* episcopum ac dilectos fideles nostros Hildemarum de *Obergen*, Baldwinum de *Wenden* et Marquardum dictum de *Havernwer* transmittimus et procuratores nostros constituimus, dantes eis plenam auctoritate presentium potestatem, cum una filiarum uestrarum, si de gratia et dispensatione sedis apostolice fieri poterit, sponsalia uel matrimonium contrahendi, dotem requirendi

*) Von den an Pergamentstreifen hangenden grossentheils gut erhaltenen Sigeln fehlt nur jenes des Grafen Ulrich von Montfort.

1) Konrad, Bischof, v. J. 1270—1303.

ac nostro nomine recipiendi, donationem propter nuptias promittendi, in animam nostram de premissis et aliis, de quibus eis uidebitur, complendis iurandi et omnia alia faciendi, que ueri et legitimi procuratores facere poterunt in hac parte, etiam, in quibus mandatum exigitur speciale, ratum et gratum habituri, quicquid in premissis uel aliquo premissorum per dictos procuratores nostros fuerit ordinatum. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus nostri sigilli robore communitas. Datum apud Tsellis anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, feria sexta ante dominicam, qua cantatur reminiscere.*)

164. Der Legat Johannes dispensirt im Auftrage des Papstes den Herzog Otto von Braunschweig und Mahthilt von dem Ehehinderniss, das auf Verwandtschaft beruht.

Würzburg am 29. März 1287.

Johannes miseratione diuina tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus, dilectis nobis in Christo nobili uiro Ottoni duci de *Loeunenburch* et nobili mulieri *Mœchthildi*, nate nobilis uiri Lodowici comitis palatini Reni et Bawarie ducis, salutem in domino. Etsi coniunctio copule coniugalis in quarto consanguinitatis uel affinitatis gradu sacris sit canonibus interdicta, nonnumquam tamen apostolice sedis circumspectio rigorem mansuetudine temperans super hiis proinde dispensat interdum, et quod negat iuris seueritas, de gratia pietatis indulget, presertim cum necessitas exigit et causa rationabilis id exposcit. Sane oblata nobis ex parte serenissimi principis domini R. illustris Romanorum regis et uestra petitio continebat, quod cum olim inter utriusque uestrum pro-

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

Das an Pergamentstreifen hangende Sigel ist bis auf den mittleren Theil, auf dem der Löwe sich befindet, verloren.

genitores necnon inter te Ottonem et nobilem uirum Albertum ducem *Saxonie*, cuius filiis tu Mæchthildis consobrina existis, graues fuissent exorte discordie ac inimicicie capitales, quarum occasione multa hincinde personarum et rerum, et quod grauius est, animarum pericula euenerunt, dictus rex, ex cuius filia tu *Mæchthildis* nosceris procreata, ne predicte discordie, quarum repullulatio timetur, uerisimiliter suscitentur, pro desiderate pacis et concordie federe conseruando, et ut status tranquilitas, maxime in partibus Saxonie, procuretur, affectat uos inuicem matrimoniali federe copulari attendens, quod ex hoc regno suo et imperio saluberima quies succedere potest et roboris incrementum. Quia tamen quarta consanguinitatis linea adinuicem uos contingitis, a nobis idem rex et uos suppliciter postulastis, ut uobis de oportuno dispensationis beneficio prouidere in hac parte misericorditer curaremus. Nos itaque malis et periculis occurrere desiderate pacis et quietis obseruantiam procurare, regis quoque potissimum regni et imperii predictorum tranquilitatis statum augere, et auctum excollere, quantum cum deo possimus, plenis affectibus cupientes, prefati domini regis et uestris postulationibus inclinati uobiscum, auctoritate litterarum sanctissimi patris et domini nostri, domini *Honorii* pape IIII[ti], super huiusmodi dispensationibus faciendis ab eo specialiter nobis commissa, quod consanguinitatis impedimento non obstante predicto matrimonium insimul contrahere licite et in contracto libere remanere possitis de speciali gratia dispensamus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas uobis duximus concedendas. Datum Herbipoli, IIII kal. Aprilis, pontificatus domini Honorii pape IIII[ti] anno secundo.*)

*) Nach dem Orig. im k. Hausarchive.

165. Heurathsvertrag des Herzogs Otto von Braunschweig mit Mahthilt, der Tochter des Herzogs Ludwig.

Burglengenfeld am 19. April 1287.

Dei gratia nos Otto brunswicensis et lunenburgensis dux notum facimus presentium inspectoribus uniuersis, quod facta per reuerendum in Christo patrem et dominum *Johannem* venerabilem episcopum tusculanum, apostolice sedis legatum, coram reuerendis in Christo patribus et dominis Heinrico venerabili archiepiscopo *moguntino*, sacri imperii per Germaniam archicancellario et venerabilibus Arnoldo [1]) *babenbergensis* et Reimbotone [2]) *eistetensis* ecclesiarum episcopis, reuerendo in Christo patri domino nostro et patruo predilecto *Chvnrado* venerabili episcopo verdensi et dilectis fidelibus nostris Hildemaro de *Obergen*, Baldwino de *Wenden* et Marquardo dicto *Hauernwer*, procuratoribus nostris, nostro nomine plena fide per litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini *Honorii* pape quarti, de potestate et auctoritate sibi tradita seu concessa, quod cum certo numero personarum posset, maxime ubi necessitas exigeret et causa rationabilis id exposceret, dispensare, quod non obstante quarto consanguinitatis gradu licite possent matrimonium contrahere et in contracto libere remanere, et habita seu obtenta ab eo dispensatione huiusmodi et licentia speciali magnificus princeps, amicus noster karissimus, dominus *Lodwicus*, illustris comes palatinus Reni, dux Bawarie, promisit nostro nomine, eosdem domino verdensi episcopo, Hildemaro, Baldwino et Marquardo nostris procuratoribus, ad hoc ex parte nostri mandatum habentibus speciale, quod nobis illustrem *Mæhthildem* filiam suam antiquiorem, que nos quarta consanguinitatis linea contingit, a preterita octaua pasche usque ad anni spatium dabit in uxorem legitimam, nisi

1) Arnold, ein Graf von Solms, v. J. 1285—1296.
2) Reinboto von Mülenhart, v. J. 1279—1297.

